SYNDROMUS RERUM TURCICO-PANNONICARUM, HISTORIAM CENTUM QUINQUAGINTA...

Digitized by Google

7
12-E
2

7
10 K
23

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

SYNDROMI RERVM TVRCICO-PANNONICARVM, HISTORIAM CENTVM QVINQVAginta annorum complectentis,

Pars Altera.

QVA QVICQVID AB EXCESSV SERENISSIMI FORtiſſimiq́ Hungarorum Regis, Matthiæ Coruini, Iohannis Hunniadis Filii, inter Chriſtianos Turcasq́ bello geſtum eſt, illuſtri narratione perſcribitur.

ADIVNCTIS VICINORVM HVNGARIÆ POpulorum rebus, quatenus ex negocia Pannoniæ vel in vniuerſum vel ex parte tangunt, quæque ad pertexendam Hiſtoriæ Pannonicæ telam neceſſariæ videbantur.

Ex legato



Wm Coccini

FRANCOFVRTI AD MOENVM,
Typis & ſumptibus Wechelianorum, apud Danielem & Dauidem Aubrios & Clementem Schleichium.
ANNO M.DC.XXVII.

STRENVO, ET CELEBRI ANTIQVÆ NOBILITATIS GENERE ORNATISSIMO VIRO, IOHANNI à WERTERN, &c. DOMINO IN Beichlingen, Wiha, Frondorff, & Wertra, &c.

Mœcenati ſuo colendiſſimo.

SOlent imperiti quilibet, Nobiliſſ. omnique virtutum genere Ornatiſſime Mecœnas, momentaneas & caducas huius mundi opes omni prorſus animorum ſuorum impetu & intentione vnice admirari & ſuſpicere, ſaltem quod luxus & vitæ quotidianæ conſeruationis ſint iucundi nerui ſiue vtiles: quæ tamen verius ſi Chiloni Philoſopho crederemus, dici poſſent, theſaurus malorum, calamitatis viaticum & improbitatis ſuppeditatio. Quanto vero magis omnes ij, qui virtuti nomina dederunt, præſtantiſſimum hiſtoriarum donum, quod nec eripi nec vlla tempeſtatum iniuria mutari poteſt, cuiusque beneficio nominis immortalitatem conſequimur, colant, amplectantur, prædicent & celebrent? Ex hiſtoriarum enim cognitione res illæ duæ, quæ vniuerſæ vitæ humanæ maxime proſunt accurata nimirum rerum plurimarũ, iam inde ab orbe condito geſtarum obſeruatio, & prudens omnium aactionum ciuilium in vita gubernatio, vtiliter promanat, deo, vt ambigam an ſine illa ipſum genus humanum

poſſet ſubſiſtere. Laudes porro hiſtoriæ tot & tantæ ſunt, vt eas ſaltem attingere conantem citius tempus quam verba defectura, eundemque, hoc in ſe qui ſuſciperet, idem facturum exiſtimem, ac ſi in Ægyptum frumentum, & Athenas noctuam mittere laboraret.

Ne ergo actum agam, & in ſuperuacaneo quodam, vtpote quod ab aliis longe perfectius iam dudum præſtitum ſit, meiſque viribus longe maiore fruſtra quid tentaſſe merito accuſari poſſim, vnicum ſaltem hiſtoriarum elogium, quod apud Romanæ eloquentiæ parentem Ciceronem lib. 2. de Oratore extat, huc aſſcribere placet, ex quo vel ſolo hiſtoriarum dignitas, neceſſitas, vtilitas & ſuauitas abunde apparebit, vt præterea nullo alio buccinatore egeat. Hiſtoria, inquit ille, teſtis eſt tēporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis. Huiuſmodi commendatione hiſtoriarum, ecquid quæſo maius ſplendidiusque potuiſſet adferri? Primum enim hæc ſola docet, quid ſingulorum temporum periodis memoratu dignum euenerit: hæc ſola quid in Eccleſiæ, quid in Reipubl. complexu geſtum vmquam ſit ſuggerit, hæc ſola locupletiſſimus teſtis eſt, quid domi, foris, militiæque homines omni tempore egerint. Lux veritatis eſt: omnes enim omnium temporum res geſtas oculis humanis contemplandas ſubijcit, mētique quaſi præſentes infigit. Memoriæ vita eſt: Cum enim ea, teſte quotidiana experientia, labilis, fugax & caduca admodum ſit, adeo vt perpauci toto ſub cœli ambitu reperiantur, qui omnium, ſuo quæ tempore etiam ſe præſentibus acciderunt, ſatis recordari poſſint; hanc naturæ imbecillitatem ſingulari præpotentis

De-

Dei beneficio hiſtoriæ abunde ſupplent: faciunt enim, vt cognitionem habeamus non ſolum eorum quæ noſtra ætate, ſed maiorum etiam noſtrorum memoria euenerunt, & quæ noſtris temporibus vſu veniunt, poſteritatem etiam erudiunt. Vitę magiſtra eſt: quia ſalubre & frugiferum admodum, ex aliorum vita & exemplis ſumere, ſibi quod ex vſu eſſe poſſit: quis enim obſecro adeo ferus & inhumanus eſt, qui non præſtantium virorum, piorum, proborumque hominum benefactis, eorundemque præmiis ad virtutum alliceretur? Quis tam fatuus & amens, qui improborum vitia in oculis habere, & horrendas eorum pœnas perhorreſcens, ab iis longiſſime recedere & abeſſe non percuperet? Denique nuncia vetuſtatis Hiſtoria nominatur à Cic. quid enim quęſo antiquitatis memoria præſtans, ſuperare ſtudium Hiſtoricum poteſt? ſiquidem illud non ſimul cum vrbium conditarum exordio, cum Platone, aut Socrate, ſed cum protoplaſte, omnium noſtrum parente primo Adamo ſuum ſumſit initium, quod poſtmodum continua rerum geſtarum ſerie ſcitu nobis perquam neceſſaria & vtili totum terrarũ orbẽ noſtris ſenſibus conſiderandum offert.

Quare cum ex vnico ſupra citato Ciceronis loco ſatis pateat, Hiſtoriarum cognitionem humano generi vtilitatis plurimum adferre, merito conueniens ſuus locus & honor tribuendus omnibus iis eſt, qui in hac palæſtra tum conſcribendo hiſtoriis, tum eaſdem prælis typographicis publicando magno cum labore deſudant: quorum in numero non poſtremum vel mea ſententia locum tenet Ludouicus Tubero Dalmata Abbas, qui res geſtas &

 memo-

memorabilia, quæ ſuo tempore in ea Europæ parte, quam Pannonii & Turcæ eorumque accolæ & finitimi incolunt, euenerunt, ſumma fidelitate, & diligentia recenſuit: ex his enim ipſius commentariis tanquam ex diuite penu promere, producere, ac vno quaſi repetere poſſumus momento, quæ in Vngaria & finitimis locis multis annis ante geſta ſunt. Quod ſi vero huius hiſtoriæ veritas aliquibus bilem forſan concitatura eſſet, ac ſi abbas Tubero in referendo ſuæ parti infenſior, aduerſæ vero ſtudioſior paulo fuiſſet, & propterea illud conceptum ſuum odium vel in authoris noſtri cineres, vel in bibliopolium Wechelianum rei literariæ alioquin benignißimum propenſum effundere cogitaret, is velim vtrumque beneuole excuſatum habeat: illum, autorem Tuberonem hac ratione, quod eius non fuerit extra legum hiſtoricarum terminos euagari, quæ ſunt vt a Cicer. 2. de Orat. numerantur, nihil falſi dicere, nihil veri diſſimulare, & ſine ſuſpicione vel gratiæ vel ſimultatis cuiusquam ſcribere: quod ſi alia rerũ geſtarum ab ipſo memoriæ & literis proditarum fuiſſet conditio, eandem & pro ingenuo animi candore fideliter fuiſſet ſecutus: Hoc ita, quod intra ſuæ vocationis limites ſeſe continens, nihil quod in alicuius ignominiam vel odium vergere poßit, imprimi publice curet, ſed eo omnes ſuarum actionum cogitationes vnicè dirigat: quomodo ſua opera & voluntate toti terrarum orbi pro virili prodeſſe, & vtilitatem ſingulis adferre queat, cui pro laudabili remp. literariam iuuandi promtitudine & diligentia in ea adhibita, factiſque ſumptibus potius gratias agere,

quam

quam maledicta regerere & iraſci indigne omnes debebamus.

Cæterum Generoſe & Nobiliſſ. Vir, cum ſuperioribus ſeptimanis hoc opus hiſtoricum inclyti mei Magiſtratus mandato meæ committeretur cenſuræ: ſimulque Succeſſores Officinæ Wechelianæ petendo apud me inſtaret, ne illud nudum & ſine præfationis alicuius pallio in publicum prodiret paterer, diu mecum deliberabam cuiuſnam ſub parata tutela & felici auſpicio potiſſimum illud curarem, viſum mihi tandem eſt, vt honorifico tuo nomini in hoc ſtudii genere ſæpe iucundas animi ſui recreationes quærenti inſcriberē, cum vt illud aduerſus maleuolorum virulentos morſus pro raro Nobiliſſimorum WERTERORVM in ſacratiſſimas Muſas fauore defenderes, tum vt qualecunque grati animi mei in te extaret ſymbolum: nō enim beneficiorum iſtorum, quæ in annos iuuentutis meæ benigne contuliſti, dum intercedendo apud auitæ Nobilitatis virum Wolffgangum Theodoricum a Witzleben, cuius anima iam in manu & benedictione Dei eſt, ſororium tuum vt integerrimum ita dilectiſſimum efficiebas, vt ad ſcholam Witzlebianam, in qua per ſexennium integrum, tua autoritate, gratis fui enutritus, mihi puero pateret aditus, memoriam depoſui: denique quod parentem meum p. m. in parochia Leubingenſi, vbi & ego in ærūmnoſam hanc vitam ſum natus, multos annos vt ſubditum, vt beneficiarium, vt fidelem Euangelii miniſtrū ſingulari fauore præ aliis es proſecutus. Accipe igitur ſubmiſſe rogo, benignoque vultu aſpice, Vir Nobiliſſ. hoc ſubdi-

ti tui gratitudinis indicium, & aduerſus inuidiam & male feriatorum momorum calumnias defende. Hoc ipſo Nobiliſſimæ T. A. nomine digniſſimum, poſteritati gratiſſimum & acceptatiſſimum officium præſtabis VALE.

N. T.

Obſeruantiſſ.

M. A. C. L.

LVDOVICI TVBERONIS DALMATÆ ABBATIS COMMENTARIORVM DE TEMPORIBVS SVIS

Liber Primus.

FELICIORIBVS ingeniis ad exequendam hiſtoriam materiam ſubiecturus, ſcribendique facultatem prębiturus; ſtatui amicorum hortatu, quę temporibus meis memoratu digna euenere, in hac maxime parte Europæ, quam Pannonii & Turcæ eorumque accolæ, ac finitimi incolunt, carptim aſſumpta literis mandare. quamquam aliarum quoque nationum res, vbicunque nos locus admonuerit ſilentio nō prætermittemus: multa enim in Italia, Galliis, Hiſpaniiſq; noſtra ætate geſta ſunt; quæ ſi qualicunque ſtylo, memorię proderem, operæprecium me factum putaui; nempe ac ſi vnquam alias his temporibus vidimus, malis conſiliis non modo reſpublicas, regnaq; commutari, ſed etiam funditus euerti. Eos autem qui forte, aut rei geſtæ dumtaxat cognoſcendæ ſtudio hæc ſcripta legere voluerint (etenim vel nuda rerum cognitione capimur) aut parata habere vnde ſumere poſſint, quæ vberiore ſtylo perſcribant, rogatos eſſe velim, ne à me Romani eloquii dignitatem iamdiu vna cum imperio amiſſam quærant, ſed ad res quæ narrantur animum intendant: nec mirentur quod ſuſceptum negotium, atque hiſtoriæ numeros parum abſoluerim; nam ne in patriam, quæ & græcis & latinis literis, ac ſi alia Chriſtiani Orbis ciuitas exculta eſt, in ſeculum vt hoc quæſtui magis quam eruditioni aut eloquentiæ deditum vitium meum coniiciam, ſimplici ſtylo, ac inelaborata oratione, quo nos res ipſæ duxerunt, conſulto ſecuti ſumus; neque enim his lucubrationibus humanam gloriam, quam electione contempſimus, quæſiui, ſed ocium, ac deſi-

Matthias Coruinus Hungariæ rex.

diam euitaui. Placuit igitur quicquid poſt Regis Mathiæ Cugnadis Coruini exceſſum (inde enim hiſtoriam inchoabimus) regno per triennium diſſidente in Hungaria geſtum eſt à ceteris rebus ſeiungere. Enimuero cum rebuſp. nihil ſit inteſtina diſcordia pernicioſius, nec vlla alia peſtis ad magna quæque imperia euertenda ea validior magis, vtile ac frugiferum legentibus fore duxi, ſi perturbationem regni Hungariæ principum ſimultatibus exortam ſeparatis fere voluminibus, quo res ipſa eſſet conſpectior perſcribere; dignum enim memoria, atque humano documento id viſum eſt; ex quo appareret regna non magis armis parari atque augeri quam ciuili concordia conſeruari, ac omni magno imperio multo magis domeſticas ſeditiones quam externa arma timendas eſſe. Nam quantum propriis viribus aduerſus externam vim tutus eſſe videris, tantum te diſſenſio imbecillem reddit, atque hoſtili exponit iniuriæ: quandoquidem & per ſe vbi diſcordia immigrauit regna collabuntur ac veluti ingentia in montibus robora quæ nulla vis ventorum conuellere poteſt, carie ipſa proprio vitio imis radicibus innata nullo impellente ad terram concidunt: quod profecto Regno Hungariæ pene euenire vidimus dum ſinguli ferme Principum Regem, cui quiſque ſtudebat creari contendunt. Sed iam inde narrationem auſpicemur, vnde eius perturbationis, de qua ſeruato temporum ordine primum ſcripturus ſum, non modo origo ſed etiam cauſa manauit.

Poſt mortem Regis Alberti qui Sigiſmundo Auguſto gener adſcitus in regnum Hungarorum ſucceſſit, Hungari infantulo eius Ladiſlauo poſthumo Vuladislauum Sagulæ filium Polonorum Regem Patruum illius Vuladislaui, ad quem Matthia Coruino mortuo regnum delatum eſt, haud ſane ſatis honeſte, ſi ius gentium reſpicias ſuperinduxere; tametſi illo tempore non tam iniquum hoc videri potuit, quam neceſſarium, regno & ciuili diſcordia amiſſo Principe laborante, & ab externis hoſtibus Turcis maxime gente immani vexato: Neque enim regnum latiſſime patens, tutum reddi potuit ſine Rege, qui & auctoritate, qua quidem pueri carent, ciues ſuos in officio contineret, & externam vim armis propulſaret: quum regno potius ſit in communi periculo, quam Regi conſudendum; quandoquidem reges ipſi tutandis populis conſtituuntur. Mater vero pueri, indignitate rei permota, dia-

ta, diademate ſublato, quod Hungarorum regibus cum creantur imponi ſolet, ad Fridericum Cæſarem ſe ſe confert, diademaque vna cum filio Imperatoris fidei committit. Non ita multis post annis Vuladislauo in expeditione aduerſus Turcas ſuſcepta, interfecto, Alberti filius regno ſibi iure debito potitur. qui quum dolo ſuorum Pragæ adoleſcens periiſſet, ad Matthiam priuatum Iani Chuniadis filium, qui ſibi Coruini nomē impoſuit, opera Michaelis Selaggii, regnum ab Hungaris defertur. quippe is erat Matthiæ auunculus, ad eumque omnium rerum ſumma tunc reſpiciebat: Hic autem Rex, quum paterno genere Geta eſſet, quam gentem ab eorum aſperiore cultu commodiore ad componenda verba græca voce Moroulacos noſtrates nuncupant, ſeſe Coruinū, vt dictum eſt, appellauit; ſeu quia pater eius Ianus Cugniadis vir bello clariſſimus; dum exercitū ducit, vexillo vſus eſt, in quo coruus annulū aureū roſtro portans depictus erat, ſeu forſan conſueto Regū vitio aſſentatoribus facile crediderit, ſe à Romanorum ciuiū veterib. colonis, qui Geticū agrum nunc quoq; magna ex parte incolunt progenitum eſſe: nō immerito ſane admiratus Romanę Nobilitatis maieſtatem, ſcriptorum quidem monimētis illā mea ſententia haud ſupra veri fidē illuſtratam, ceterum iamdiu vetuſtate obſoletam, militiæque deſuetudine fere extinctā. Qui poſteaquā Rex creatus eſt, ante omnia ad diadema recuperandū, vtpote quod Hungari inter ſacra religione haud poſtremū habent, animum adiecit, eo magis, quia illū dum diademate careret, legitimum Regem ferme haud arbitrabantur; tanta ineſt ignorantiæ vitio humanis mētibus ſuperſtitionis rei ad impellendos vulgi animos efficaciſſimæ auctoritas; quū certum ſit Regna, non inſignibus imperii ſed populi conſenſu cōfirmari. Verū ne Hungaros omnino ſtultitiæ accuſem hac maxima cauſa, vt quidā affirmant apud eos hæc ſuperſtitionis vanitas inoleuit, eo quod illud diadema Diuus Stephanus, qui primus Chriſtiano ritu Rex Vngarorum eſt appellatus à ſummo Pontifice ob ſuſceptam religionem dono accepiſſe dicitur, conſuetudoque obtinuit, cum propter viri ſanctitatem, tum Romani Pontificis admirationem, quem ſanè id temporis paupertas, ac continentia, vti & ceteros ferè ſacerdotes maxime commendabant illo dumtaxat reges inſigniri atque eos inſignitos diademate veros diui Stephani ſucceſſores arbitrari. Alii credunt eos qui gentis mores condi-

Matthias Coruinus Hungariæ rex.

Matth. a Coruinus Hungariæ rex.

derunt, cognito Scythicæ nationis ingenio, quod ſane plerumque ſæuum, impotens ac mutabile eſt, quo ſcilicet Hungari Regem ſuum maiori colerent veneratione, ab inſignibus quoque imperii Regi maieſtatem quæſiſſe putantes afflicta Regio diademati religione Regem ipſum fore multo auguſtiorem. Quem quidē morem Græcis quoque genti quondam eruditiſſimæ omniumq; fere artium, queis animi, corporaque hominum excoluntur inuentoribus, fuiſſe Homerus teſtis eſt: qui Agamemnonem ſceptro à Vulcano fabrefacto inſignem reddit. Cæterum quum aliquamdiu Fredericus Cæſar diadema nequaquam ſe reſtituere velle pertinaciter aſſeueraſſet; tandem multis legationibus fatigatus, diadema Hungaris reddidit; acceptis ſexaginta millibus nummûm aureorum. Eo ſane precio homo auro deditus animi dolorem quem ex Regni Hungarici repulſa conceperat ſolatus; ægre enim tulerat Matthiam Coruinum nouum hominem in Regem ab Hungaris cooptatū, ſe magis vi deiecto, quam liberis præterito ſuffragiis. Etenim Conuentus Hungarorum Principum audita Ladislaui poſthumi morte Fridericum Cæſarem ſanguine illi coniunctū Regem (vt quidam affirmant) deſignarat. Cæterū poſtquam Matthias regnum ſatis ſtabilitū eſſe intellexit; exiſtimans diadema & magno redemptum eſſe, & inique à Cæſare precium acceptum, vt pote pro re ad Hungaricum ius ſpectante: per legatos numeratam repetit pecuniam, qua negata Friderico bellum indicit; quod profecto, neſcio victone, an victori maiorem fecerit iacturam. Nam quamuis Cæſar Viannam & nouam vrbem cum multis Norici ac Carnici agri oppidis eo bello amiſerit; Matthias tamen dū auidius illū perſequitur, fines Regni ſui à Turcis vaſtari paſſus eſt; quos ꝓcul dubio ex Europa pulſurus fuiſſet, ſi aduerſus eos bellū gerere in animū induxiſſet, Chriſtianis qui Turcarum iugo preſſi erant, id vehementer optantibus, defectionemq; pollicentibus; nēpe contumelioſam grauiter ſuſtinebant Turcarū dominationem. Cæterum nondum confecto Alemānico bello Rex Matthias Viannę, quę quidē vrbs (vt quidam aſſerunt) Norici eſt agri (vt alii) ſuperioris Pannoniæ, quam nunc Auſtriam vocant, fato eſt functus: ſpe fere certa longioris vitæ fraudatus; propterea quod quidam Martinus ex eo Sarmatarum genere, quos nunc Polonos dicunt, Budenſium ſacerdos, qui quidem Matheſeos peritus habebatur, Regi vt vitæ cupido, & huic vanitati

nitati

nitati admodum dedito, ac omnia ad fatum referenti facile perſua- *Matthias*
ſerat, ſe decennium adhuc victurum, licet quum valetudine minus *Coruinus*
proſpera vteretur, nec multum curæ in ea tuenda poneret, me- *Hungariæ*
dici illum breui interiturum extimarent: adeo autem quidam *rex.*
nomine tantum Chriſtiani animi cæcitate, atque ignorantia ducti, diuinæ prouidentiæ derogant, vt nihil fere hominibus niſi auſpice cœlo vana perſuaſione euenire credant: in quam ſane opinionem & ſummi noſtræ ætatis ſacerdotes admiratione præſentis fortunæ declinant eo magis quia ſceleſtiſſimis quoque ad magna quæque ſacerdotia per ambitum aditus iam pateat, quaſi id potius aſtrorum vi, quam Dei eueniat arbitratu, quum populo moribus ſuis conſentaneus princeps contigerit. Itaq; Rex Matthias dum ſignis fidit cœleſtibus, auxit fere fatum, neq; quo maxime animum intenderat, filium Regni ſucceſſorem improuiſa præuentus morte reliquit. vtpote Vuladiſlauo Andreæ Caſſimiri filio in locum eius ab Hungaris ſuffecto: quem Matthias ſiue diuinans, ſiue coniectans ita futurum maximo proſequutus eſt odio. Ipſe autem Rex Matthias ne eius bona omnino ſilentio prætercam (quamquam in multis merito forſan male audiat) tantæ induſtriæ fuit, ad ſuam præſertim gloriam excolendam; vt auſim affirmare, eum virtute quidem multis cedere; fama vero nemini: nam vt taceam fortunam eius, quæ quidẽ illum & è carcere in Regnum extulit: etenim Pragæ in cuſtodia erat, cum Rex ab Hungaris deſignatus eſt, & inſidiis ſuorum ſæpius in pericula adductum perpetua fælicitate protexit: fuit vir tanti conſilii, ac peritiæ, in republica temperanda, rebuſque gerendis, vt nunquam ferme quicquam rei inceperit, quantumcumque id arduum fuerit, quin ei ex voto ceſſerit. inerat tanta ars atque ingenii dexteritas præſertim ad animos militum pertractandos; vt nonnunquam ei operam nullo ſtipendio, ſed ſola victoriæ ſpe præſtiterint. Inerat cum quadam non illiberali calliditate, magnitudo animi, qua omnes finitimos Reges ita terruerat, vt nullus ferme tam potens in eius finibus Princeps extiterit, quin ab eo amicitiam, ac pacem precario poſtulauerit. Atq; cum ei nouitas generis non modo ab externis, ſed etiam à ciuibus obiiceretur, ſæpiuſque ob hanc maxime cauſam magna mercede inſidiis eſſet petitus: ſemper tamen ſolertia magis, quam vi aperta periculum euaſit: nam quum eſſet natura incruentus; malebat enim delinquentes bonis mulcta-

Matthias Coruinus Hungariæ rex.

re,quam capite de iis inquirere, ſatis ſibi eſſe arbitrabatur, cognitis inimicorum inſidiis periculum euitare; itaque facile in odio gratiam fingere ſolebat. latente tamen dolo, concordantes committere, atque inter amicos (quod quidem flagitioſum eſt) odia inſtituere, quo ſcilicet inter ſe inuicem diſſidentes, & priuatis negotiis occupati, nihil noui aduerſus regem molirentur. Poſtea vero quam his artibus regnum ſibi iam confirmauit, gloria (vt fit) ſplendore ſuo inuidiam ſuperante, ſtatim in animum induxit cum omnibus ætatis ſuæ principibus magnificentia, ac liberalitate certare, nec minus his, quam armis ceteros reges anteire. adeo enim Hungariam ædificiis exornauit, vt Alemanniam his rebus cultiſſimam hac tempeſtate pene adęquet. Tam vero hoſpitaliter, ac benigne eos maxime, qui ad eum publico nomine acceſſiſſent, excipiebat, vt præter elegantem lautitiam, quam largiter præbere ſolebat, neminem ab ſe vnquam dimiſerit, cui aut veſtem pretioſam, aut equos phaleratos, aut cælatum argentum dono non dederit, atque idcirco nemo ad eũ tam inimico acceſſit animo, quin amiciſſim⁹ abierit. Hoc inſuper famæ huius Principis multum conferebat, quod Italis, genti, & lingua promptæ, & ſuapte natura adulatrici, ac quæſtui deditæ, largiri ſolebat. quo externos in ſuas laudes, & ſcriptis, & ſermone celebrandas excitaret: hanc enim vocem crebro etiam inter pocula vſurpabat, Principem nihil magis decere, quam famam, & gloriam. Hæc ſatis de eo dicta ſint, ne inſtitutum opus à curſu ſuo nimium declinet. quum præſertim hic Princeps longe etiam ſupra veri fidem cum vulgo tum clarorum ſcriptorum monimentis ſit celebratus. Extincto Matthia proceres Hungarorum qui tunc Viannæ aderant, bellum quod ab Alemannis illatum ſecutum eſt mentibus augurantes, confeſtim in arcem conueniunt: de retinenda Auſtria inter ſe conſultant, vtpote quæ parta fuerat magno impendio, ac ſanguine Hungarorum. Stephano igitur Sepuſienſium Principi, qui tunc Viannenſibus præerat, magiſtratum prorogant, pecuniam in ſtipendium militum decernunt, atque quamprimum milites ſcribi iubent. His decretis Regis corpus quod iam amicorum torpore (vt in tali fit caſu) nondum curatum grauem odorem emittebat, Albam veterem regum ſedem ad ſepeliendum deferri iubent, Budam mox petunt, Matthiæque filio, atque vxore in regias ædes deductis, communi principum

conſilio,

conſilio, comitia regi creando vniuerſæ nobilitati indicunt, vti *Matthias Coruinus Hungariæ rex.* Hungarorum mos eſt, cum rex abſque liberis iuſto ſuſceptis matrimonio decedit, atque interim curam ad iuſta regi facienda conuertunt.

Admonet me in mortuum Matthiam Vngarorum pietas, (quem ſcilicet viuentem magis timuerunt ciues, quam dilexere; omnia enim non communi vt reges decet, ſed propria metiebatur vtilitate) qua pompa funus eius fuit celebratum referre. id enim dignum cognitu viſum eſt, ex quo intelligi poſſet, mortales non modo diſciplina, ſed naturæ etiam inſtinctu, decorum ſeruare, atq; ea vltro agere, quæ laudi ſolent dari. Quandoquidem ab his quoque, qui quorundam iudicio haud immerito forſan ob mores non admodum ciuiles, barbari appellantur, ratio honeſti habita eſt. Neque enim Hungari hoc Matthiæ officium amore, aut imperio coacti præſtiterunt, vtpote quem (vt diximus) nec viuentem admodum dilexerunt, nec mortuum quidem, nullo præſertim filio legitimo regni ſucceſſore ſuperſtite, timendum putarũt. Tametſi haud prorſus immerito hunc Matthiæ honorem habitum eſſe quidam exiſtiment; quippe qui haud difficulter adducuntur, vt credant, vitia eius virtutibus magna ex parte fuiſſe redempta; neq; mala eius tam obfuiſſe ciuibus, quam bona profuiſſe. Atq; id verum eſſe tunc profecto conſtabit, cum quæ in illo inuidioſa fuerunt, à vitiis, quæ quidem ſola odio digna ſunt, ſecreueris. Eminens enim in nouo homine fortuna inuidiæ humani iudicii maxime corruptrici eſt expoſita, nec vllis ferme quantumuis claris virtutibus aduerſus obtrectatores ſatis muniri poteſt. Conſtituto igitur exequiis die maior pars procerum vna cum Pontificibus Albam Regiam conueniunt, paratoq; funere, pompa in hunc modum fit. Primo ſacerdotes omnes quidem de more candidati, manu funale accenſum ſinguli portantes è domo Albenſis Antiſtitis progrediuntur.

Deinde regii cubicularii cum cæteris aulicis eodem ordine itidemq; cum funalib. pullati omnes procedunt. hos ſequuntur xij. viri ex regiis purpuratis tecti armis equis cataphractis inſidentes, panno ſerico ferream equorum ſpeciem ad terram promiſſo tegente, qui aurata regis vexilla non ſine lachrymis per humum trahentes, miſerabile præbebant ſpectaculum. Poſt hos proceres ibāt circumſtantes feretrum, purpura auro contexta opertum. poſt feretrũ

quod

Matthias Coruinus Hungariæ rex.

quod quidē viri nobilitate inſignes portabant, quidam Antiſtes Italus, qui forte à Pontifice Romano ad Matthiam miſſus fuerat dextra filium regis ex pellice natum leua Hyppolitum Eſtenſem admodum puerum Strigonienſem Pontificem deſignatum habens, cum omnibus præſulibus aderat. Hoc ordine ædem virginis ingreſſi ſunt, in qua diuus Rex Stephanus cum quibuſdam aliis regibus ſepultus iacet, vbi Matthiam quoque ſexdecim ante diebus clam noctu deuectum nuda humo condiderant. nam ei regio condi ſepulchro non obtigit monimento nondū perfecto, quod quidem viuens ingenti ſumptu, & magnificentia ſtruere aggreſſus erat, marmore è Tranſiſtrana Hungaria, quam olim Daciam vocarunt petito, vbi multa victoriarum monimenta à Romanis erecta Imperatoribus reperiuntur. Ferunt autem Matthiam ſepulchrum ſuum, perinde ac illud eſſet imminentis mortis præſagium metu deterritum haud abſoluiſſe, opusque magno inchoatum ſtudio interruptum reliquiſſe, quo facto mortem quidē ætate nondum illi timendam (quinquageſimum enim annum vix attigerat) ſed viribus corporis crapula, ac venere iam abſumptis prope inſtantem nequaquam diſtulit; ſepulchro vero, vltimo ſane regum honore fraudatus deceſſit. Iam feretro in eam partem ædis delato, vbi teſtudo lapidea miro artificio impenſis Matthiæ, (nempe hunc locum ſepulturæ ſuæ delegerat) conſtructa eſt, vexilliſque regiis ibidem de more affixis, Albenſis Antiſtes aram ſub eadem teſtudine erectam rem diuinam acturus aſcendit. Abſoluta re diuina Epiſcopus Noceranus, qui nomine Ferdinandi Regis Neapolitani orator ad Matthiam aliquot ante menſibus venerat, vir non ineruditus pauca admodum in Regis funere verba fecit: magiſq; ritum funeris ea oratione ſeruauit, quam quicquam dignum illo Rege diſſeruit; propterea quod omni pene laudatione omiſſa, tantummodo de eius exitu locutus eſt, affirmans nullum genus mortis, quantumcunq; id horrendum eueniat, hominem fato functum infelicem reddere, quem præterita ſatis commendet vita. Atq; hæc oratio eo pertinere viſa eſt, ne ſcilicet Regi dedecori tribueretur, quod vſu linguæ, luminumque amiſſo morientis officium Chriſtiani propalam obire nequiuerit. At vbi Epiſcopus perorauit, donaria maximi precii, rege adhuc viuente templo illi dicata omnia ad rem diuinam magna quaq; celebritate agendam, ad ſacrificiorumq; apparatum & ſacer-

dotum

dotum ornatum ſpectantia, è regio deprompta theſauro ſunt oblata, quæ profecto ab omnib. huius funeris ſpectatoribus ſupra quam viginti millibus aureorum ſunt æſtimata: nam vt nummos argenteos ſimul & aureos præteream, quos, vti mos eſt Hungaris, cereis infixos funalibus, partim minores ſacerdotes, partim hi quos Canonicos vocant, atq; Antiſtes dono tulit; erant omnes veſtes ſacerdotales ſericeæ, in queis nihil ferme apparebat, præter iucunda aſpectu florum ſimulachra ex auro, & vnionibus confecta, vaſa vero ſacra, calix, patella, ampullæ, turribulum, acerra, gutturnium, Polumbrum, ſignum quo pax in myſteriis offertur, omnia aurea, ac mirifice elaborata gemmisq; diſtincta, præter Thecam illam, qua corpus Chriſti incluſum ſeruari ſolet. hæc enim quoniam pelluceat, viſumq; admittat, neceſſe eſt, chryſtallina erat, virgulis tamen ex auro nodoſis ſtipata, è quib. frequentes gemmæ fulgebant, ſummitas vero huius vaſis quaſi patulæ cuiuſdam arboris ramos tenuiſſimis bracteis imitabatur: Et ne in ſingulis immorer, nihil ibi deerat, quod in vſum ſacrificii venire ſolet, quodq; conſuetam magnitudinem longe non excederet, vt ſimul & artificum manus, & regiam admireris munificentiam. Cæterum tanta fuit huius Regis apud exteras quoq; nationes admiratio, vt Ferdinandus Neapolitanus rex ſocer exequias ei rara magnificentia ac ſplendore perſoluerit cuius regis officium Rhacuſa quoq; (ea eſt Dalmatiæ ciuitas) imitata funus Matthiæ, ſingulari pompa omnibus congeſtis honorib. ædidit. quo quidem in funere oratores quidã, & poetæ luculentis ſcriptis, vt eſt ea vrbs literis dedita apud cenotaphium eius magnifice extructum eloquentia inter ſe certarunt. Celebrato hunc in modum regio funere, Filius Regis Matthiæ Alba ocyus digreditur, Budenſemq; arcem prius alimentis ad longam obſidionem tolerandam clam congeſtis occupat, nemineq; eius conſilia animaduertente valido firmat præſidio. Hungari enim alioqui ſatis callidi eum quod & puer eſſet, & iuſtis minime nuptiis genitus ad patris fortunam haud quaquam aſpiraturum vimue facere auſurum ſuſpicabantur: munit deinde cætera caſtella, quæ in manib. habebat, atq; aperte regnum affectare incipit. Interea Stephanus Bather in citeriorem Daciã prouinciam ſuam, quam incolæ Tranſiſtranam Hungariam (vt ante dictum eſt) appellant, proficiſcitur, vbi exercitũ haud quaquam contemnendo ex hominib. ſuæ iuriſdictionis comparato die ſtatuta ad

Filius Matthiæ Regis Hungarorum illegitimus.

Stephanus Batherpoſt Matthiam Coruinum regnũ Hungariæ appetit.

Rachoſium campum, vbi comitia regi creando haberi ſolent, cæteros Principes nobilitatemq; anteuenit. locum ita vocãt Peſto vrbi proximum; quæ quidem vrbs è regione Budæ in ripa Danubii ſita eſt, ibique impedimenta imagine quadam valli ex carris cæterorumq; vehiculorum genere facta, vt fert Iazigũ conſuetudo, communiuit. Intra paucos dies nobilitas variis ſententiis, ac ſtudiis prout quiſq; aut per ſe animatus erat, aut ab alio perſuaſus eodem conuenit. Regnum Hungarorum, q̃ Danubius amniũ Europę fere maximus interſecat latiſſime patet, qua id Septentrionẽ ſpectat Bohemorũ, ac Polonorum regnis terminatur, ad auſtrũ mari Adriatico adiacet, ad occaſum conterminos habet Noricos; qua in Orientem vergit partim Iſtro, partim mari Euxino clauditur; nam vtriq; Getę, quorũ alteri Moldouii, alteri Valachi nunc appellantur, in ditione Hungarica ſemper fuerunt. quanq̃ hoc tempore Valachi ad auertẽdas Turcarũ incurſiones regi Turcarũ tributum pendunt, magisq; in parte, q̃ in ditione Hungarorum ſunt. Itaq; Regiones Hungarico imperio ſubiectas multę incolunt nationes, quę inter ſe linguis diſſerunt; alia .n. lingua Sclaueni, quos Hungari Gothos vocant, licet primã literam huius vocis per t efferant, vtuntur. Nam hi cũ Illyricis communẽ habent ſermonem. alia Gethę, qui ab ipſis Hungaris Morolaualachi appellantur; his n. ſermo quanquam non incorruptus, Romanus eſt. A littore Dalmatio, quod mari Adriatico abluitur ad Drauũ amnem gentes Illyricę ſunt, quas Hungari partim Coruatos, partim Sclauenos, ac Rhaxianos dicunt: A Drauo Hungaricus incipit ſermo, quo omnes etiã Tranſiſtrani pręter Gothos, quos Bohemi Slouenos nuncupant, vtuntur. Atq; inde coniicio Slouenos, & Gothos eandẽ eſſe nationem. Sed & Alemanni Hungaricas incolũt vrbes, quippe qui ſoli in omnib. Tranſiſtranis regionibus opifices ac mercatores ſunt. At Hungaros ſeu Hunugros ab Hũnis & Vgr. dict. indigenas non eſſe lingua coarguit, quippe quę cũ nulla memoratarum gentium conuenit; vnde illos Bohemi, Poloni, Dalmatę, ac Pãnonii aduenas, quib. & ipſe aſſentior, arbitrantur eſſe. ſed & memorię proditũ eſt Hunnos Valente Romanis imperãte ab Hyperboreis montib. Duce Attila Atthila, & Belda eius fratre digreſſos: peruaſtata prius Thracia, ac vtraq; Mœſia, Macedonia, & toto prope Illyrico in Pannoniis & his finitimis Tranſiſtranis Regionib. pulſis inde Gothis ſedes poſuiſſe; quos tamen Viri glacialis Oceani accolæ aliquot

quot poſt annis Iuſtino Conſtantinopolitanum imperium obti-
nente bello victos ſibi parere coegerunt, terræque ab ſe occupatæ
de gentis appellatione nomen indidere. Quapropter Hungari
perinde ac alienæ terræ inuaſores, à finitimis odio habentur, præ-
tertim à Bohemis, Poloniſque. qui, quantum terrarum inter ſe, &
Dalmatas interiacet; id totum ſibi ab Hungaris per iniuriam ere-
ptum putant. ſe enim non modo à Dalmatis oriundos eſſe prædi-
cant, ſed etiam aliquando coniunctas terras nulla externa gente
eos dirimente habitaſſe; credo ducta à linguæ commercio cōiectu-
ra. nam Bohemis, Polonis ac Dalmatis, eandem linguam eſſe ſatis
conſtat. Tametſi quidam eodem linguę commercio adducti exiſti-
mant, rem ſe diuerſam habere. Etenim Rhaxolanæ linguæ ſono ad-
moniti arbitrantur Rhaxinos ipſos Sarmatiæ Europeæ incolas Go-
thicæ gentis eſſe auctores. Rurſus Sclauenos, Bohemos ac Polonos
Gothorum eſſe ſobolem. neq; enim credibile eſſe putant, vllam
Illyricæ nationis gentem in Rhaxolanorum regiones cœli intem-
perie, ac perpetuo damnatas frigore, vnquam penetraſſe; ſed potius
Rhaxanos ipſos abundante domi multitudine (& eſt terra illa ſicut
pecorum ita & hominū admodum ferax) triſtes cultu patriæ ſedes
mitiori plaga permutaſſe; atq; ita partim Septentrionē verſus profe-
ctos, Viſtulaq; amne tranſmiſſo vſq; ad Albim perueniſſe, ac regna
Bohemorū, Polonorumq; condidiſſe; partim ad Auſtrū conceſſiſ-
ſe, pulſiſq; Dacis non ſolū Tranſiſtranas regiones, quas poſtea illis
Hungari eripuerunt, ſed totum etiā Illyricum occupaſſe, ſuumq;
nomen regioni indidiſſe: magna. n. Illyrici pars nunc quoq; Rhaxa
appellatur. quandoquidem ab illis nationib. quæ inter Danubium
& Riphęos montes colunt, Romanum etiam imperium vna
cum ipſa vrbe olim fuit deletum. Nec obſtat huic opinioni eo
quod Rhoxani nunc imbelles admodum ſunt; quondam primi
bellatores extitere: & cum egregiis equitū cataphractorum turmis
in expeditionem proficiſcebantur, nec modo in Europa eorū opes
latiſſime patuerunt, ſed etiam in Aſiam tranſgreſſi vltra Rha amnē
multorum dierum iter, arma protulerunt, vbi nunc quoq; magnum
amplectuntur imperium, ſedemq; regni vrbem ampliſſimam, quā
ipſi Moſchouiam vocant, ad Rha ſitam habent. Flumen autem Rha
aquarū ſpatio cæteros Scythiæ amnes vincens in mare Hyrcanum
euehitur. Sclaueni autem Rhaxanorum ac Gothorum, vt dictū eſt,

Stephanus Bathor poſt Matthiam Coruinum regnū Hungaria appetit.

 proge-

Stephanus Batherpoſt Matthiam Coruinum regnū Hungariæ appetit.

progenies anno à Chriſti natali die circiter ſexingenteſimo Illyricum inuaſere, atq; vt fit, vna cum iugo linguam quoq; victos accipere coegerunt. Itaq; bona pars eorum in nomen Sclauenorum abiit, quod profecto ipſius linguæ, qua nunc Illyrici vtuntur, ſonus facile indicat, nihil pene rerum vocabulis à Rhaxanorum differens ſermone, niſi quod, præſertim Dalmatæ, ſub mitiori ſane poſiti cœlo, verba lenius proferunt, retinentes adhuc quædam latinæ linguæ habitus, ac morum veſtigia. Sane, ante Sclauenorum in Illyricum ingreſſum, non modo Dalmatæ latina lingua, qua multa nūc quoq; vtuntur, ſed & omnes Illyrici vſi ſunt, deductis per totum Illyricum latinis coloniis. vnde nunc quoq; maritimi Dalmatæ, à ceteris gentib. quæ mediterraneas Illyrici regiones incolunt, Latini appellantur, non quia Dalmatæ Rom. Pontifici parent, ſed quia lingua, habitu, & literis latinis vtuntur. atq; ex parua quoq; re efficaci coniectura facta, ex hoc etiam Sclauenos à Gothis prodiiſſe multi arbitrantur, eo ꝙ noſtro quoq; tempore Rhacuſanæ matronæ, cum ancillis Sclauenæ nationis aliqua ex cauſa forte ſuccenſent, eas per contumeliam Gothas appellant. Cæterum, licet multæ (vt dictum eſt) nationes regnum Hungariæ incolant, ſola tamen Hungarorū nobilitas, vna cum Pontificib. ſuis; qui apud eos ſummum obtinent locum ius ferendi ſuffragii in cōuentib. habet. Hi autē apud Hungaros nobiles cenſentur, quorum omnis vita in ſtudiis rei militaris conſiſtit. quiq; procul à cultu abſunt vrbano (vrbes. n. incolere opificum, ac mercatorū eſſe putāt) atq; in prædiis ſuis vicatim habitantes nō modo ab omni tributo liberi agūt, ſed etiā omnia iura in colonos ſuos, q̄ dominis fere in ſeruos ſunt, habent. At Steph. Bather, vt erat imperandi cupidiſſimus, ratus præfecturæ quam gerebat, maieſtate ſe quoq; fauorē ſibi hominū conciliaturum, priusq̄ regnum Hungariæ ab externis peteretur; quod propediē fore, vt euenit, ſuſpicabatur, Hungaros ſi forte eis poſſet perſuadere, vt regnum ad indigenā deferrent, oratione tentandos cenſuit, neminem vnum ſigillatim deſignans, non auſus plane quemquam nominare, priusq̄ principum animos exploraret. Tametſi quidam exiſtimant, Steph. ſeorſum inter amicos, & quib. rem tuto committi credebat, fratris filio Georgio regnum obliqua petiiſſe oratione, ad id maxime tentandū prouocatus Michaelis Selagii exēplo, qui itidem Tranſiluanā præfecturā gerens Matthiā Cugniadem Coruin. ſororis filium, vt ſupra dictū

eſt;

eſt; Regem creari Hungaros coegerat, quo ſc. Stephanus opera ſua fratris filio Rege titulo tenus conſtituto regimen rerum omnium ſibimet vindicaret. Itaq; inculto illo dicendi modo, & à Scytharum more, à quib. Hungari originem ducunt, nequaquam abhorrente, exorſus, haud mediocrẽ & animi motũ, atq; iram, cuius erat natura impotentior, præ ſe ferens, vtpote pro certo fere habens, regnum Hungariæ aduenæ ceſſurum: Alienigenam (inquit) dominum viri Hungari patiemur? cum & Hungarorum legibus cautum ſit, ne quis peregrinus cuiuſpiam magiſtratus obtinendi ius in Hungaria habeat, & bruta animalia, naturæ ipſius inſtinctu ex ſuo genere ſibi Duces qui agmen præcedant, habere ſoleant. neque enim cerui, grues, apes ducem ſui generis ſequi dedignantur. Ad hæc, vt noſtrorum hominum prouerbio vtar, non ne pro monſtro eſſet habitum vrſini capitis animal, cui cætera membra leonis eſſent? abhorrent enim natura ab inepta ac deformi eiuſdem corporis diuerſitate. Porro certum eſt, id Regem in regno eſſe, quod caput in corpore. Cur igitur Hungaris externum Regem imponemus, lingua, moribus, inſtitutis à nobis differentem? & quem, quum vſus poſtulauerit, non niſi adhibito interprete alloqui poterimus? An non ſine dedecore noſtro, tanquam vi coacti, aut noſtrorum ciuium inopia, in alienas leges, qui ſemper cæteris imperauimus, vltro cedemus? O ſi Atthila, quo duce maiores noſtri ab vltima Scythia digreſſi, atque Tanai amne ſuperato, terras vſque ad Britannicum oceanum multis illuſtribus victoriis emenſi ſunt, ab inferis rediret, quanta indignatione gentem ſuam iam degenerem auerſaretur! quippe quam, veluti indigna eſſet, quæ ſuis legibus viueret, ritu iumentorum iugum ab externo impoſitum ſubmiſſe ferre cerneret. Sed nec finitimæ gentes, belli gloria nobis haud quaquam pares, aliis quam ſuæ linguæ principibus parent. An Alemannus ſuæ nationi non imperat? Num Poloni vnquam alium Regem quam Polonum habuere? Nonne Bohemi noſtra memoria Matthiam Cugnadem, quem Italorum aſſentatio Coruinum vocauit, pene in ſolio collocatum aſpernati ſunt, ei puero Vuladiſlauo Andreæ Caſimiri filio, cuius ætas alienæ tutelæ, quam regno aptior erat; quod eiuſdem linguæ eſſet antelato? At profanis dumtaxat exemplis iſta agemus, quaſi eorum qui Religioni addicti ſunt, conſuetudine, apud quos videlicet ad obtinenda ſacerdotia, nihil quemquam præ-

Stephanus Bathor poſt Matthiam Coruinum regnum Hungariæ appetit.

Stephanum Bathor poſt Matthiam Coruinum regnū Hungariæ appetit.

ter virtutis ornamenta iuuare debet, noſtram ſententiam tueri nequeam? Num aliquod noſtis, viri Hungari, ſacerdotum collegium, cui eiuſdem ordinis ac nationis homo non præſit? Taceo ipſam ſedem Apoſtolicam, vrbemq; Romanam commune omnium gentium, præſertim Chriſtianorum, domicilium. vbi ætate noſtra quod quidem neminem veſtrum latere puto, nō niſi Italus aut à pueritia in Italia educatus, quum & in aliis regionibus viri Chriſtiani huic muneri idonei reperiantur, Pontifex maximus creari potuit, quoniam & Romam Italicam vrbem vtpote in Latio poſitam eſſe perhibent, & collegium ipſum Patrum, ex quibus Pontifices fiunt maiore ex parte ex Italis conſtare certum eſt. Nam ſatis conſentaneum eſſe videtur lupis lupum, & vrſis, vt dicitur, vrſum præeſſe. Quanta præterea non modo laudis, ſed etiam vtilitatis nobis acceſſio eſt futura, ſi finitimæ gentes, quibus fortuna noſtra inuidioſa ſemper fuit, cognouerint Hungaros ſuo regimini ſatis idoneos aduena Principe, cuius conſilio ac arbitratu regantur non indigere, propterea quod hi ſolent, ſiue id ad animum ſiue ad corpus referas, externam opem quærere, atque alienæ ſe ſe ditioni ſubiicere, qui propriis tum animi tum corporis dotibus expertes ſe ne libertate quidem nedum imperio dignos putant. Inter nos igitur nobis Rex quęrendus eſt, qui in eadem terra nobiſcū natus, iiſdemque moribus inſtitutus atq; eadem lingua vtens, quicquid dignum laude ſiue bello ſiue pace geſſerit, cum eo vtique ciue noſtro nobis ſit commune: Rege è contrario alienigena ſumpto vel ſi is virtute prædit us ſummuſque vir fuerit (quod quidem in regum fortuna rarum eſt) quis gentem noſtram vtpote haud natiuis opibus, verum importatis inſtructum non omnino contemnet? ſplendoreque alieno non autem proprio illuſtrem iudicabit? Rurſus, ſi ignauus extiterit, quantam peſtem patriæ noſtræ vndique hoſtibus circundatæ illaturus eſt? neque enim vos fugit, finitimas gentes nobis eſſe infenſas, quæ quidem peregrini Regis ſegnitia, perinde ac machina quadam noſtris fabrefacta manibus nos oppugnabunt. loquor autem duntaxat de noſtræ Religionis hoſtibus: Nam Turcæ communes ſunt omnibus Chriſtianis hoſtes: nimirum vt cæteras accolarum in nos odii cauſas ſileam; omnes ob id maxime nobis adlatrant, eo quod vberrimas terrarum regiones belli iure à noſtris maioribus olim occupatas poſſidemus; atque iccirco tan-

cꝰ tanquam Dacico ac Pannonico agro nuper precario inſiti noui inquilini terræ quam Danubius interſecat, Scythiæ vero Aſiaticæ paulo ante incolæ, ab his qui ſimul induſtriæ noſtræ ſimul virtuti inuident, appellamur. Et certe quiſque vicinorum Regum in petitione regni præteritus iuſtam belli cauſam prætendet, eo quod nemo illorum non ad ſe æque ius Regni Hungarici pertinere arbitrabitur, ſi illud quiſquam extra ſolum Hungariæ natus, noſtris ſuffragiis, quod & fieri debet, & proculdubio futurum eſt, aſſecutus fuerit; Quis enim eſt, qui in Matthiæ Chuniadis locum iure propinquitatis Rex eligi debeat? quando ille, præterquam quod nouus homo extiterit, nec permiſſu Hungarici Senatus, ſed vi, & armis regnum adeptus fuerit; non modo nullum ex ſe ſe legitime genitum reliquit heredem, ſed ne Regum quemquam vel longiſſima attingit cognatione? Atq; vt iam finem dicendi faciam; cui rurſus ex hoſtibus noſtris, ſi ſententiam meam comprobaueritis, maximũ non iniiciemus metum? neq; enim fiducia noſtra in creando indigena rege parum finitimorum animoſa belli deterrebit cogitatione, vtpote queis eo facto demonſtrabimus, nec in Hungaria viros deeſſe imperio dignos, & cũ Matthia Iani Cugnadis filio Hũgarorum virtutem non eſſe extinctam. Quod ſi aduerſarii noſtri nos in deſignando rege conterraneo paululũ hæſitãtes animaduerterint, vtinã falſus ſim vates, veluti in deſtitutam hæreditatẽ in nos vndique impetum facient, id ſcilicet quaſi ſuo iure pro ſe quiſque ſibi vindicantes, quod vos, aut abiecti humilitate animi, aut pernicioſa diſſenſione, atque inuidia in veſtrum ciuem conferre dubitabitis. Hæc cum dixiſſet Stephanus, neminemque Principum qui aliquo numero, aut honore eſſet, ea ratione motum animaduerteret (omnes enim oderant ciuis imperium, ob recentem memoriam acerbæ in ſuos Matthiæ Coruini tyrannidis) ſtudium ſuum in Alberthum Regis Polonorũ filium conuertit; cumq; literis ſuis, vti cum trecentis ad ſummum equitibus in Hungariam veniret, hortatus eſt, ratus id neque comitiorum libertati obfuturum, & Hungaris pergratum fore, vtpote quum probe noſſet vir moris antiqui haud imperitus, veterem inter Polonos & Hungaros Reges intercedere neceſſitudinem, Hungaroſque in Polonia, itemque POLONOS in Hungaria viciſſim regnaſſe. Nec prudentem virum fefelliſſet opinio, ni in comi-

Stephanus Bathor poſt Matthiam Coruinum regnum Hungariæ appetit.

Albertus Polonorum regis filius ad regnum Hungariæ ſuſcipiendũ euocatus.

in comitiis de Rege Bohemorum Wladiſlauo Alberti fratre germano, viro magna moderati Regis fama mentio fuiſſet facta. plerumque enim ignauia modeſtiæ faciem, quoniam vtraque quieti dedita eſt, aſſumit, in quem ſane viuente adhuc Matthia tanquam in Regni ſucceſſorem quorundam Hungarorum optimatum oculi ſemper fuerunt coniecti. Igitur Albertus literis Stephani acceptis, rem primo ad magiſtrum Epiſtolarum Callimachum nomine ex gente Italica hominem defert. quem ſane magno apud ſe in honore habebat, quod eo in literis præceptore vſus fuerat: tametſi homo flagitioſus eſſet, nec parum inſuper apud Italos famoſus propter coniurationem in Paulum ſecundum Rom. Pontificem initam. atque iccirco cum ſupplicii metu Roma profugiſſet, ad Mehemetem primo Turcarum Regem ſeſe contulit, à quo vbi cauſa exilii innotuit, breui pulſus in Poloniam, ad Andream Caſſimirum illius gentis regem acceſſit, nulla magis alia re fretus, quam ſi cauſa peregrinationis eius eſſet ignota Polonis: vbi cum Regi, qui quidem vir ſimplicis admodum erat ingenii, ſe ſe eruditionis commendatione in familiarem inſinuaſſet vſum, ab eo, vtpote cauſæ exilii ignaro, liberorum præceptor eſt conſtitutus. Hic igitur nuncio audito mirum in modũ lætatus, ſtatim cœpit Alberto profectionem in Hungariam ſuadere; ratus, vt erat maioris fortunæ, & ſibi, & Principi ſuo oblata vtendum eſſe occaſione. nec tantam ſpem vlla corrumpendam mora. Verum, cum hæc expeditio inconſultis Alberthi parentibus, ſuſcipi non poſſet, conſilium regibus aperitur. Mater Albertho dedita erat, Pater vero in Ladiſlauum maiorem natu filium inclinabat. Itaque dum in vtramque partem ſtudiis regum accenſis aliquot dies conſultando abſumuntur, & Ladiſlauo interim tempus datum eſt ad gratiam Hungarorum ineundam, & Alberti in Hungariam profectio, prima prætermiſſa occaſione ſera fuit, animis Hungarorum iam fauore Ladiſlaui præoccupatis. Legationes interim à competitoribus Regni occurrunt: hi autem Regnum petiere: Wladiſlauus Bohemorum Rex, ad quem ſane regnum delatum eſt, Maximilianus Friderici Imperatoris filius, Alberthus Wladiſlaui minor natu frater, Ianus Coruinus Matthiæ filius ex concubina ortus. Primi Bohemi auditi ſunt, quorum maior natu in hunc ferme modum verba fecit. Poſteaquam ad Wladiſlauum, proceres Hungari, allatum eſt, vos Regi deſignando in Rhacoſium conueniſſe

niſſe campum, nemine exterorum vllam ſtudiis veſtris morã afferente, ſtatim ille in animum induxit, regnum Hungariæ à vobis petere; memor non tam eius iuris, quod in hoc regnum habet, quippe qui Hungarorum Regum ſtirpe ortus eſt, quam veſtræ libertatis, itaque precibus magis quam propinquitate ad id niti cenſuit, propterea, q̃ cũ omnium Chriſtianorũ more, tum antiquo Hungarorũ inſtituto, vbi Rex ſine liberis iuſto matrimonio ſuſceptis deceſſit, ad Senatũ ſeu eos, qui nobilitate excellunt, Regis ſpectat electio: atq; idcirco vos optimo animo ac cõſilio in campũ deſcendiſſe arbitratur, nihilq; præter honeſtũ, ius gentium & vetuſtiſſimum Hungarorum morẽ veſtris factũ iri ſuffragiis fere pro cõperto habet. eſt enim ei perſuaſum, vobis nõ minorem ineſſe iuſtitiã, quam fortitudinẽ: prudẽtiam, q̃ fortunam: rerũ omnium copiam, q̃ modeſtiam. Quę cum ita ſint, veſtri arbitrii eſt, vobis Regẽ deſignare, prudentię vero, quam optimum deligere ad Regnum. nemo enim eſt vicinorum Regum, qui id fruſtra per ſe adipiſci nõ ſperet, q̃ videlicet pro magnitudine Imperii veſtri nõ niſi ſuffragiis veſtris & acquiri poteſt & dari debet. Nempe hę ſunt Hungarici Regni vires, vt circumiectę nationes magis cogitent, quemadmodũ Hungaros officio demereantur, quam vt quicquã noui conſilii in eos audeant inire. Quum igitur nulla externa vi ius regis cooptandi imminui poſſit, nemo eſt, qui Bohemorũ Regi Wladislauo à vobis debeat anteponi, propterea quod in Rege creando duo vobis maxime ſpectanda ſunt: alterum, vt in extincti Regis locum proximus quis ſanguine, licet id fortunæ omnino ſit munus, ſufficiatur (loquor autem de eo prædeceſſore, qui aut iure ſucceſſionis regnauit, aut deficiente vero herede Senatus ac nobilitatis arbitrio ad Regnum acceſſit, & ita imperium adminiſtrauit, vt eum ſui ciues magis Regem quam tyrannum ſenſerint) alterum vt quam optimus: quæ quidem laus tota eorum eſt, qui Regem creant, cooptetur. Nam vt diſcedamus à Matthia Iani Cugnadis filio, qui (vt probe noſtis) nec vlla cognatione ſtirpi Regiæ annexus fuit, & Regnum Hungariæ, præter quam quod inuito Senatu Hungarico occupauit, ita geſſit, vt omnibus bonis, non minus priuatæ ſtirpis obſcuritate, quam tyrannide Regno indignus viſus ſit, trium nouiſſimorum ante Matthiam Regum Wladiſlauus eſt verus in hoc regnum hæres, ac ſucceſſor, ſiue eius paternum ſiue maternum reſpexeritis genus; Quo

Quinam poſt Matthiæ Coruini mortẽ regnum Hũgariæ petierint.

Quinam poſt Matthiæ Corvini mortem regnũ Hungariæ petierint.

quidem vtroque omnibus Europæ Regibus (abſit verbo inuidia) antecellit. Placet autem id referre, non quidem per arrogantiam, ſed quia & vos generis nobilitatem magni facitis, & reliqui mortales id per ſe amplum putant. Eſt enim Andreæ Caſimiri, magni & iuſtiſſimi viri filius, qui & belli & domi Rex egregius extitit, nepos vero ex fratre; atque idcirco hac quoque ex parte iuſtus ſucceſſor illius Wladiſlaui, ad quem Patres veſtri circumſpectiſſimi viri regnum Hungariæ vltro detulere, quique talem regem egit, vt non modo Regno à maioribus veſtris, quod quidem ampliſſimum eſt, delato par haberet, ſed etiam Conſtantinopolitano imperio dignus iudicaretur, quod profecto veſtris armis ad illius virtutem, atque ad Polonici regni opes adiunctis iamdiu Chriſtianæ factum eſſet ditionis, ni cum mors importuna, media ferme in expeditione vobis pariter, & vniuerſæ Chriſtianæ Reip. rapuiſſet. Maternum deinde principis noſtri genus ab illo clariſſimo Hungariæ Rege Ludouico, Sigiſmundoq; eius genero ducitur, qui non Hungariæ modo regnum Bohemiæque additis multis Alemanniæ regionibus, ſed etiam Romanũ obtinuit imperium. Alberthus enim qui itidem Rex Hungarorum fuit ex Sigiſmundi filia & Ludouici nepte matrem auunculumque eius Ladiſlauum ſuſcepit, quem Hungari vix natum (vt ita dicam) & in cunis iacentẽ regem dixere. Satis ergo conſtat, neque Albertho Sigiſmundi genero, neque Wladiſlauo Caſſimiri germano, neque Wladislauo poſthumo Alberti filio vltimis legitimis Regibus veſtris alium quàm Wladiſlauum Bohemorum regem iuſtiorem ſupereſſe heredem. Sed hoc cognationis ius, ſimulq; tantum ſanguinis ſplendorem, quum ea magis ſuperbiam hominibus ſuggerere ſoleant, quam rebuſpub. prodeſſe, miſſa faciamus; eo magis, quia iſta Regem quidem conſtituunt, ſed niſi adſint virtutes, regno haud dignum efficiunt. Ad virtutes noſtri Principis, queis certe regna ſtant, atque augentur (neq; enim illæ intra regnum Bohemiæ ita latent, vt non ad vos etiam earum fama euolarit) Proceres Hungari animaduertite. Nam nos affirmare audemus, non modo Wladiſlaui ingenium extra vitia eſſe, quod quidem per ſe haud parui faciendum eſt, ſed etiam illi eas ineſſe virtutes, quæ quemlibet maximum principem decent. Eſt enim in eo ſumma humanitas, fides iuſtitiæ conſeruatrix egregia, comitati mixta ſeueritas, temperantia, illa præſertim

ætate,

ætate, admirabilis, pietas in Deum, ac religio inſignis. Ad hæc eius tanta fortunæ ac animi bona (nam corporis dotibus ſupra mortalem certe conditionem eum excellere nulli dubium eſt) accedit, quod vel ſolum ad ſumendum hunc Regem, vos debet impellere. id autem eſt vtilitas, quę huic regno ex adiectione Bohemiæ naſcitur, qua quidem terra viris ad militiam idoneis nulla eſt feracior, atque ex ſocietate regni patris eius Caſimiri. quum certum ſit, inter Sarmatas, & gentes Tranſiſtranas, Polonos armis plurimum poſſe.

Qui iam poſt Matthiæ Coruini mortem Hungariæ regnum petiuerint.

Quid plura? hoc rege aſſumpto quicquid terrarum inter Sarmaticum Oceanum & Adriaticum mare iacet, aut ſub ditione veſtri nominis erit, aut amicitia, & ſocietate iunctum habebitis. Hæc verba Principes, penes quos ſumma rei Hungaricæ erat, maxime qui proxime regis imperioſum ingenium ægre tulerant, ſimul qui Reginæ Beatrici doloſe obſequebantur, læti, vtpote animis dudum ad id ipſum perſuaſis, audiuere. Illa enim nulla ratione pudoris habita eodem magnopere inclinabat. ſane, à Maximiliano, quem primum mortuo rege Matthia è veſtigio de matrimonio clam per nuncium interpellauerat, ſpreta, vehementer cupiebat Wladiſlauum regem, à tali coniugio ob eius maxime ſterilitatem abhorrentem quidem, ſed tamen matrimonium, vt Beatricem ſibi deuinceret ſimulantem in virum habere: quamuis non mediocri laudi futura, ſi memor primi matrimonii in viduitate, quæ quidem matronis decori eſt maximo, perſeueraſſet, nec talem animo cupiditatem vnquam admiſiſſet. Verum hæc res auertendæ ſuſpicionis cauſa pro tempore ſilentio preſſa eſt, ne vulgata eiuſmodi officeret conſilio. nam omnia munitiora Hungariæ loca Regis Matthiæ filius præſidiis obtinebat. qui quidem ſe regem fore haudquaquam deſperabat, ſed vi magis, quam cauſa fretus, paruam admodum gratiam apud optimates iniuerat. propterea quod, licet oratores eius ad preces verſi Nobilitatis conuentum humillime ambirent, attamen, vt paulo poſt apparuit, exercitum ad vim inferendam, ſi preces parum proceſſiſſent, nequicquam ſane comparabat, Rege iam deſignato. Qui ſi antequam Comitia regi creando haberi cæpta eſſent, exercitu fuiſſet inſtructus, nulla ferme res eius votū morari potuiſſet, nondū vllo p̄ſertim publiço prę́ſidio optimatibus munitis. Nam apud Hungaros gentem

Quinam poſt Matthiæ Coruini mortem Hungariæ regnum petierint.

armis deditam, potentiamque ac diuitias ſolum admirantem, nulla eſt tanta dignitas, modo ſit inermis, quæ ſuæ tantum maieſtatis reuerentia contra vim ſatis ſit tuta. Secundum Bohemos Alemanni auditi ſunt. quorum oratio, quum nullo præſenti decore innixa eſſet, Hungaros minime mouit: tametſi Romani imperii dignitas, antiquuſque familiæ ſplendor commemoratus ſit, & ille Senatus Hungarici conuentus, Ladislauo poſthumo Pragæ extincto, in memoriam reductus, quo ſcilic. Fridericus Imperator Romanorum Rex Hungariæ, quorundam nutibus fuit ſignificatus, regnoque, vt Alemanni iactabant, Michaele Selagio intercedente fraudatus. Turpe enim præter inſita in Alemannos odia Hungaris videbatur, eum Regem habere atq; illi ſubiici, cuius patrem, duce Matthia nuper haud magno deuictum negotio ludibrio habuiſſent; quemque per ſe etiã regno Hungariæ hoſtibus vndique expoſito haud idoneum cenſerent. Sane, occurrebat animis, Maximilianum poſt ſoceri ſui Caroli Belgarum Ducis mortem, quem ſatis conſtat, numquam bello Francorum regi ceſſiſſe, bonam Belgicæ Galliæ partem, quæ ſub ipſius Caroli imperio fuerat, parui ſpatio temporis, ac ferme ſine certamine amiſiſſe, neque vnquam cum præfectis Francorum Regis parem in acie fuiſſe. Alberti legatio eadem fere quæ fratris fuit; qui quamquam virtutis ſuæ fama non paruam procerum partem, cum tota pene humilioris fortunæ nobilitate ad ſe traxerat (hi enim ſtudiis, atque aperta acclamatione in ipſum inclinabant) vicit tamen illa pars, quæ Wladiſlauo fauebat; cui ſcilicet regnum à Deo erat deſtinatum, quo Regis ſegnitie Hungarorum ingentes adiacentes ſuperbia plecteretur. Nam quum maxime vulgi ſtudia in Albertum eſſent accenſa, rumor (incertum quo auctore) exortus tota comitia ſubito perſuaſit, Albertum peruicacis ingenii, ac valde ſuis contumelioſum eſſe. qui quidem rumor, vt ſunt mortales ad credendum deteriora faciles, omnium fere Principum animos ab Albertho extemplo auertit, atque Wladislauo conciliauit. Et re vera aliquando Albertus, in quodam concilio, cui pater eius interfuerat, cuidam ex Polonis principibus ob liberiorem vocem in regem emiſſam ira concitus intenderat manus, oſque verberauerat; Quare falſo quidam opinati ſunt, regnum Alberto ablatum, tum inconſtantia Stephani Botetis Tranſiſtranæ

Hunga-

Vuladiſlauus Bohemus in regem Hungaria electus.

Hungariæ præfecti, quem ferunt, vt Wladiſlauo fautor eſſet, à Regina pecunia corruptum, quando vir ille ætate ſua religioſiſſimus ſit habitus, tum dolis, ac aſtu Iani Bohemi Varadinenſium Præſulis, cuius rei conſcientia, & pudore (vt ſunt plærique alienæ maligni interpretes mentes) ſeſe præſulatu abdicaſſe fertur, ordiniſque D. Franciſci habitum ſumpſiſſe, perinde ac timuiſſet, ne Regnum Hungariæ non ſine ſuo periculo Wladiſlauus retinere non poſſet; propterea quod ad vltimum prope diſcrimen Wladiſlauo rege declarato regnum deductum eſſe viſum eſt, hoſtibus vndique in Hungaros ingruentibus. qui quidem tunc in mutuam ex ſimultatibus perniciem ruentes, in ſeſe finitimorum arma concitabant. ſed neque hanc ſolummodo depoſiti Præſulatus Iano quidam inimicorum obiecere, quippe qui affingere etiam auſi ſunt, illum ne Reginæ de regio matrimonio promiſſum exolueret, ſeſe eo modo periurii notę ſubtraxiſſe, quaſi aut ſolus id receperit ſe facturum, aut quod vna cum multis aliis pollicitus erat, ſolus pręſtare debuerit; quum pręſertim omnino ridiculę atq; inſanę mentis ſit, credere quempiam alium id promittere potuiſſe, quod videlicet, & regii tantummodo fuit arbitrii, & per ipſummet Regem agendum, qui quidem non modo talium pactione nuptiarum ad regnum Hungarię non eſt accitus, verum etiam multo ante ab Hungaris Rex deſignatus, quam vlla huiuſce matrimonii fieret mentio: quamquam non negauerim ſpem nuptiarum Beatrici ab Hungaris doloſe iniectam, quo illa pecunias, quarum copiam ingentem congeſſiſſe credebatur, in exercitum, qui aduerſus hoſtes id temporis ſcribebatur, impenderet. Quapropter ego quoque eorum opinioni facile accedo, qui credunt Ianum nullius dęlicti conſcientia, ſed ex voto monaſterium petiſſe. in quam ſane ſententiam grauiores fere viri inclinant, quandoquidem neque ſola electio Wladiſlaui Regis, verum etiam inſanę quoque Hungarorum mentes, & conſilia inquieta, priuatiſque potius, quam publicis rebus proſpicientia, regnum opibus, ac armis validiſſimum prope peſſum dederint, nedum conturbarint. Neque gratiam Italę muliercul ę tantum apud Hungaros valuiſſe credendum eſt, vt ex illius voto ſibi Regem conſtituerent. Nempe Italis Hungari, Boemi, ac Poloni adeo infenſi ſunt, vt illos eodem fere odio quo & Iudęos proſequantur, eorum maxime, (has enim maleuolentię cauſas in-

[library stamp]

Vuladula-nus Bohemus in Hungaria regē electus.

quirendo comperi) calliditatem atq; auaritiam peroſi. Quam profecto opinionem de Italis inde natam eſſe illis gentibus arbitror, quia aliquando quidam Romani ſacerdotes, iuſſu ſummi Pontificis, ad Circumiſtranas regiones accedentes, adeo ab illa natione nummos per ſpeciem religionis extorſerunt, vt nullum auaritiæ ac latrocinii genus prætermiſerint. Eſt enim proculdubio nefarius latro, qui de religione lucra ſectatur, & alienam ſimplicitatem quæſtui habet. Nec equidem hæc ſcriptis inſerui, ac ſi ambigerem, ſiue aſtu Iani Pontificis, ſiue Batheris inconſtantia, Wladiſlauum ab Hungaris in Regem acceptum repulſumve Albertum; quippe qui, præter quam quod ab aliis accepta tranſcribo, ex ſacris literis didici, Dei voluntate ac decreto principatum dari: ſed ne quid ex his, quæ tunc fama ferebantur, conſulto videar ſubduxiſſe. licet enim affirmare (quoniam quandoque, vt ſapientes cenſent, vel optimos viros non niſi per ærumnas Deus ad ſummum perducit gradum) & Wladiſlauum diuina voluntate, ſeu hominibus incognita, ſeu, vt ſupra dixi, quo Regis ignauia ferocia Hungarorum ingenia mitiora fierent, non ſine rerum perturbatione, & regni detrimento, ad regnum Hungariæ acceſſiſſe, & Alberto nullius ſane fraude illud ablatum, ſed potius Peſtanorum comitiorum acclamatione; certiſſimo vt exitus rei comprobauit, omine in Regem paterni regni, in quod mox Wladiſlaui maxime opera patri ſucceſſit, deſignatum eſſe. Conſueuit enim Deus pleraque arcanis quibuſdam (vt ita dicam) notis, ac per ambages prius quam veniant ſignificare, quo voluntas eius, tum demum, quum expleta fuerit, denunciata fuiſſe cognoſcatur. Per idem tempus inter filium Regis Matthiæ, reginamque, quo citius domus Cugnadis familiæ ſtatuta humanarum rerum volubilitate ruinæ deſtinatæ caderet, naſcitur diſſenſio, quæ quidem vtrique detrimento fuit quammaximo: alterum enim regno ſpe fere tota accepto deiecit, alteram ingenti pecunia priuauit, atque in maximum induxit mœrorem, fide ab Hungaris non præſtita, vt ipſa tegendæ ignominiæ cauſſa, vbi ſpe regii matrimonii decidit, ſpargere in vulgus non dubitauit. Quæ profecto contentio perturbationis peſtem magna ex parte adauxit, ferrumque ac facem ciuili bello prætulit, hinc Regina iure coniugii, inde regulo, perinde ac ſi eſſet legitimus hæres, ad ſe regnum trahente. Quem ſcilicet præter alia, quibus imperitum rerum adoleſcen-

Diſſenſio inter Matthiæ Coruini filium illegitimum & reginam exorta.

leſcentem mali conſultores ſtimulabant, ad excelſa omnia, atque alta ſperanda, hoc maxime incitabat, eo quod Rex Matthias morte primæ coniugis iam ſolutus matrimonio eius matrem regio cultu, æque ac iuſtam vxorem domi in deliciis habuerat, volueratque eam, vt multi affirmant, propter prolem ex ea ſuſceptam ſibi matrimonio, ni amici diſſuaſiſſent, coniungere. Accedit ad hoc, quod ſe vnicum demortui principis filium reliquum eſſe, atq; honore paulo ante habitum, quo ſolent in ſpem regni geniti haberi.

Verum, quantum Iani Cugnadis Ducis egregii virtus ad obtinendum regnum Matthiæ ſuffragata erat, tantum huic principis obfuit tyrannis. nihil enim eſt regum liberis ad conciliandum populi fauorem tam efficax, quam paternæ memoria iuſtitię. Regina igitur animaduertens regulum omnia ad obtinendum regnum moliri, relicta regia, in priuatas Ciuitatis ædes ſeſe recepit; ſeu vim reguli metuens, ſeu, vt eo facto, quaſi è domo ſua pulſa eſſet, & digniorem commiſeratione faceret, ac maius odium regulo conflaret. proceres deinde ſupplex orat, ne ſe reginam legitime creatam deſerant, priuatamque eſſe patiantur; ſpondet præterea, ſi Wladiſlauum Hungariæ Regem declararent, ſeque ille, quod quidem eorum fauore poſſe fieri ſperabat, vxorem duceret, totum theſaurum regnante Matthia abs ſe qualicunque modo congeſtum, in communem regni vſum verſuram, rata, & omnem rerum iacturam priuata vita leuiorem fore, nec difficulter pecuniæ detrimenta reſarcitum iri, ſi voti compos facta eſſet. Principes, qui Wladiſlauum in Hungaria regnare optabant, quamquam Beatricem, ne in regno quidem priuatam agere, è Republica exiſtimarent, nedum Reginam eſſe nolebant (tantum odii ſiue Reginæ ipſius, ſiue Regis Matthiæ culpa in illam conceptum erat; nam & illa præterquam quod ſterilis eſſet, parum benefica habita eſt, & Hungarorum optimates quemadmodum in Matthiam, ita & in vxorem eius erant animati) tamen ac ſi hac reginæ ſponſione clandeſtina eius præda euoluta pateficeret, quo cumulatum argentum, vt ſunt Hungari, veluti plærique mortales pecuniæ auidi, extraherent; quicquid poſtulauit, ſe facturos promiſere; Italica ſane arte, vt Hungari impudenter prædicabant aduerſus Italam vſi. Hungari

enim

Filius Matthiæ Coruini illegitimus regnũ Hungariæ ſibi deberi contendit.

enim Italicę genti fraudem maxime obiicere ſolent; tametſi antiquis Romanorum moribus nihilominus quam perfidię obiectio conueniat; quippe apud quos fides ſemper fuit ſanctiſſime culta, omnibusque mortalium bonis antelata. Cęterum Matthię filius, clauſa iam regina, aduerſariisque ab eius aditu prohibitis, atque cum fautoribus ſuis tum theſauro locisque, quę pręſidiis obtinebat fretus, paternum ad ſe regnum deferri; haud diſſimulanter petere incipit, minaturque ſe illud ſi non licuerit optimatum voluntate, vi occupaturum; atq; armis ius ſuum defenſurum. Atque quo plures ſibi aſciſceret fautores, Petrum cognomento Inſanum Colocienſem Pontificem Viſegradenſi educit cuſtodia, in quam ob ferox maxime, ac intractabile ingenium, à Rege Matthia alienę inſolentię impatientiſſimo adnitente etiam Beatrice eius vxore, quę & ipſa Pręſuli ob intolerabilem hominis in ſe acerbitatem erat infenſa, coniectus fuerat. quamquam ſunt qui Petri arrogantię, proditionem quoque conſiliorum Regis Matthię, cuius à ſecretis & magiſter epiſtolarum fuerat, adiiciant: licet alii, id illi ab inimicis falſo obiectum arbitrentur. Verum Pontifex Petrus ſeſe domi priuatim continuit, nec in Senatorum concionem inferri auſus eſt, eo quod inimicos timeret, qui ei, ſi publicis rebus ſe ingeſſiſſet, malum minabantur; quodq; pręſulatu nondum omnino recuperato, nullam ferme inter proceres auctoritatem erat conſecutus; quum vel ex eo comitiis nequaquam fuiſſet adhibitus, eo quod amotę mentis eſſet habitus: quamuis illum, vt ego arbitror, etenim vſus ſum eius familiaritate, magis inſita ſuperbia quam mens inſana, furere aliquando coegiſſet. Quod ſane malum plęriſque nouis ineſt hominibus, qui ſcilicet obſcuro loco nati, dum fortuna, non autem virtute inſperatum dignitatis gradum conſequuntur, obliti domeſticę humilitatis, nimiumque fortunę, cui ſeſe permiſere, elati fauore, his per inſolentiam pręſtare nituntur, quos merito colere deberent. cęterum non defuit ſuſpicio, Petrum, quum ab ipſius inimicis, tum ab his maxime, qui regulo aduerſabantur, non modo pręetextu inſanię, regiis ſubmotum fuiſſe comitiis; ſed etiam eo, quod ob ſalutis beneficium regulo vicem redditurum, fauturumque putabant. Qui quidem tametſi opibus ſuis, ac fauore, nondum (vt dictum eſt) pontificatu recuperato Matthię filio tunc adeſſe nequiuerit, multum tamen conſilio, audaci illo quidem &

minime

Filius Mathia Coruini illegitimus regnũ Hungariæ ſibi deberi contendit.

minime probando, nec ab eius ingenita atrocitate abhorrente profuturus fuiſſet forſan, ſi ei fuiſſet obtemperatum, quippe cuius erat ſententia, cæteris fere Reguli amicis id vehementer propter rei turpitudinem improbantibus, comprehenſos in Regia optimates, qui comitiorum initio ad Regulum ſæpe commeabant, poſitis cuſtodibus tantiſper detinere, dum Ianus, an militari ſtudio regnum poſſet inuadere, experiretur. Hoc autem vtrum Petri odio ab inimicis confictum ſit, in vulguſque æditum, moribus eius crimen affirmantibus, an ab ipſo Petro cogitatum, in ambiguo pono; nihil enim mihi de hac re ſatis compertum eſt. Proceres dum de nouo Rege creando inter ſe deliberant, Stephanum cognomento Incitartouum Sepuſienſem Principem, ne decreta eorum ſine ſummo magiſtratu eſſent irrita, abſentem declarant Naderheſpanum; ita Senatus Principem Hungari vocant, vulgo Comes Palatinus dicitur. Hic autem magiſtratus dignitate primus poſt Regem eſt, Regiamque fere obtinet poteſtatem; nam Rege abſente, aut nondum deſignato, ſenatum vocandi (quod quidem nulli præter ipſum licet) ius habet. Declarato igitur Senatus Principe filium regis interpoſita publica fide ad colloquium identidem euocant, hortantur vt diadema, de quo ſupra dictum eſt, Nobilium conuentui redderet; theſauris oppidisque & cæteris omnibus locis iure ad Remp. pertinentibus cederet, malletque gratiam Senatus Hungarici, quam vim experiri, neu peſſimorum hominum fallacibus deceptus conſiliis, vanaq; inflatus ſpe, ſeſe in præceps daret; deinde animo proſpiceret, quam periculoſum peteret imperium; quamque difficilem rem, atque ſupra fortunam ſuam attentaret; & quæ ab ipſo neque capi neque retineri poſſet. Cæterum, cum Regulum huiuſce adhortationibus nequaquam flecti appareret, (etenim ei adhuc regiis animis inflato valde humile videbatur, opibus ſuis præſertim nondum aduerſa fortuna fractis, patrio regno, quod iuuenili ardore, ac ſingulari temeritate fere inuaſerat, fraudari) ſtatuunt eum, ne ad priuatam fortunam detrahi videretur, honoribus, ac titulis augere. Eſt regio Illyrici inter Valdauum, quem fluuium vulgo Hunnam vocant, & Drinum amnem ſita, partim Hungaricæ, partim Turcaicæ ditionis, nunc Boſſinæ regnum nuncupatur. hanc regionem quum permiſſu Ludouici Regis Neapoli oriundi (fuit enim id temporis Hungarorum) vt & reliquum Illy-

D ricum

Filius Matthiæ Coruini illegit. regnũ Hungariæ ſibi deberi contendit.

ricum prouincia Stephanus Duronius præfectura obtineret, ab ipſo Ludouico Boſſinenſium Rex dictus eſt, quum ob formam Duroniæ filiæ, quam eius amore captus nuptiis ſuis Ludouicus deſtinarat, Reginamque appellauerat, ne magni Rex nominis priuatam fœminam, priuatique hominis filiam præter regium decus in coniugem duxiſſe videretur, tum ob egregie nauatam operam aduerſus Gregorium Churiacum Dalmatam ab Hungaris deficientem, regniq; prouincias vaſtantem.

Itaque quamuis Stephanus, & inſecuti Boſſinenſium reges, regio nomine fuerint inſigniti, nunquam tamen à ſocietate Hungarorum, quoad penes Boſnenſes regnum permanſit, defecerunt. Quare occupato quoq; à Turcis Illyrico Hungaris domeſtico bello impeditis, Boſſinenſis regni titulum Hungarorum reges, nequaquã depoſuerunt, eum non minus recte nunc, quam antea vſurpantes, quandoquidem ductu Regis Matthiæ Cugnadis ſedem Boſſinenſium regum, quam incolæ Iaiſzam vocant, cum multis aliis oppidis de Turcis recuperarunt. Spondent igitur Regulo, ſi in animum induceret, permittere ſeſe in Senatus poteſtatem, totam Illyrici regionem, quæ Hungarorum imperio ſubiecta erat, cum Bani nomine quod paulo à regio diſtat, additis inſuper multis principum virorum patrimoniis, quæ Matthias partim emerat, partim ſucceſſionis iure, vt mos eſt, vbi Reges publicis rebus præſunt, obtinuerat, extinctis omnibus poſſeſſionum legitimis hæredibus; nam caducę hęreditates regibus acquiruntur. Cęterum Regulus paternę dignitatis haud immemor, videns iam regnum ad Wladiſlauum proculdubio deferri: relicto in Regia ſatis firmo pręſidio, magnam vim auri, atque argenti dum ſeſe ſpretum credit, aſportat, ad exercitumq;, quem iam quibus mandatum erat parauerant, proficiſcitur, armis regnum fruſtra quęſiturus, principibus regni eius ſpei obſtantibus Regulum ſequuntur pręter ſuę factionis homines, quidam viri primarii, qui quidem rege nondum declarato, ſoluti, vt fit, regio metu, dum vicinum agrum populantur, armiſque ea repetunt, de quibus iure diſceptandum erat, comitiis regiis non interfuerant. itaque propria hi culpa optimatibus infenſi, ac ſi fuiſſent, quod illis abſentibus regia comitia eſſent peracta in poſterum quoq; ſuffragiis ferendis priuati, atque procerum ſenatu amoti, ſeſe ad partes Reguli imprudenti ſine conſilio aggregarunt.

pro-

runt. propterea quod quidam eorumdem cum regulo alii grauiorem etiam caſum ſubiere; in queis fuere Laurentius Huculacenus, inter profanos proceres fortunis, ac familiæ dignitate nulli ſecundus; Sigiſmundus Chanzeres, quinque Eccleſiarum Antiſtes; Bartholomæus Beriſlauus, Veranenſis Prior, eiuſque collegii ſacerdos, quod Rhodum Lyciç inſulam imperio obtinet: Iacobus Scytha, & ipſe ex regiis præfectis nõ ignobilis, Paulus Coruates, multiq; alii bello aſſueti, genereq; ac diuitiis clari. Quod vbi vulgatũ eſt, Stephanus Bather, cum omni exercitu, qui ſecum in Peſtano campo conſederat, Danubium confeſtim traiicit, regulũ inſecuturus; prius tamen Iano Varadinenſium Pontifice ad Stephanum Auſtriæ prçfectum, quem Senatus Principem, ſeu Comitem Palatinum creatum demonſtrauimus, virum diuitiis & auctoritate nominis Hungarici longe Principem, Viannam ad rem vti ſe habebat indicandã miſſo: neq; enim inconſulto tantæ auctoritatis viro bellũ incipere cenſuit. Quo nuncio accepto Palatinus omnes aduerſæ factionis homines præter regium puerum hoſtes iudicari, corũq; bona publicari iuſſit, illum enim & parentis amicitia Palatino commendabat, quippe quẽ Matthias ex infimo fere loco in ſummum dignitatis ac fortunæ euexerat gradum, & ętas quaſi nil proprio feciſſet conſilio excuſare videbatur. Igitur Stephanus Bather literis per vicinas regiones dimiſſis multos mortales ad arma concitat, ſeque quamprimum ſequi iubet, pœna his capitis, qui imperata protinus non feciſſent conſtituta. Ipſe autem adſcito expeditionis ſocio Paulo Ciniſio, viro bellicis artibus inſigni, cum manu, quę præſto erat, fugientium veſtigiis inſiſtens, hoſtes ad Scaruicium amnem eſt conſequutus. Cæterum, ne quid perturbationi, qua quidem nulla fere pars regni vacua erat, leuibus etiam ex cauſis deeſſet (Nam Principum furore, ac diſcordia, facile inferiorum quies labefactatur) agreſtes quidam, quorum vis magna vndique ad ſigna Stephani confluxerat, prætextu hoſtium inquirendorum Feduarenſe irrumpunt monaſterium, atque ſublatis ibi quibuſdam rebus, quæ ſicut illis vſui erant, ita à ſacerdotibus negari haud debuerant, inde abeunt. Sunt enim ſacerdotum domicilia ita antiquitus inſtituta, vt eſſent hoſpitalitatis ac beneficentię officinę. Sed cum in pago ſub ipſius radicibus montis, in quo monaſterium ſitum eſt, pauci ex his, qui monaſterium irruperant, vino

Stephanus Bather filium Matthia Coruini illegitimum perſequitur.

Stephanus Bather filium Matthiæ Coruini illegitimum perſequitur.

onerati ſubſtitiſſent: Monachus quidam è Peluſienſi monaſterio pulſus, qui loco præerat, licet eſſet Dalmata natione, ciuiſq; Rhacuſanus (nam Feudarenſe monaſterium precio conduxerat) multum tamen eo, quod in Hungaria inueterauerat, de regionis hauſerat immanitate, & ipſe mero ſimul, & ira, quam ſingularis auaritia exaſperauerat, malis conſultoribus incitatus miniſtros conuocat, de iniuriis monaſterio illatis longa conqueritur oratione. Erat enim vt ab his, qui hominem nouere, accepi natura, vt plæriq; Dalmatæ, vſq; ad fugam audientium, vt dicitur, loquax. quos vbi ad vlciſcendam iniuriam ſatis concitatos vidit: quippe Hungari his, quos mercede colunt, fere in omnibus promptiſſime parent, tantiq; eos faciunt, quorum ſe amicitiæ dediderunt, vt ne conſanguineis quidem ſi iuſſi ſunt, parcant; merum circumferri largius more patrio iubet, quo furioſa iam incenſos oratione, vino etiã, cui gentes in Septentrionem verſæ deditiſſimæ ſunt, magis efferaret. Itaq; Monachus, ad quẽ maxime liberalitas, patientiæ virtus, atq; iniuriarum ſpectabat obliuio, ab epulis, inter quas de hac re conſultauerat, conſurgens arma capit, ſacerdotiiq; immemor, ad certamen non minus victori, quam victo futurũ infælix proficiſcitur. atq; dum vino, ſimul & inſanæ mentis furiis exagitatus, ſtricto enſe vicum curſu perluſtrat, ex illis agreſtibus duos forte obuiam factos aggreditur, alterumq; ipſemet per ſe, alterum miniſter obtruncat; atq; ita ſcelus nefarium, peſſimiq; exempli perpetratum eſt, nec niſi ſola mẽtis valetudine excuſandum. quis enim eſt ſacerdotum adeo perditis moribus, modo ſit ſobrius, atq; ſanæ mentis qui hominẽ nulla iniuria aut omnino leui prouocatus interficeret? Tantum vero abfuit, vt hic ſacerdos propter hominis necem, aut publica cenſura, aut ſua ipſius conſcientia ſacris arceretur, vt inſuper ſcelere diſſimulato in patria, quo metu iudicii ex Hungaria profugerat, à ciuib. Rhacuſanis eiuſce cædis ignaris Tribunienſium præſul fuerit dictus; licet titulum duntaxat huius Pontificatus Rhacuſani vſurpent Turcis Ciuitatem poſſidentibus; ſed nec Alexander Sextus Romanus Pontifex, tametſi & ipſe homicidiis notus eſſet, hunc hominem ad Pontificatum facile admiſit. Nam quum Romæ accuſatus eſſet, obiectaque parum purgare videretur, in carcerem coniectus eſt: mox Maphæis Veronenſibus ciuibus ſummis viris, qui id temporis Romæ agebant, deprecantibus, ac reum iudicio ſiſti fideiubentibus, non modo è carcere

edu-

Stephanus Bathor filium Matthiæ Coruini illegitimum perſequitur.

eductus eſt,ſeu etiam accuſatore ſeu nimis ab accuſatione deterrito, ſeu per colluſionem deſiſtente, tandem Epiſcopus declaratus; nec mirum.ſolos enim falſarios hoc corruptiſſimo tempore ſedes apoſtolica vltimo ſupplicio afficit: in cæteris conniuere ſolet. eo quod falſi crimen, quum Pontificum, quorum omnis in comparandis duntaxat pecuniis cura fixa eſt, deterat emolumenta, capitale putatur. Ad hoc accedit quod hic ſacerdos ſolemni ſtipulatu ſpoponderat,ſe ſimulatque in patriam reuerſus eſſet,ducentos aureos mulctæ nomine ſoluturum; niſi quoſdam veteres auctores,qui temporum iniuria non extant,ipſis Maphęis,ſeu quibus illi iuſſiſſent, librariis imprimendos dediſſet.quos ſane ille in Circumiſtranis regionibus abs ſe inuentos eo conſilio ementitus erat, vt Maphęos librorum cupidiſſimos ſibi conciliaret, iudiciumque eorum patrocinio eluderet. atque ita, cum cauſa non poſſet,fraude ac mendacio ſe ſe tutatus eſt. Hoc autem haud inſectandi gratia retulimus, vtpote quod non, vt hominem infamia mulctarem, quem ne nominarim quidem, ſed rerum ſerie,atque facinoris atrocitate coactus narraui, magnoque ſacerdotum, quum & ipſe ſim ſacerdos,dedecore ſcelus ipſum duntaxat commemorando execratus ſum, quo cæteri religione ſacri tam fœdo deterriti exemplo caueant ſibi,quãdoquidem vel hac præcipue cauſa rerum geſtarum cognitio ſit ſalubris.Etenim vi atque inſtinctu naturæ pudor audiendi quæ turpiter fecimus nos vehementer reuocat ad honeſtum.ſed iam eo, vnde deflexit oratio, reuertamur.E paludibus Albenſis agri, vbi ſedem regiam eſſe ſupra docuimus,amnis effunditur:& quia limum vehit,turbiduſque labitur, Scaruiſiam Hungari dicunt, atque non procul à Bacha oppido in Danubium influit: hunc Regulus cum ſuis copiis tranſgreſſus, collem proximum (iam enim hoſtium exercitus aduentabat) è ſuperiore loco pugnaturus,occupat. Tranſiluanus præfectus vbi Reguli copias adeptus eſt,amnem nullo prohibente vado tranſit. Coruinis inſperato clariſſimorum Hungariæ Ducum superuentu perculſis, confeſtimque acie inſtructa ſigna canere, collemque ſubire, quem factio aduerſa inſederat,ac hoſtem inuadere iubet,clamitans æquum eſſe, Hungaros pro ſacro diademate, quod non priuatus quiſpiam vi detinere, verum in Senatus poteſtate more maiorum eſſe debet, pro theſauris publicis,quos vt Matthias cõgereret maximos,regnum,& communem patriam crebris, ac iiſdem aſperrimis

 exactio-

Stephanus Bather filium Matthiæ Coruini illegitimum perſequitur.

exactionibus pene ſpoliauit,acriter pugnare, nec vllo pacto ſinere pueri inductores,ac reip.hoſtes impunitos abire,omni pœna dignos ducerent,qui aduerſus Senatus cõſenſiones ſcelerata conſilia iniiſſent. At Reguli factio, multitudo magna ex parte incondita, atq; ad dimicandum animis minime parata,vbi vident armatos pręter opinionem ſuã curſu in ſe,ac ſtrictis gladiis ferri, impedimentis priuatę ſimul &publicę fortunæ partim direptis,partim deſertis,ne ab hoſte tergo inſtaturo, cui & iuſtior cauſa, & aduerſariorum conſternatio animos addebat,morantes opprimerentur, fugã capiunt nulla magis alia re perterriti,quam terribili ſpecie Pauli Ciniſii in prima acie magno animo verſantis,atq; ad pugnã ſuos adhortantis: facile enim ſua ille Dux præſentia,vtpote multis victoriis clarus & ſuis animum addere, & aduerſariis formidinem incutere poterat; cum plærique eorum qui in vtroque erant exercitu ſub ipſo ſtipendia ſæpius feciſſent,multorumque facinorum eius, quæ quidem res ad maieſtatem nominis maxime confert, teſtes eſſent:ac ne victor hoſtis eos fugientes aſſequi poſſet, Bartholomæum Varanenſem Priorẽ iuuenem impigrũ,quendã Dalmatam cui Paruo cognomẽ erat, & Iacobum Scythã cum parte exercitus inſtãtibus opponunt. Qui quidem pene ſoli,de quibus Rex Matthias bene meritus erat, beneficii memores,reguli partes pro viribus tutati ſunt.ſi modo gratitudo eſt,rege amiſſo Senatus auctoritati repugnare,atque nefariæ conſpirationi, priuatiſque ſimultatibus ius amicitiæ prætendere; nam acie celeriter directa hoſtes collem ſubeuntes aſcenſu arcere incipiunt, nec deſiſtunt ſuos hortari, vti ſe ſe & regis filium ab iniuſtis hoſtibus, & fidei violatoribus defendant,aſſerẽtes, vt ſunt mortales ſuis erroribus defendendis parati, contra iuſiurandum, ac ſacramenti religionem eum oppugnatum iri, qui ſcil. viuente adhuc patre Rex ab omnibus eſſet dictus,omniumque fide in hoc data confirmatus. Eſt autem fama ſatis conſtans, Regem Matthiam præfectos, ac quoſdam ex purpuratis ſuis, cæteroſque amicorum, quos propter ſumma in eos beneficia ſibi etiam extincto fidos fore rebatur, iuramento adegiſſe (voluntarione an coacto,non ſatis compertum habeo)vti filium ſibi in regnum ſubſtituerent.Sed quoniam vita functi amicis fere carent, vtpote penes quos neq; gratiæ neq; maleficii locus eſt,iurati promiſſis haud quaquã ſtetiſſe creduntur.nec mea ſententia ob id vllam culpam contraxere.liberis enim vti ego exiſtimo,

genti-

Stephanus Bather ſilium Matthiæ Coruini illegitimum perſequitur.

gentibus, aut naſci legitimi reges, aut eligi debent. quandoquidem non iuſto matrimonio nati iure gentium ad nullam paternæ fortunæ ſortē admittuntur. Dum prælio vtriq; acriter contendunt (Coruini enim qui nōdum acie exceſſerant venia fere deſperata ſe ſe non niſi audacia tutos arbitrabantur. Pars autē aduerſa, non ſecus ac in transfugas, proditoreſq; inſtabat) Iacobus Scytha odio iram inflammante, atq; animum ſuggerente equo calcaribus incenſo in præfectum Tranſyluanum ſe ſe infert, ratus hoſtes, aut remiſſuros pugnæ ardorem, aut in fugam ſe ſe effuſuros, duce eorum occiſo; nec difficilem de ſene, atque ob id ad manum ſecum conſerendam inualido ſperabat victoriam: quem vbi præfectus in ſe ire videt, protinus in hoſtem equum conuertit, nullamque pugnæ moram facturus, lanceæ ab armigero raptim ſumptæ innititur. decorum enim cenſebat, in conſpectu duorum exercituum Ducem multis bellicis operibus illuſtrem in extrema quoque ætate ſingulare haud detrectare certamen. Verum Iacobus inſperata STEPHANI perterritus alacritate extemplo fugæ ſe mandauit, ira, vt fit, quum inſita animo deeſſet audacia, timori cedente. Quod animaduertens, quidam eques eius turmæ, quam quinque Eccleſiarum Epiſcopus adduxerat Tranſiluano ſe ſe præfecto infeſtum obiecit, animo quidem haud impar aduerſario, viribuſque etiam longe ſuperior, modo hac arte, & ingenio fuiſſent adiutæ; Itaque acriter concurrunt. Præfectus licet ætate multo maior, rei tamen militaris peritior, aduerſarium primo congreſſu cuſpidis ictu equo deturbat. quem quidem vix ſe ſe à graui ictu attollentem, tametſi vulnus haud quaquam accepiſſet; nam in corpus armatura munitum ferrum non penetrarat, circumfuſi Stephani milites capiunt, eiuſque iuſſu incolumem conſeruant. Et quia STEPHANVS ciuem ab ſe deuictum occidere nefas putauit; & quia fortis viri nihil motus audacia, maluit viuum ſuæ laudis, quam mortuum teſtem habere, adiecta ad fortitudinem etiam clementia, quamuis fuerit natura alioquin non admodum mitis. Dum hoc modo Coruini hoſtium impetum ſuſtinent, Regulus cum Laurentio Huuilaceno quinque Eccleſiarum Epiſcopo, & multi alii huius factionis viri è manibus victorum euadunt, atq; in loca ſatis tuta ſe recipiunt. Varanēſis vero Prior, cæteris partim in fugā compulſis, partim interfectis, quibuſdā etiā captis, grauiterq; vulneratis, maiori animo quam

viri-

Stephanus Bather filium Mathiæ Coruini illegitimum perſequitur.

viribus pugnans multis vulneribus acceptis equo deiicitur, ac prope exanimatus capitur, vna cum Michaele Canaſio viro Senatorio, ſatiſq; ampla, vt eſt captus Hungarorum, fortuna nato. In hoc prælio ex Reguli factione circiter ſexaginta homines cecidere, ex parte vero aduerſa nemo fere deſideratus eſt, pauciſſimi vulnerati; nempe res tumultui potius, quam pugnæ ſimilis fuit. Poſt hoc prælium vt ſolita in huiuſmodi euentu humanarum rerum ludibria omni ex parte ederet fortuna, ſupellex tam priuata, quam regia prædæ data, facies etiam externis, & his ſæuiſſimis hoſtibus commiſerationem ſimul, & indignationem motura; modo abeſſet auaritia. Quippe veſtis precioſa regis Matthiæ omnium circa gentium victoris, gemmæ, codices veterum auctorum magno impendio in membranis exarati, cælatum aurum, & argentum, vaſa conuiualia, quibus quidem ætatis ſuæ omnes fere reges ſuperauit, cæteraque quæ in manus hoſtium venerant, direpta non modo ab hoſtibus qui ius belli auaritia ac crudelitate præferre ſolent, ſed etiam vt fere fit, quum fortuna mutatur, ab amicis, ac magna ex parte Matthiæ Coruini beneficiariis auaritia fidem vincente. ferunt enim Coruinos non tam metu (quippe numero aduerſæ parti longe præſtiterant) quam rapiendi cupiditate terga vertiſſe. Nec mirum cuiquam videri debet, eo quod inæſtimabilis fere Regis Matthiæ ſupellex ita perierit. etenim iuſto Dei iudicio, quæ inique parantur, male etiam amitti ſolent: Nam quamuis hic princeps multis animi dotibus, vt ſupra docuimus, fuerit illuſtris; non immerito tamen culpari viſus eſt, quod omnia ferme inani tribuens famæ in alendis varii generis opificibus, coemendis gemmis, cætera precioſa ſupellectile comparanda non ærarium modo exhaurire, ſed etiam noua atque extraordinaria tributa inſtituere non dubitabat. Vnde quidam Turcarum regis miſſus ad Matthiam orator, non illepide dixiſſe fertur, cum forte ei honoris, ac hoſpitalitatis gratia Matthiæ toreumata oſtentarentur, regem domi quam foris longe eſſe ditiorem. ædes enim eius cælato auro, atque argento abunde exornatas eſſe, agros vero colonorum egeſtate ne rebus quidem inſtructos neceſſariis. Fugato Regulo Stephanus Bather Bartholomæum Berislauum Varanenſem Priorem, Michaelem Canaſium vinctos ſecum ducens, cum exercitu præda onuſto lætus, velut non de ciuibus, ſed externis hoſtibus victoriam eſſet conſequutus, Budam reuertitur;

quos

quos quidem primum Reginæ, vt eius quoque oculos eo exhilararet, ſpectaculo ſicut erant vinctos oſtendit, mox in cuſtodiam datos illius arbitrio, ac poteſtati permiſiſſe ſimulauit; quo ſcilicet omnibus appareret Reginæ auſpiciis rem geſtam eſſe, magnamque inuidiæ partem in illam transferret, quin etiam ſpem regii matrimonii, credulitatemque conſuetum amoris malum ei adiungeret; demumq; ad profundendam pecuniam, cui Hungari admodum dediti ſunt, eam facilius pelliceret. Non deſunt tamen qui affirment, Priorem contra ius gentium fuiſſe captum: vtpote qui cum paucis equitibus progreſſus a ſuis, vti, priuſquam manus inter ſe conſererent, publice aliqua de pace cum aduerſariis ageret, oppreſſus fuit, ac pene mortiferis affectus vulneribus. Quod ſane propius vero eſſe, vel ex eo coniici poteſt, quia in vincula quoque coniectus id inimicis propalam obiicere non dubitauit.

Vidua Matthiæ Coruini ſe coniugio cum Rege Bohemorum celebrando cogitat.

LVDOVICI TVBERONIS DALMATÆ ABBATIS COMMENTARIORVM DE TEMPORIBVS SVIS

Liber Secundus.

AT REGINÆ animum re ex eius voto geſta, ac ſi deleto Reguli exercitu quaſi regnum ſibi, ſimulque optatum confirmaſſet matrimonium, ingens lætitia inceſſit, qua geſtiens (vt ſunt fæminæ natura temperandis animi affectibus impotentes) credebat ea victoria rem ſuam magnis auctibus creuiſſe, atque ob id Hungarorum dolū percipere non potuit qui ei inſcio, vt arbitror, Rege Wladiſlao (nondum enim in Hungariam venerat) intendebatur, vtique defuncti, non ſine famæ iactura omnino iam obliuiſcitur, atq; amori, quo dudum capta erat, indulgens, magno ſtudio Wladiſlaui partes ſuſcepit. Illa enim viuente adhuc coniuge, ſi famæ libet credere, quæ ſæpius ficta pro veris nunciat, Wladiſlauum ardentiſſime amaſſe dicitur. quam quidem opinionem inde natam reor, quia Regi Matthiæ aliquando & grauiter ægrotanti, & irato vox exciderat, iam Beatricem nouas nuptias ſibi conciliare, Regique Boemorum ſeſe come-

Vidua Matthiæ Coruini de coniugio cum rege Bohemorum cõtrahendo cogitat.

comere. nempe audiuerat Matthias, vt erat ſagax ad animos ſuorum explorãdus, iactari ſermones à quibuſdam Hungarorum principibus, regnũ Hungariæ ad Caſimirorum familiã rediturum, præſenſeratq; vxorem forte huius conſilii haud expertẽ præmoliri ſibi Wladiſlaui nuptias, quandoquidem putaret & virum, eo quod valetudine minus proſpera vteretur, breui interiturum, & Wladislauum ab Hungaris in regno conferendo cæteris fratribus, quia omnium maximus natu eſſet, prælatum iri. Itaque veſte lugubri depoſita tanta regii coniugii eius animum priuatæ vitæ impatientem cupiditas inuaſerat, iubet tibicines canere, puellas nobiles, quæ regio more in eius miniſterio erant, ſaltare, choreaſque cum aulicis, vt in nuptiis fieri ſolet, ducere, nummos in plebem ædibus ſuis obuerſantem ſpargere, atque hoc precio populi voces plauſuſque aucupari, demumque Wladislauum Hungarorum regem, virumq; ſuum impudenter ſane, & præter matronale decus appellare. Quamquam ille, vtpote cui Senatus Hungaricus regnum deſtinarat, neq; reginæ indigebat ſuffragatione, & eius procacitate, ac petulantia, quibus illa regem ſibi conciliare conabatur, vehementer offendebatur. nimirum pudore, ac modeſtia præcipuis mulierum bonis viri maxime capiuntur. Accedit huc quod hæc mulier, vel ſi cæteræ dotes eam ſatis commendarent, Regalitate, ac paterno generе ſatis etiam cõſtat Ferdinandũ Neapolitanũ Regem patrem Beatricis, aut ſuppoſitũ, aut ex inceſtu natum fuiſſe) indigna Wladiſlaui coniugio cenſebatur. Itaq; non deerant qui propalam dicerent, eo matrimonio pollutum iri familiã Caſimirorũ; vt illa ſubticeam, quę & quorundã malignitas in vulgus ſpargebat, & vxorem ducturo magis cauenda ſunt, quã verecundo ſcriptori memoranda. Cæterũ regina nihil actũ eſſe rata, nondũ Budẽſis vrbis arce, ac Regia in poteſtatem optimatum redacta, quo ſane Wladiſlauus Rex vbi accepiſſet, recipi poſſet, multũ præterea tum ſuæ tum regis maieſtati adiectum iri, ſi diadema, quo Hungarorum reges inſigniri mos ſua potiſſimum opera è manibus hoſtium eriperetur: accerſitos ad ſe optimates hortatur, vti primum Budenſem arcem cuſtodum voluntate recipere eniterentur: quod ſi precib. efficere nequiſſent, eius verbis precium illis pollicerẽtur, demum minas adhiberent, oppugnationemq; denunciarent. Eſt autem arx Budenſis eadem & regia, vndique difficilem habens aditum, præterquam ab ea parte, qua oppido coniungitur.

tur. vnde ſane per planum adiri poteſt foſſa tantum ſatis latæ iuſtæq; altitudinis interiecta: qua orientem ſolem, atq; meridiẽ ſpectat decliuitate montis in quo vrbs poſita eſt, oppugnatu difficilis eſt. Qua in ſeptemtrionem vergit, quod præterfluenti Danubio imminet, prorſus ab oppugnatione tuta eſt. Igitur vbi aliquoties optimatibus renunciatum eſt, Andream Damphiũ arcis præfectum neq; prẹmio allici, neq; minis deterreri, quo minus fidẽ regulo prẹſtet, ſtatuunt quæ ad oppugnationẽ pertinebant parare. Itaq; demolitis quarũdam priuatarum ædium tectis, quæ è regione arcis poſitæ vſui oppugnantibus erant, ligneas his turres imponunt, è quibus ſcilicet miſſilia in arcem dirigerent. Tormentum quoq; æneum, q; vulgo bombardam nominant, ante foſſam arcis conſtituunt. obiecto vt fit validarũ trabium ſuſpenſo ac mobili, vt mos Sarmatarum eſt, pluteo, qui neq; emiſſioni pilæ quæ è tormento excuti ſolet, obſtaret, & à miſſilib. hoſtium tormentũ ipſum protegeret. Dum hæc oppugnatio paratur, Regina vt vndiq; ac eodẽ tempore hoſtibus metꝰ iniiceretur, caſtellum, q; incolæ Viſegradum vocant, vbi regium diadema aſſeruatur, mittit oppugnatum, attributo hoc ſeorſum ſuo exercitui negotio. Iam reguli animũ infregerant res aduerſæ: itaq; tametſi Viſegradum ſitu, ac muro ingentis operis eſſet ferme inexpugnabile; tamen intra paucos dies caſtellum in poteſtatem optimatum iubente regulo his conditionib. cuſtodes dedidere. Primũ, vt quicquid regulo in prœlio ad Scaruiſium commiſſo eſſet ereptum reſtitueretur. adiecta inſuper Dalmatiæ præfectura, cum omnibus rebus ei à patre relictis, atq; ab ſe dudum poſſeſſis: deinde. vt omnibus ſuæ factionis hominibus venia daretur, nec fraudi eſſet, quod contra communẽ nobilitatis conſenſionem Reguli partes ſecuti fuiſſent. Atque ita cum pax omnium opinione celerius conueniſſet (Facile enim Senatus Hungaricus has admiſit conditiones, ne fama ciuilis ſeditionis externos hoſtes vt euenit in Hungaros ſolicitaret) Arx quoque Budenſis optimatibus eſt reſtituta; cum totaque reguli factione præter Iacobum Scytham in gratiam reditum. ille enim adnitente Stephano Bathere, quo cum priuatam gerebat ſimultatem, veniam non impetrauit; plane Stephanus auctoritate apud proceres plurimum pollebat. Interim Regina ſpe plena, vt princeps gratum nuncium ad Bohemorum regem attuliſſe videretur, mittit Pragam (ſedes eſt Bohemiæ) Georgium quendam Bohemum lanii quidem filium,

Vidua Matthiæ Coruini de cõiugio cum rege Bohemorum cõtrahendo cogitat.

Pax inter filium Matthiæ Coruini illegitimum, & regni Hungarici proceres initur.

ſed apud ipſam à paruo educatum, qui & Wladiſlauo nunciaret ſe ab Hungaris regem eſſe deſignatum, & hortaretur eum, vt ſi in Hungaria regnare velit, quamprimum cum exercitu veniret, ſimulque oraret ne ſe ex clariſſimis Europæ regibus progenitam matrimonio iungere aſpernaretur: præter dotem ingens auri pondus pollicetur, quod poſtea regi iam diademate ab Hungaris inſignito dono, vt fertur, in ſpem nuptiarum, quas ei cordi nunquam fuiſſe ante diximus, dedit. Quod profecto aurum qui regem fidei, ac religionis cultorē fuiſſe p̄dicant dotis nomine acceptū à Wladiſlauo haud quaquam exiſtimant, ſed potius credūt reginā, ſi quid pecuniæ dederit, in cōmunem belli vſum, q̄ tunc gerebatur contuliſſe. q̄ quidem & cæteros fere optimates, ac prędiorū poſſeſſores patrio more ac inſtituto feciſſe ſatis conſtat; niſi forte temporū vitio auaritiam religioni minime obſtare Wladiſlauus putauerit: mente ſeu ſua ipſius cupiditate deprauata, ſeu documento à pleriſq; noſtri ſæculi ſacerdotibus ſumpto, quos paupertatis maximi religionis vinculi oblitos nō modo auro capi, ſed etiā in omnes malas artes impelli videmus. Vſus eſt autē Wladiſlauus inprimis familiaritate Thomæ Herdonii, qui in Cardinalē adſcitus fuit, eius quidē cupiditatē Strigonienſis Pōtificatus cū quinq; & viginti aliis ſacerdotiis explere nequiuit. Cæterū, pace vt ſupradictū eſt, cū Matthię Coruini filio cōpoſita, Senat⁹ Hūgarus legationē ad Wladislauum Bohemorū regē lōge aliā, q̄ regina ſperabat, decernit. Huius legationis munus Iano Varadinenſium pręſuli demandatū eſt, eo q̄ genere Bohemus erat Wladislauoq; amicus habebatur. licet regiā Matthię Coruini vt opulentiorē a puero ſecutus eſſet. Sed quoniā hac maxime legatione Reginæ Beatrici hic vir impoſuiſſe fertur, decere exiſtimaui orationē Senatus Hungari nomine ab eo apud Wladislauum habitā, ſicuti ego inquirēdo accepi, perſcribere. Iuſſus igitur ea quorū cauſa venerat exponere, ad hunc maxime modū patrio ſermone diſſeruit. Quod tibi Wladiſlaue, Hūgariſq; bene vertat, fauſtumq; ac fœlix ſit, iam voti, petitioniſq; tuæ compos factus, rex Hungarorum lectus es, multis competitoribus tuis ſummis ſane viris præteritis; nempe id & Hungarorum de tuis virtutib. iudiciū fuit, tametſi iure quoq; hereditario regni Hūgariæ poſſeſſio tibi cōpetat, & ita fortuna tua tulit, q̄ te ad imperium natum ſicut Bohemis puerū quōdam p̄poſuit, ita nūc clariſſimi viri Matthię Cugnadis ſucceſſorem fecit. Itaque Deum precamur, cuius nutu, ac volun-

Ianus Varadinenſis præſul pe Hungariæ proceres a Wladiſlaum Bohemum legatus.

voluntate imperia parari nulli dubium eſſe debet, vt tibi ea fortuna in adminiſtrando regno ſemper adſit, quæ in te deſignando affulſit. Superuacaneum eſt, Rex Wladiſlaue, te hoc imperium initurum ad iuſtitiam hortari, ſine qua profecto qui regnant, eos falſo regium nomen vſurpare certum eſt; quandoquidem vniuerſo prope orbi nota eſt tua humanitas, manſuetudo, probitas, continentia. Illud igitur duntaxat tecum agam, de quo vt te admoneam, quum me Bohemi nominis, & communis patriæ vtilitas, tum meus in te ſummus amor cogit. Igitur publica oratoris perſona neſcio quidem, quam honeſte, amice tamen non tam exuta, quam parumper ſepoſita, quę in rem tuam eſſe cenſeo, tibi nunc in Hungaria regnaturo opportune ante oculos ponam. Quæ profecto ſi animo recepta executus fueris, nunquam Hungaros ab officio diſceſſuros tibi eſt verendum. Equidem à teneris annis in Coruina aula verſatus, bonis ſimul ac malis meis Hungarorũ mores perdidici. Cuiq; genti, Wladiſlaue, ſicuti ſua lingua eſt attributa, ita & proprios mores ineſſe ſatis conſtat; nec profecto hæc morum diuerſitas nationibus ſolum, verum ſingulis fere hominibus euenit, atque iis etiam qui iiſdem parentibus ſunt procreati. Vnde alium alio teneri ſtudio aliiſque vti moribus paſſim videmus; quo fit vt quędam nationes Rectorum humanitate in officio contineantur, alios non niſi imperii ſeueritas coercere poteſt, hi largitionibus principum efficaci vulgi illecebra capiuntur; nonnulli generis nobilitatem in Principe maxime admirantur. Quare ingenium tuum moribus eorum, quos recturus es, accommodabis. & id tibi in tractandis tuorum animis faciundum arbitror, quod prudentes medici in curandis corporibus facere ſolẽt, qui ſane pro corporum varietate, ægrotantiumque natura neceſſario diuerſa corporibus adhibent medicamenta. Eſt igitur tibi noſcendum Hungarorum ingenium moreſq; eorum penitus animaduertendi, qui quidem multum lupi in ſe haud falſo dicuntur habere, atque ita his imperandum, vt te amando ſimul, & timendo venerentur, admiratione que dignum putent; neque enim alterutro regnum Hungariæ adminiſtrari poteſt: propterea quod neque timor per ſe ſatis tutus eſt, quum natura ipſa hominum odia excitet, neque ſola lenitate, ac manſuetudine regia apud Hungaros dignitas retineri poteſt. Porro quibus odium euites, amoremque promerearis artibus noui te ſatis eſſe inſtructum. nemo enim innocentia, man-

 ſuetu-

Ianus Varadinenſiũ præſul per Hungariæ proceres ad Vuladislaum Bohemum legatus.

ſuetudine, clementia, & cæteris id genus virtutibus tibi æquari poteſt, ſed ni hanc ſingularem humanitatem tuam ferro, & armis, imperioſaque munieris ſeueritate, profecto non modo apud Hungaros contemptui eris, ſed ne inter eos tuto quidem verſabere. Enimuero gens illa Scythicam adhuc redolens barbariem nondum ingenitam exuit feritatem: atque iccirco omnia præ viribus, ac diuitiis cæterisq; externis bonis humana contemnit; nec prorſus quemquam venerandum putat, cuius maieſtas nocere nequit; Quin etiam non tam qui benigne cum Hungaris faciunt, quã qui non ſinunt eſſe iniurios admirationi apud eos ſunt. Illa enim immanis feritas vi quidem frangi poteſt, comitate vero nunquam fere miteſcit. In hoc igitur totis virib. incumbe, vt pecunia, militibus, armis, equis, amicis aut abundes, aut ſaltem non indigeas: nam paupertas cæteris forſan regibus, quibus ſcilicet nobilitas ſola auctoritatem tueri poteſt, haud infœlix eſt, regi vero Hungarorum, vtpote apud quos neque maiorum ſplendore, neq; vllis animi bonis maieſtas & regia veneratio parari poteſt, breui eſt pereundum, niſi adſit virtutis explicandæ facultas: qua ſane & tibi commiſſos tueri poſſis, & aduerſarios ab inferenda coercere iniuria. Huc vſque plane magis amici, quam publici oratoris munus exequutus ſum. deinceps & amici ſimul, & oratoris fungar officio. Eſt in regno Hungariæ Matthiæ Coruini vxor filia Ferdinandi Regis Neapolitani. puto tibi eam & fama ſatis cognitam, & nuncio maxime ab ea miſſo, quem in Regia tua video nunc obuerſari. compertum nobis eſt, illam ſuis delinimentis te ad coniugium pellicere; magno enim precio Hungarorum quoq; Principum fauorem mercari conatur, quo ſuis nuptiis adiutores apud te paret. ſed noueris, eam Italicis artibus ab Hungaris peti, fruſtraque haberi, nec finem dolis vllum futurum, donec omnis illius pecunia, cuius ſane vim maximam eſſe ferunt, abſumatur. Caue igitur, ne pollicitationibus eius illectus aut ſterile ſubeas matrimonium, & cuius Matthiam quoque plane feliciorem regem, quam maritum (vt fama eſt) pœnituit, aut fidem tuam, qua quidem gens Caſimirorum maxime illuſtris eſt, temere obſtringas, te id facturum recipiendo, quod ei præſertim ob ſterilitatem merito abs te negari debet, vt cæteras huius repulſæ cauſas ſubticeam, quas quidem & dicere pudet, & vxorem ducturum prorſus noſſe expedit. Ne ſcilicet ea affirmare

firmare videar, quæ non minus ſuſpicionis, quam veritatis in ſe habere poſſunt: hoc demum, quo & cœptum amici officium abſoluam, & mandato Hungarorum ſatisfaciam, tibi conſulo, vt Neapolitanam matronam tanquam peſtem, ac furiam euites; eiusq; illecebras præſentiſſimo veneno commixtas putes, atq; Matthiæ infælicitate diſcas tuis nuptiis ac coniugio proſpicere, doctusq; alieno damno domum tuam rectius componas, nec in ſimplices Boemorũ mores, atq; in tuam regiam tranſmarinã transferas exemplar. Enimuero ſi me audieris, & ab Hungaris ſummam inibis gratiam, quippe maxima curarum parte eos liberabis, & te à peſtifero contagio reddes conſeruatum. Læto animo hæc à Rege oratio accepta. Itaque quum meritas Iano egiſſet gratias, affirmauit, ſe eius conſilium ſecuturum. Cæterum, quoniam decreuerat Ianus regno à Wladiſlauo inito extemplo præſulatu abire, reliquum vitæ in ordine D. Franciſci acturus, (quod quidem eum feciſſe ſupra demonſtrauimus) orat ſupplex Regem, vt in eius locum Volphangum quendam ſacerdotem ſubrogaret, qui ſane apud Ianum primum amicitiæ locum obtinebat. Verum rex diu voluntati eius aduerſatus (erat enim moleſtum Regi huiuſmodi amico carere) conatus eſt hominem vix etiam lachrymis temperans his ferme verbis à tali auertere conſilio. Si religionem habitu ſordido victuque ruſticano, non autem virtute metiri æquum eſſet, equidem omni laude hoc tui animi propoſitum proſequerer, vehemẽterq; admirarer abs te id ſperni, quod quidem cæteri etiam per nefas, ac omne ambitus genus petunt. ſed quum in diuitiis, ac in præſulatus dignitate multo maior ſit virtutis, quam in paupertate materia, non poſſum tuam ruſticitatem, pace tua dixerim, non accuſare, eo quod adduci videris te rerum contemptu ad perfectiorem vitæ ſtatum peruenturum. Enimuero paupertas nullum ferme virtutis genus præter fortitudinem duntaxat ſibi vindicare poteſt, cuius ſane proprium eſt non deprimi, nec animo frangi. At è contrario diuitiæ latiſſimos virtutum obtinent campos, quippe in quibus ſapienti viro ſuppetit facultas, vt alia opulentiæ commoda omittam, exercendæ temperantiæ, diſpoſitionis, diligentiæ, liberalitatis, magnificentiæ. Quin etiam nemo ſibi conſtans, eum, in quo primum adſcitus eſt, ſtatum alio ſtatu permutat, niſi ſtudio perfectioris vitę. ſed quod genus vitæ perfectius quam præſulum? Cæteri enim ſacerdotum ordines

Ianus Varadinenſiũ præſul per Hungariæ proceres ad Vladiſlaum Bohemum legatus.

Ianus Varadinenſium præſul per Hungariæ proceres ad Vuladiſlaum Bohemum legatus.

ordines ad ipſam tendunt perfectionem. Pręſules vero quandoquidem aliis documento eſſe debent, conſummatiſſimę gradum vitę ſortiri ſunt. Cur igitur, Iane, me in Hungaria regnaturum deſeris? remque mihi lætiſſimam triſtem facis? quæ enim vlla regnandi voluptas cuiquam eſſe poteſt amicis deſtituto? Cur me ipſum fugiens inde abire paras, vbi ſub Coruini imperio, ne dicam tyrannide, tamdiu vixeris? Cur, ſi mecum non eras in Hungaria victurus, me tantopere ad nouum regnum accipiendum hortabere? an forte ſimulata in me adhortando vſus es oratione verecunde admonuiſti, me temere regnum Hungariæ affectaſſe? quippe qui reipſa diſſuades, quod verbis ſuaſiſti faciendum? Quin etiam, ni tua in me beneuolentia mihi eſſet ſatis explorata, fraudem quoque tuo ſubeſſe ſermoni vererer. Etenim nemo eſt, qui non videat, me apud Hungaros, vtpote quorum neque linguam, neque mores nouimus, hoſpitem magis, quam regem tali amico abſente non ſine periculo futurum. Atque iccirco quoad maieſtatem ſuam hoc precarium conſequatur imperium, non minus ab his regendus, quam eos recturus ſum. nam vel qui armis vincuntur eos ſi domare prorſus volueris, interuallo opus eſt. Velim igitur te hanc exuere mentem, & quod ſalua religione fieri poteſt, hoc ſtatue amicitiæ eſſe tribuendum. Ad hæc Præſul, nihil ſane regis oratione ab eo quod animo deſtinarat dimotus, in hanc ſententiam reſpondit. Nihil eſt, Wladiſlaue, in rebus humanis tam exoptandum, modo id ſit amicitiæ tribuendum, quod tuæ gratiæ mihi præferendum cenſeo. Hoc autem verbis comprobare, quum re ipſa teſtatus ſim, ſuperuacaneum puto, ne pręſertim officia in te mea commemorando inuiſa faciam. Sed quoniam tu ipſe ſemper pluris religionem feciſti, quam cætera omnia humana, quęſo, patere me tuam imitari virtutem, nec damnes in me illud, ex quo tu ſummam ſemper tuliſti laudem. Satis enim eſt celebris tua in Deum pietas, ac religio, cuius quidem primam legem eſſe puto, quæ Deo voueris libenti animo, atque omni excuſatione amota quamprimum reddere, nec cuiuſpiam gratiam diuino præferre miniſterio. Sed omittam nunc quærere, an Deo votum ſoluendum ſit, nec ne, licet id ſolum me, non quidem animo, qui tibi deditiſſimus eſt, ſed corpore duntaxat ſeiungat, quandoquidem nullam de hoc feciſti mentionem, orationi tuæ tantum reſpondebo. Equidem fateor, Præſulum locum non modo dignitate; ſed etiam ſanctitate cæteros ſacerdo-

tum

Ianus Varadinenſium præſul per Hungariæ proceres ad Wladiſlaum legatus.

tum ordines anteire. Nec profecto inficior, immenſas opes, ſi bene his vti volueris, maximarum eſſe inſtrumenta virtutum, ſed venia noſtri ordinis dixerim, quotus eſt ętatis noſtræ Pontifex, qui mores ſuos fortunę bonis non tradiderit? qui diuitiis, & iſta mortalium non abutatur beatitudine? Eſt enim difficile rebus proſpere fluentibus, mentem hominis de ſtatu nihil immutari. quippe opes illecebrę ſunt voluptatum, quę quidem tunc facillime ſedantur, quum deeſt indulgendi facultas. propterea, quod ita furtim ſenſibus noſtris ſeſe inſinuant, atque illabuntur, vt tum maxime libeant, quum blanditiis ſuis rationem oppugnant, inflammantes videlicet animi cupiditates ad explenda ea, in quę ſenſus noſtros inſidioſa captos dulcedine impulerunt; atq; vbi in animum admiſſæ conſuetudine habitum contraxere, ratione libidinis cœno immerſa, omne animi lumen extinguunt. Quæ ſpes igitur ſalutis effulgere poteſt in tali deprehenſo tempeſtate, totq; periculis expoſito? Atqui paupertas ab his fluctib. procul abeſt, quam plane tutiſſimum virtutis receptaculum eſſe cõſtat, vtpote quæ, quib. animus ad libidinem incitatur, minime ſubminiſtrare poteſt. neſcio enim quo pacto ſenſus ad voluptatem capeſſendam hebeſcunt, cum ſpes iis potiundi inciſa eſt. Quis namq; eo proficiſci magnopere contendit, quo aditu prorſus præcluſo peruenire diffidit? Malo igitur poſthac prælium vitando, neque diſcrimini me obnoxium offerendo hoſtem ludificare, quam in caſum pugnæ de victoria incertus ſæpius deſcendere. Ad paupertatem, priuatam quoq; vitam depoſito præſulatu recte adiungam; vt ſcilicet quum cœtum hominum, turbæ ſalutationes, & aulicas effugero moleſtias inquietę fomenta ambitionis, non alienarum, ſed mearum duntaxat actionum rationem apud ſummum iudicem reddendam expeditior poſſim meditari. In magno enim diſcrimine Antiſtitum ſalutem, vel ob hanc potiſſimum cauſam verſari neceſſe eſt, eo quod his non minus pro ſeipſis, quam pro eorum tutelæ commiſſis cauſa eſt dicenda; nempe vt ſacræ literæ docent, ſubditorum errata principes præſtare, atq; alieno plærumq; admiſſo pœnã luere debent. Non ergo deſero te, Wladiſlaue, nec regiam tuam mi quidem gratiſſimam fugio, ſed quo reliquum vitæ meæ in portum aliquando delatus ſecurior peragam, ad quietiorem ſtationem me cõfero. Quod tandem vt tua voluntate mihi liceat exequi, te vehementer rogo. Neque enim mea abſentia vllum paſſurus es detri-

Wladiſlauum Bohemum Hungariæ regnũ ſuſcepturum abit.

mentum, ſed potius inuidiam, quam tibi familiaritas mea contrahere poſſet, ciuem Hungarum in meum amicitiæ locum admittendo, euitabis. Solet enim Hungaris quoq; quemadmodum & cæteris nationibus externi hominis dignitas eſſe inuiſa. Igitur poſteaquam Wladiſlauus Ianum in ſententia obſtinatum vidit, ne non ſolum fruſtra, ſed & impie, ab incæpto eum dehortari videretur, promiſit ſe Volphangum Varadinenſi præfecturum Eccleſiæ: non quidem Volphangi merito; vir enim fuit eo loco haud quaquam dignus, ſed ne Ianum, quem valde diligebat, abs ſe triſtem dimitteret. vehementer enim Volphangum ſibi in Pontificatum ſuffici à rege Ianus contenderat. Itaque Volphango in locum Iani antiſtite deſignato Rex à Iano hoc tantum exegit, ne abs ſe diſcederet, quoad noui motus, quos à fratre ortum iri (vt euenit) verebatur, quid tumultus, & periculi, afferrẽt, appareret: quo profecto plurium amicorum conſilio, regnum adminiſtraretur. nemo enim fere arbitrabatur, Albertum regni repulſam tantum laturum. Igitur Wladiſlauus vbi intellexit, ſe ab Hungaris regem declaratum, confeſtim cum comitatu ſuo tantum, ac paucis purpuratorum magnis in Hungariam itineribus contendit. Atq; vbi ad Danubium peruenit, non procul à Strigonio in vlteriori fluminis ripa ſubſiſtit, quoad miſſus Budam nuncius, de ſuo aduentu Principes Hungarorum certiores facturus reuerteretur. Ibi eum Stephanus Bather, & Thomas Herdonius id temporis Taurienſium præſul, cum quibuſdam aliis primariis viris, qui honoris ac officii gratia ipſi obuiam proceſſerant, conuenere. Quem poſteaquam Regem ſalutarunt, quidam procerum Hungarorum ex compoſito tentans illum, vt quid animi in Beatricem haberet, eliceret (communicauerant autem hunc vna ſermonem pri' quam regem adiſſent) Non latet nos, inquit, Wladiſlaue, te à Beatrice Matthiæ vxore de coniugio interpellari, forſan etiam tuus animus aliqua ex partè eius promiſſis occupatus eſt. illa enim fœmina nihil penſi habet quid tua, vel reip. interſit, dummodo, quod concupiuit, aſſequatur. At ſicut ipſi curæ eſt coniugii voluptas, ita tibi debet eſſe prolis ſuſcipiendæ, ſucceſſoriſq; ex te geniti relinquendi. Atqui ne cultor quidẽ terræ non ſtultus operam ſterili adhibet ſolo. Verum illum agrum quiſq; colit, ex quo fructus ſperandi ſunt. Non ingratam regi hanc vocem fuiſſe ferunt, ratuſq; (vt erat) eam ab ore totius Senatus Hungarici emiſſam, iureiurando affirmauit, ſe nunquam

quam Beatricis nuptias optaſſe, nec eam vllius ſpe dotis in vxorem ducturum. Quare, quoquo modo vobis, Hungari, inquit, videtur, ludificamini verbis Beatricem, atq; falſo ducite gaudio, donec conditum aurum ab ea, modo id publicę vtilitati cedat, extorqueatur. Iure enim publici boni cauſſa pecuniæ ab ea repeti poſſunt, quas illa à colonis per ſpeciem publici boni exegiſſe fertur. Qua plane oratione Rex naturę, & pecuniæ auidiſſimus, & Hungaris nondum notus primis imperii temporibus non modo morbum auaritiæ callide texit; ſed ne vllam quidem ſuſpicionem dedit, ſe quicquam ſeorſum ſibi quæſiturum; edoctus puto à Iano præſule Hungarorum odia in Regem valde excitari ea cupiditate, quæ ſuis tantummodo ſeruiens rationibus nihil in publicum conferat. Et profecto reges, quamquam in neutro peccandum eſt, multo minus decet in erogandis pecuniis, quam in accipiendis peccare. Wladiſlauus Danubio qua Strigonium præterfluit traiecto, haud mediocri partim Hungarorum, partim Bohemorum multitudine comitatus, Budam petit, magnoque ciuium ſtudio in vrbem excipitur, ſacrificiisq; prius de more factis in Regiam deductus eſt. Scio non eſſe, ne mediocriter quidem eruditi, nedum Chriſtiani hominis, vlla ſuperſtitione vaniſſimi cuiusq; ingenii ludibrio euentus latentium rerum explorare, aut futura præſagiis collecta prædicere. Attamen haud difficulter adducor, vt credam, quibusdam oſtentis ventura ſæpius ſignificari, ſed non intelligi, niſi poſtquam ea exitus approbarit. Aliquot antequam Rex Matthias Coruinus decederet annis Michael Herſagius regni Hungarici *Nadereſpanus*, id eſt, vt alio loco diximus, *Senatus Princeps*, permiſſu ipſius Matthię ſtatuam Sigiſmundi regis Hungarorum, qui item Rom. Imper. fuit, veſtibulo Budenſis regię, quam ipſe Sigiſmundus conſtruxit, imminentem (eſt enim in prima ædium fronte poſita, arcemque ſubeuntibus occurrit) ſitu obſitam ſuo interpolauit ſumptu; id defuncti regis, qui erga ſe beneficus extiterat, memorię tribuens: nempe illum Sigiſmundus è tenui fortuna in ſummum dignitatis gradum euexerat: Quę ſtatua vbi reſtituto ſibi nitore ſolito lucidior conſpecta eſt, non defuere, qui interpretarentur, ſobolem Sigiſmundi Regis ad regnum Hungarorum reuocari.

Wladiſlauus Bohemus Hungariæ regnũ obtinet.

Porro hic WLADISLAVVS natus eſt ex nepte Sigiſmundi Regis, quæ quidem fuit filia Alberti, quem ſuperiore libro

Wladislauus Bohemus Hūgariæ regnum obtinet.

generum ipſius Sigiſmundi fuiſſe docuimus. Hoc autem hac cauſſa commemoraui, vt oſtenderem, quod & alio loco feci, non modo Dei arbitratu reges conſtitui, ſed etiam ſignis quibuſdam interdum denunciari. Tametſi quidam vehementer mirari ſoleant, Hungaris genti religioſiſſimæ, belliq; gloria valde inſigni, atque vndique hoſtibus circumuentæ regem ſtrenuum minime contigiſſe, præſertim quo tempore ac ſi vnquam alias excelſi animi rege Hungari magnopere indigerent, & qui Turcas ferocem gentem à finibus ſuis arceret, nec ſineret continuis incurſionibus agros Hungarici regni deuaſtare. Sed harum cauſſas rerum facilius quærere poſſumus quam inuenire. Itaque ne diuinæ ſapientiæ, quæ hominum captum excedit, per temeritatem præſcribere videamur, hoc pro comperto habendum eſt, omnia à DEO recte ac ordine conſtitui, nec eius curam quicquam effugere; quin etiam ita quæq; euenire, licet quædam interdum parum ex voto cedere videantur, vt nullo modo magis è publico commodo accidere poſſint, ſiue ea Dei permiſſu, ſiue voluntate fiant. neq; enim imperio, & cęteris fortunæ bonis, quæ voto expetuntur, ſed fide, ſpe, perſeuerantia, atq; rerum fragilium contemptu res Christiana procedit, atq; augetur. At dicet quiſpiam, cur Deus permittit rapi à Turcis immani ac nefaria gente Chriſtianæ nationis liberos, & eos, qui per ætatem nihil admittere in DEVM potuerunt; nec ſolum rapi, ſed etiam Chriſtianis ſacris initiatos Mahometanos effici, & tandem à vera ſubductos religione in cultu ſcelerati Mahometis totum vitæ curſum peragere? ac per ſequelam fato functos infelicium ſedes animarum apud inferos ſortiri? quum certo ſciamus, DEVM ab ſe condita diligere? atqui ſicut occulta, ita & iuſta DEI iudicia eſſe fateri neceſſe eſt; nec propterea DEVM minus colendum eſſe, eo quod nunquam fere ad hanc diem Chriſtianos ſine acerrimo hoſte eſſe paſſus ſit. quum ipſi DEO viſum fuerit, omnia CHRISTI iugo ſubiicientur. Nunc ad inceptum redeo. Iam aliquot dies Wladiſlauus Budæ commoratus erat, quum factione adnitente, quæ illum regem deſignarat, diadema, quo reges Hungarorum ſolere inſigniri demonſtrauimus, Albam regiam delatum eſt. In hac enim vrbe Hungarorum regibus fortunæ ſuæ decus auſpicari mos eſt. Rex quoque nulla interim matrimonii mentione habita decreto optimatum eodem profectus eſt. Ibi inter ſacrificandum, vt

Chriſtia-

Vuladiſlauus Bohemus Hũgariæ regnum obtinet.

Chriſtianis mos eſt, quum regibus ſceptra tribuunt, eius capiti ab Hoſualdo Zagabrienſium præſule regia inſignia impoſita. Strigonienſis enim Pontifex quod propter ætatem ſacris nondum erat initiatus, id exequi haudquaquam potuit: nam ad ipſum vetere Hungarorum inſtituto hoc ſpectat munus, quippe qui in illa celebritate ſacerdotis officio fungi ſolet, adiuncto ſibi D. Martini Abbabate (ita cœnobii patrem monachi vocant) atque Albenſi Antiſtite: quorum ſuperior Diaconi, alter hypodiaconi partes exequitur. Cæterum Regina, ſi ei ſana mens fuiſſet, iam animaduertiſſet verba ſibi ab Hungaris dari, ſeque barbarico aſtu peti; quippe cui promiſerant Wladiſlauum regia haud accepturum inſignia, priuſquam ſibi Beatricem matrimonio iungeret. Hanc etiam Hungarorum fraudem quidam Itali reginæ amici, vt eſt illa natio callidi ingenii, proſpicientes, eam pecuniariæ admonebant iacturæ; conſulentes, parceret pecuniis, quas per largitiones fruſtra abſumeret, nec promiſſis Hungarorum fidem haberet: quid enim iam obſtare quo minus veræ nuptiæ fiant, regno à Wladiſlauo inito? At illa, vtpote ſorti ſuæ deſtinata, nullius ſalubris conſilii patiens, ſuis amicis ſuadentibus iraſci, nec exiſtimare, vti ſe ſe res habebat, Hungaros illius tantum auribus ſeruire, regnum vero eius vehementer auerſari, forte confiſa ſeu Romanis legibus, quæ ex nudo etiam conſenſu ſponſalia conſtituunt, ſeu ne, dum per tenacitatem pecuniis parcit, excuſationem Hungaricæ fraudi videretur dare, malens planè alieno dolo, quàm ſuo vitio à regno decidere. Crediderim Beatricem alioquin ſingularis fœminam ingenii, diuina conſtitutione, cuius ſane lege humana aguntur negotia, in fraudem Hungarorum incidiſſe: quo omni ex parte patris eius Ferdinandi domus corrueret. Ab hac autem familia regnum Neapolitanum per idem tempus tranſactum primo à Gallis, deinde ab Hiſpanis occupatum, mox in Oſtriciam gentem iure affinitatis conceſſit. Nempe Carolus Auguſtus Maximiliani Auguſti ex filio nepos in regnum Hyſpanum Neapolitanumque Ferrando auo materno ſucceſſit. Et quoniam eo ventum eſt, vbi opportune narrari poteſt, quo ritu Hungari ſuis regibus ſceptra tribuere conſueuerunt, id paucis abſoluendum putaui. Igitur cum Hungarorum quiſpiam regum è vita decedit, nullo ex ſe genito relicto ſucceſſore (alioqui filius patri ſuperſtes iniuſſu etiam optimatum, nulliuſque interpoſita auctoritate, regnum inire ſolet) vni-

Mos inauguratiouis regum Hungaris.

uerſa nobilitas à Principe Senatus conuocata ad Rhacoſium campum armata conuenit, quem eſſe in Pęſtano agro ſupra demonſtrauimus. Ibi maioris partis conſenſu regem declaratum Albam regiam magna deducunt frequentia. ſed priuſquam Rex vrbem ingreditur regni inſignia accepturus, ad ædem Diuæ Virginis extra muros in planitie ſatis patente ſitam diuertit. Eſt in veſtibulo huius templi porticus, quæ templo annexa eius parietes vndique cingit. Hanc quia portis templi imminet Rex cum ſelectis procerum aſcendit, ſe ſeque conſpectui vniuerſæ multitudinis in ſubiecta planitie conſiſtentis offert. Princeps Senatus, quem vulgo Palatinum vocari diximus, ei aſtans, voce qua exaudiri poſſit, nobilitatem ter interrogat; Vellent ne Regem in Pęſtanis comitiis dictum regnare. Qui poſteaquam terna nobilium acclamationo confirmatus fuerit, gladium nudum manu dextera à Palatino accipit, deſignanſque ſe vndique ab omnibus hoſtibus regnum defenſurum, eum ſublatum ad orientem primum conuertit, deinde ad occaſum, itemq; ad ſeptemtrionem, & meridiem. Quib. rebus peractis Rex ſacerdotali veſte induitur, ſceptroq; aureo accepto in ſede regia collocatur. Ad eum Strigonienſium Pontifex, & ipſe ſacerdotali veſte indutus, moxq; rem diuinam incœpturus accedit, diadema ferens. Atq; poſteaquam Rex iurauerit ſe iuſte ac ſecundum leges Hungarorum regnum gubernaturum, eius caput inter ſacrificandum diademate circundat: deinde iam ſacrificio peracto ſinguli procerum ſuo ordine iuſiurandum præſtant, promittuntq; regiam ſe poteſtatem legitime conſeruaturos. Sed forte quiſpiam quærit, cur hic mos omni ex parte in rege Wladiſlauo creando haud quaquam ſit ſeruatus; neq; enim vllo nobilium clamore ad Albam Regiam Wladiſlaui regnum eſt comprobatum, vtpote qui à principibus ne conuocati quidem de more fuerunt. Crediderim Senatum Hungaricum haud ſatis certum de ſtudiis multitudinis in Wladiſlauum minorum gentium nobilitatem Albā regiam conſulto tūc non conuocaſſe: nam cum Albertus, priuſquam Wladiſlauus eius frater, vt ſupra demonſtratum eſt, rex eſſet à Principibus dictus, dubitarunt optimates, ne conſilii eorum mutationem, atque inconſtantiam probaret multitudo. fama enim in vulgus emanarat, Albertum iam regem deſignatum ob imperioſius ingenium regno deiectum. Wladiſlauum vero eo, quod eſſet inertiſſimus, regem aſſumptum.

Sane,

Sane, *ſicut nobilitas regem indulgentem optat ſibi contingere, ita humilioris fortunæ homines malunt regem eum, qui potentium inſolentiam coerceat, atque ab iniuria inopi inferenda prohibeat.* Cæterum nec factio aduerſa, quæ regnum ad Albertum deferri cupiebat, interea quieſcere, aut ſtudium ſuum parum tutari; ſed in ſententia perſeuerans cum propere acceerſit. Qui quidem & recenti nuncio, & prius Stephani Batheris literis temere quidem miſſis, adhortatus, quippe qui ſua ipſius magis auctoritate, quam optimatum decreto id egerat, cum haud mediocri armatorum manu è domo proficiſcitur, atque intra paucos dies ad Danubium, qua is Pæſtum præterfluit, acceſſit, caſtraque è regione fere Budæ poſuit, rege Wladiſlauo ex arce Budenſi, quam ab Alberti caſtris Danubii latitudo dirimebat, abſque vllo animi motu, quantum ex vultu exiſtimari poterat, inſpectante: quanquam illam animi ſecuritatem plerique ſocordiam, atque ignauiam interpretabantur. Atqui vel ex hoc maxime patuit, quam magnum malum ſit principatus cupiditas. ni enim hi duo fratres vt regni competitores in Hungariam veniſſent, Danubii intercapedo coram mutuo complexui haud quaquam obſtitiſſet, quum præſertim longa abſentia deſiderium inter neceſſarios augere ſoleat. Vbi igitur Alberto innotuit, regnum Hungariæ ad Wladiſlauum delatum eſſe, ſe ſeque eluſum, ira inflammatus iubet ſuos Pęſtanis portis obequitare, in pręſidiumq; Boemicũ, quod oppidanis additum erat probra ingerere, atq; ad leuia certamina extra oppidum elicere. Oppugnare autem Pæſtum non poterat, quum nullum oppugnandæ vrbis apparatum ſecum attuliſſet. Sed poſteaquam vidit oppidanos iuſſu Wladiſlaui (vir enim fuit, ni ſtupidum dixeris, ſatis manſueti ingenii) quietos eſſe atq; intra muros ſeſe continere, frendens ac hoſtiles ſpiritus gerens, caſtra circiter quinque millia paſſuum à Pęſto retulit. nam Danubium traiiciendi nec conſilium fuit ſtudio Hungarorum in Wladiſlauum conuerſo, & facultas omnino ſublata erat, nauibus Pęſtanis ſub aduentum Polonorum ad alterã fluuii ripam traductis. At Hungariæ Principes veriti ne quid detrimenti ferox iuuenis iniuria, vt ipſe arbitrabatur, ſtimulatus cum tanto exercitu regno inferret, Wladislauum adeunt, orant Danubium tranſeat, fratremque per ſemet conueniat, eiuſq; animum quoquo modo poſſit, leniat; rati huiuſmodi congreſſione germanitatis ac puerilis quondam ſimplicitatis conſuetudiniſq; memoriam vtriuſq; animo

Albertus Bohemus regnum Hungariæ fruſtra occupatum venit.

Albertus Bohemus regnum Hungariæ fruſtra occupatum venit.

animo ſubituram, atque ita Alberti iram poſſe deflagrare, omneque tolli penitus odium. Wladiſlauus igitur in id modo fide à fratre accepta, tutum aduentum fore, confeſtim abſque vllo militum præſidio, cum ſuis tantum purpuratis, proſequentibus etiam quibuſdam Hungaris Principibus, caſtra Alberti petit, vehementer cupiens animum fratris mollire, ſimultatemque colloquio dirimere; eo quod & ſceleratum eſſe videbat, cum fratre armis decertare, neque ſatis è re ſua vllum motum fore cenſebat regno & recens, neque omnium principum conſenſu inito. Quo vbi ventum eſt, nuntiatumque Alberto fratrem adeſſe, propere è tabernaculo verecundia iram vincente egreditur. Salute accepta redditaque oculi vtrique lachrymis opplentur, nec circumſtantes quidem gaudio tam pii ſpectaculi oculis temperarunt. Itaq; ſiue rubore, quē forte conſcientia fraterni certaminis perfuderat, ſiue mutua pietate attoniti; æmulationis ſubito obliti paululum conticuere. Deinde poſt cibum ſatis hilari habitu oris, ſi animus vultu æſtimari poſſet, eodem lecto captum, ſubmotis arbitris colloquuntur. Quæ autem tunc inter ſe agitauere, mihi haud pro comperto eſt. Verum vt ex ipſius rei facie apparuit (iam enim ille affectus, qui eis lachrymas commouerat, pietate vt fit ambitioni cedente vtriuſque, animo reſediſſe videbatur) pace quidem aut infecta aut dubia, licet operto odio, digreſſi ſunt. Itaque relicto in caſtris Alberto Wladiſlauus Budam reuerſus eſt, maximo præter Polonorum arma noui inſuper alicuius motus timore anxius. fratre enim alienato externos hoſtes locum iniuriæ quæſituros facileque reperturos iudicabat, & quos ipſemet ſuo merito non feciſſet inimicos, eos Matthiæ Coruini iniuriis, cui in regnum ſucceſſerat, cōncitatum iri, ſibique ſuſtinendos eſſe, vt euenit, verebatur. Itaque non multis poſt diebus, ne quod reconciliationis tempus inexpertum prætermitteret, præfectum Tranſiluanum, cum Iano Varadinenſium præſule (nondum enim depoſuerat præſulatum) ad Albertum mittit, qui eius animum, ſi poſſet, ad pacem ſanioris admonendo conſilii inducerent. Itaque Ianum concedente collega, quod hic cum Alberto eiuſdem linguæ eſſet, nam Polonis & Boemis idem ſermo eſt, verba huiuſcemodi locutum ferunt. Niſi animi tui magnitudo, Rex Alberte, atque humanitas peculiare familiæ veſtræ decus mihi perſpecta forent, ad te Hungaris tuo magis dolore, quam vlla eorum in te iniuria iratum nunquam

accoſ-

Ianus Varadinenſium præſul Vuladiſlauum & Albertum fratres Bohemiæ reges discordes reconciliare nititur.

acceſſiſſem. non equidem quod verear te vlla animi perturbatione ita poſſe accendi, vti iure gentium ſublato legationis nomẽ ſanctum ſemper nõ habeas, ſed ne, poſteaq̃ oratione licet vtili tibi fruſtra tamen vtpote irato, obſtrepuiſſem, dicendi inſuper libertate, quam nunquam ne vitæ quidem periculo diſſimulare potui, te Hungaris infeſtiorem redderem. Eſt enim ſicut officii ita & moris mei, quæ conducere ſiue publice, ſiue priuatim exiſtimem, ore libero in medium proferre. Qua quidem libertate ac ſi vnquam antea nunc mihi vtendum cenſeo, quum de fratrum, quorum opes in excelſo ſitæ ſunt, reconciliatione gratiæ ſit agendum. Quid enim vtilius, vt taceam honeſtatem, quam fratribus in maximo imperio conſtitutis concordiam, atq; amicitiã conſeruare? cuius quidem conſeruandę ſi tanta cura eſſet regib. quanta cupiditas eſt imperii etiam per nefas proferendi; profecto neq; tantis laboribus ac periculis regna parari videremus, & parta ſine vllo fere negotio retinerentur; propterea q, ea eſt vis amoris, vt ſibi viam vltro aperiat, quo armatæ acies vi penetrare nequeunt. Puto te puerum à præceptore, qui te literis inſtituit, dum lectioni poetarum das operam, aliquando audiuiſſe, Scyllam Niſi filiam amore accenſam hoſti patriam prodidiſſe, & eo Minoa amore Duce perueniſſe, quo armis irrumpere non poterat. Qua quidem fabula eruditi viri oſtendere voluerunt, nihil amicitię eſſe inuium, quippe quæ libertatem ipſam, quam generoſus quiſque vitæ quoque anteferre ſolet, facile expugnat, ac officiis, & beneficentia veluti ariete quodam proſternit. Cur igitur, Rex Alberte, maximis periculis ad ea pergis, quæ, ſi tibi Hungari, vt forſan pro certo habes, dediti ſunt, vltro tibi ceſſura ſunt: quum præſertim poſſeſſio, in quam beneuolentia inducimur, diuturnior ſit ea, quam vi, & armis occupamus, quandoquidem beneficiorum gratia perpetua eſt. Pone igitur hoſtiles animos: licitum eſt tibi Hungarorum in te ſtudia ſine cæde & ſanguine experiri. nam præterquam quod inhoneſtum atque impium eſt, fratres inter ſe bello decernere, multo etiam tutius eſſe arbitror verbis potius, ac iure diſceptare, quam ad aleam ſceleratiſſimi omnium certaminis deſcendere, vbi plærunque qui rebus ac copiis inſtructior, quam cuius cauſa iuſtior eſt, victor euadit.

Tute autem probe noſti, quam paratus acceſſeris ad bellum aduerſus Hungaros gerendum, qui ſane ac ſi vlla alia circa gens,

Ianus Varadinenſiũ præſul Vuladislauum & Albertũ fratres Bohemiaque reges diſcordes reconciliare nititur.

armis, viris, equis, pecunia, cæteriſque rebus, quæ bello vſui ſunt, quam maxime abundant; nec profecto cuiquam nationi aut corporum robore, aut vi animorum cedũt. At forſan nihil ambigis Deum tuæ cauſæ, veluti, vt tu arbitraris, iuſtiori ſi bellum ſuſceperis, ſecundum exitum daturum; tuam autem cauſam iccirco iuſtiorem eſſe credis, eo quod in Pęſtanis comitiis à quibuſdam plebeiis, & ſtulto vulgi clamore Rex Hungarorum es nominatus. Si ergo hic temerarius, ac inconſultus populi clamor te regem creare potuit, profecto ob idipſum etiam Wladislauus ſuperior eſt, vtpote qui non à plebe, ſed à principibus rex eſt appellatus, nec modo appellatus, ſed etiam acceṗſitus, atque in regiam deductus, & iam inſignibus regiis magno omnium fauore ſumptis in ſolio collocatus. Quapropter te non debet fugere, Hungaris iam non eſſe integrum, vel ſi vellent, regis diademate inſigniti imperium abrogare. Quum igitur cauſa iure gentium, quia minor natu es, opibuſque præterea, ac cæteris belli inſtrumentis fratre inferior ſis, patere, quæſo, nunc precibus vinci, dum vltro petimus pacem, dumque fortuna, quæ humanis caſibus maxime gaudet, ferro nondum educto, neque per Wladiſlauum educendo, nihil adhuc variauit. nam ni tu prior laceſſeris, nemo tibi iniurius erit. Atqui ſi regno alieno ſine vllò maleficio exceſſeris, & fratre, & Hungaris amicis vti perpetuo poteris. quo facto maiorem proculdubio laudem humanitatis, iuſtitiæ, ac in fratrem pietatis, quam ſi victor pugnando extitiſſes, domum reportabis: atque non modo à fratre ab omnibuſque Hungaris ſummam inibis gratiam, ſed etiam ab vniuerſo Chriſtiano nomine maximam feres laudem. Nec demũ Hungaris, qui in te iam concitantur, ſuas perſequendi iniurias neceſſitatem impones. Ad hæc Alemannis, qui iam inſtructi, intentique ſunt ad vlciſcendas iniurias à Matthia Cugniade illatas, Turciſque communibus omnium Chriſtianorum hoſtibus, ne quid noui, occaſione freti incipiant, metum iniicies: Qui ſane ſi incœpto non deſtiteris, fraternum certamen erectis animis proſpectabunt, mox victum, aut aliqua ex parte attritum aggreſſuri. Turcæ enim nihil aliud omnino agitant, quàm ne Chriſtianis diſſidentibus occaſioni rei gerendæ deſint; neque enim tantum ſuis armis, quantum noſtra confidunt diſcordia; qua quidem freti Thraciam primum occuparũt, Macedonas deinde, Græcoſque ac Epirotas ſubegere, & demum Illyricos progenito-

genitores noſtros (inde enim Boemi ac Poloni originem ducunt) bona ex parte ſuperarunt. Nam *quicquid Illyrici intra Drilonem, Sauum, & Vrpanum amnes iacet, id totum in ditione Turcarum eſt.* Quare ſi ſalubre pati potes conſilium, hæc arma, quibus bellum Hungaris minaris, in Turcas cõuerte. Qua profecto in expeditione fratris quoq; ac Hungarorũ bona opera es vſurus. Satis amice ſuaſerat, ni mẽs ira, & imperii cupiditate in præceps data, ſanũ conſiliũ fuiſſet auerſata. Itaq; Albertus nil præter regni Hungariæ deditionem auribus admittens, non modo ad pacem faciendam impelli non potuit, ſed & fratri abſenti, & legatis ipſis præſentibus conuitiatus eſt, præcipueq; Tranſyluano præfecto perfidiam, atque inconſtantiam obiiciens, oſtendit ſe eſſe & literis eius nomine ſcriptis è domo euocatum, & Comitiis Pæſtanis vniuerſæ nobilitatis acclamatione in regem electum.

Albertus Boemus pacem à fratre Vuladulano oblatam reſpuens Hungariã vexat.

Dimiſſis itaque fratris oratoribus in agrum Agrienſem admodum fertilem, vnde commeatus ſuppetere commodius poſſent, exercitum inducit, omnia hoſtiliter agere incipit, agrum populari, pecora abigere, vicos, atque villas incendere, caſtella oppidaque expugnare. mentio enim maxime Alemannici motus à Iano illata, quæ Albertum fratri placare, atq; ad opem ferendam elicere debebat, auxit Wladiſlaui, ac Hungarorum contemptum. Peruaſtata igitur Agrienſi regione, Caſſouiã verſus nobilem, ac fere liberã Hungariæ vrbẽ mouit, q̃ quidem vt pleraſq; alias Hungariæ vrbes Saxones gens Alemannica incolũt. Albertus Caſſouienſi quoq; agro prius vaſtato, quæ ad oppugnationem vrbis pertinerent, celeriter paratis vrbem oppugnare aggreditur, ratus ſi cœpta ſucceſſiſſent, Hungarorum animos non parum ea re motum iri, atque in ſui fauorem conuerti poſſe. Ciuitati militiæ inſuetæ (omnes enim mercatores ſunt) tantus terror hoſtium aduentu incidit; vt ni Boemus quidam lõge inter regios purpuratos clarus, Peutam Seuichouium populares appellabant, adfuiſſet, nullo ferme repugnante portis immiſſus eſſet hoſtis, propterea quod oppidanis ex re ſcilicet inſolita pauore torpentibus nec portas claudere, nec muros aſcendere, nec tormenta locis opportunis diſponere occurrebat. Quod vbi Boemus vidit, non minus audaci, quàm neceſſario conſilio, quo Caſouienſium animos erigeret, metumq; his hoſtilẽ demeret, confeſtim leuẽ armaturã, cuius generis equites circiter trecẽtos

Albertus Bohemus pacem à fratre Vuladislauo oblatam reſpuens Hũgariam vexat.

apud ſe habebat, equos ſternere, oppidoque erumpere iubet, vt hoſtem armis grauem, & ob id magis ſtatarium, quam concurſatorem, procurſationibus laceſſerent. Hungari celeriter equos conſcendũt, ex oppido prouolãt, in Polonoſq; nil tale timentes, impetũ faciunt. Itaq; & equorum freti velocitate, & hoſtium abuſi ignauia, modo procurrentes, modo refugientes, atq; non à tergo ſolum, ſed etiam à latere hoſtem carpentes aliquandiu vexarunt. Tandem ex Polonis aliquot vulneratis in oppidum ſedato gradu, ac nulla timoris ſignificatione abeunt. His ſatis proſperis eruptionibus adiiciunt rem per ſe quidem paruam, ſed quæ & Caſſouienſibus animos non minus, quam totius præſidii tot ſecundæ pugnæ reſtituit, & Polonis omnino infregit audaciam. Quidam ex Hungaris equitibus, dum cæteri, qui leuia prælia cum Polonis erumpendo conſerebant, oppidum repeterent; Polonum equitem extra ſuorum agmen nactus ſubditis equo calcaribus infeſta haſta petit; Polonus quoque ex aduerſo concitato equo hoſti occurrit. Attamen ſeu viribus, ſeu arte, ſeu vtroque impar, primo ictu ex equo præcipitatur. Hungarus iacenti vincula indidit, vehementerque obluctantem ad præfectum vrbis Caſſouiam pertraxit. quo plane ſpectaculo mœror ingens Polonos inceſſit, & Caſſouienſibus Hungaricæ virtutis admiratio iniecta. Hoc Hungarorũ ſucceſſu Poloni haud mediocriter conſternati, non modo ab oppugnatione vrbis, ſed etiam ab obſidione omnino deterriti ſunt. Itaque Albertus deſperata vrbis expugnatione motis caſtris incœpto deſtitit. Ne tamen fugientis modo vertiſſe agmẽ videretur, parte exercitus in ſpeciẽ obſidionis relicta per regiones maxime defenſoribus vacuas duce Blaſio Magere viro inter Hungaros haud obſcuro, qui partes Polonorum ſecutus ei ſe coniunxerat, hoſtiliter vagari incipit, oppida multa, pagoſque, atque villas magna Blaſii infamia diripuit, atque incendit, ædes quoque Stephani Batheri in Tranſiſtrana regione poſitas, ei, vt dictum eſt, præcipue iratus, funditus euertit.

Hungari quamquam nondum vllo iuſto exercitu, quem Polonis obiicerent, conſcripto, magna angebantur ſolicitudine, intenderatque eis non mediocrem curam Alemannici belli ſuſpicio, quum præſertim nullæ publicæ eſſent pecuniæ, quibus miles conduceretur, hoſtilibus tamen aſſueti incurſionibus, bellumque & inferre & propulſare ſemper fere parati multis in locis

para

parua manu,ac pene incondita, vtpote quos non tam autoramentum, aut magiſtratus iuſſio, quam caſus, & communis fortuna vna congregabat,magno animo Polonis occurrebant, ac ſæpius graues prædas,atq; ſub ſarcinis deprehenſos in fugam prȩda omni erepta conuertebant.Itaq; nouiſſimum hoſtium agmen inſequentes aſſidue dies noctesq; infeſti aderant, ac tranſuerſis prȩliis laceſſentes nihil ferme memoratu dignum agere Albertum permittebant, quum ipſi nullam rem rei bene gerendȩ occaſione prȩtermitterent.

Maximilianus Friderici Augusti filius Hungariæ bellum illaturus, militem conſcribit.

LVDOVICI TVBERONIS DALMATÆ COMMENT. DE TEMPORIBVS SVIS.

Liber Tertius.

DVM HÆC in Hungaria geruntur, Maximilianus Friderici Auguſti filius ratus,vt erat, recuperandȩ Auſtriȩ tempus aduenisse,eo quod & Albertus regnum Hungariȩ non mediocriter turbauerat,bonamq; ſuarum virium partem eo conuertere Hungaros cogebat, & quod ipſi Hungari maximis inter ſe ſeditionibus agitati extra regnum poſita tueri non poterant. Ad hȩc ex regni petitione,ac repulſȩ ignominia odio incenſus de bello Hungaris inferendo cœpit cogitare. Communicato igitur cum amicis conſilio,ad quos de magnis rebus referre ſolebat,ex omnium fere ſententia aduerſus Hungaros bellum ſuſceptum eſt.Itaq; mittit èveſtigio conquiſitores ad milites ex diuerſis Alemanniȩ regionibus mercede conducendos,principes Alemanniȩ ad auxilia mittenda hortatur, ad ſolicitandas Auſtriȩ vrbes,vt in fidem Oſtricii imperii redirent,clam quoſdam ſubmittit, cum immunitate,defectionis quoq; ad Hungaros impunitatem ciuitatibus, Viannȩ maxime,quȩ regionis caput eſt, polliceri iubet. Deſciuerat autem hȩc vrbs ad Matthiam Cugniadem Coruinum clariſſimum omnium poſt Attilam Hungarorum Regum (ſi neceſſaria fame vrgente deditio defectio dicenda ſit) cum obſidionis impatientia, tum odio Friderici Imperatoris, qui,vt ante dictum eſt, quum nollet diadema, quo Hungarorum reges vtuntur, reſtituere, bello à

Maximilianus, Friderici Augusti filius, Hungaris bellum illaturus militem conſcribit.

Matthia Coruino eſt vexatus. Itaq; intra paucos dies circiter ſex millia peditum mercenariorum ad Maximilianum, qui tunc Lincii delectum habebat, conueniunt. Præter hos multi mortales vitam latrociniis tolerare aſſueti, fama huius expeditionis vulgata, ſpe, vt fit, prędę eo confluxerunt, iuſtique fere exercitus numerum confecerunt. Ad hoc plærique ciuitatum Alemanniæ principes gratuitam operam ea in expeditione ſe nauaturos vltro pollicentur, atque pro viribus copias Maximiliani augent, quo ſtudium ac officium ſuum ei probarent, quem ſcilicet regem Hungariæ futurum conſenſu haud exiguę procerum partis, quę Wladiſlauo ſuum non dediſſet ſuffragium, falſo perſuaſi arbitrabantur. Hanc enim famam Maximilianus per totam fere Germaniam ſagaci ſatis mendacio ſparſerat, quum, ne cæteri Alemanni ab Hungaris vinci aſſueti militum metu detrectarent, tum, ne maxime, qui Auſtriam Hungariæ conterminam incolunt, in eius fidem redire dubitarent: tametſi Alemanni, & vetere in Hungaros odio arderent, vtpote cum quibus inimicitias veluti inter plærosque finitimos fieri ſolet, fere ſemper habuere, & vehementer cuperent detrimenta Alemannico nomini proximo bello à Matthia Cugnade illata aliqua ex parte per occaſionem reſarcire. Igitur vbi, quo diximus, modo rumor totam Auſtriam perſuaſit, Maximilianum & ſuæ gentis exercitu ſatis inſtructum, & multis Hungarorum principibus ſibi clam conciliatis de regno Hungariæ obtinendo haud diffidere, factione præſertim Hungarorum, quæ ab optimatibus diſſidebat, Maximiliani aduentum aperte exoptante, ab vniuerſis Auſtriæ Ciuitatibus eum adeunt, promittunt pulſis Hungarorum præſidiis ſeſe cum primum Auſtriam attigerit, ad Oſtricium imperium redituros, atque perinde ac legitimum principem ſuſcepturos: facile enim tametſi fide violata, qua regi Matthiæ, armis eius coacti, obſtricti erant, ad hoc impelli potuerunt, experti grauem Hungarorum dominationem. Sane arbitrabantur, mutato principe, & eo alienigena, ſeſe intolerabili quodam iugo exoneratum iri. Natura enim comparatum eſt, vt quæq; gens (modo abſit æmulatio) malit ſuæ linguæ Principi quam externo parere. Maximilianus Auſtrianorum erga ſe animo, ac voluntate comperta, nihil cunctandum ratus, ne, priuſquam ipſe arma ſumeret, aut Hungari depoſitis ſimultatibus, ac odiis communi vtilitati ſtudere inciperent; totum

enim

enim regnum eo tempore inteſtino bello, vt demonſtratum eſt, ardebat; quæ quidem res ad arma Hungaris inferenda hoſtes maxime concitabat, quum alioqui eſſet terribile, Alemannis præſertim, nomen Hungarorum: aut Albertus, qui tunc grauis hoſtis regno Hungariæ inſtabat, pace cum fratre facta domum repeteret. Comparatis igitur reb. omnib. ad mouendum bellum neceſſariis, priusq̃ exercitum in Auſtriã induceret, quo miles in hoſtem, qui nõ paruo omnibus accolis terrori paulo ante fuerat, alacrior proficiſceretur, hoc modo ſuos allocutus eſſe dicitur. Vereor, Viri Alemanni, ne cuiquam veſtrum hæc expeditio, vtpote aduerſum paulo ante victores, ac potentiſſimam gentem, temere ſuſcepta videatur; ſolet n. etiam ignaui hoſtis felicitas victis eſſe formidoloſa; quapropter edocẽdos vos eſſe exiſtimaui, Hungaros nõ ſua virtute, ſed venia patriæ Maieſtatis dixerim, patris mei incuria Auſtriam occupaſſe. nam quotieſcunq; vt pleriq; veſtrum experientia ipſa noſtis, gens noſtra pari numero cum Hungaris conflixit, nunquam ferme inferior extitit: ꝙ profecto cum ſæpe alias, tum hoc ipſo Auſtriano bello declaratũ eſt: quum Dux Saxonum parentis mei auſpiciis, aduerſum Hungaros militans, Franciſcum Aragonium Matthiæ Huniadis vxoris fratrem, ac iuſti exercitus, ex fortiſſimisq; Hungarorum cõſcripti Ducem, pro mœnibus Norinæ vrbis parua manu fugauit, omnibuſq; exuit impedimẽtis. Itaq; ſi eo tempore, quo Hungari Auſtriæ arma intulere, pater meus, vel exigua manu illis obuiam iuiſſet, nunc patriã meam intactam, ac florentem haberem: nec huius expeditionis neceſſitas nobis eſſet impoſita: neq; n. arma in Hungaros mouiſſem, ni ab eis iniuria, & ea inſigni, & ſæpius, fuiſſem laceſſitus. Verũ me tunc in Norinis agente, maximiſq;, vt ſcitis, negotiis implicito: vbi ſcilic. bellum cum rege Francorum gerebam, pater meus ætate iam cõfectus, dum magis religionem, ac otium, quam arma ſectatur, litteriſq; potius quam collatis ſignis cum hoſte pugnat: regis Matthiæ Huniadis auxit vires, animumque ad bellum erexit, & tandem Auſtriæ victorem, non ſine Alemanici nominis dedecore fecit. Hunc autem, quoniam Deo placuit, ſuperbum, ac iniquum nobis hoſtem tollere, tempus aduenit, non modo mihi patriæ meæ recuperandæ: ſed & ignominiæ delendæ, quam vniuerſæ Alemaniæ, maximeque Imperatori Romano, Hungari duce Matthia Huniade inflixere. Alacri igitur animo Auſtriam ingrediamur.

Maximilianus Friderici Auguſti filius, Hungaris bellũ illaturus militem conſcribit.

Nihil

Maximilianus Friderici Augusti filius, Hungaris bellum illaturus, militem conſcribit.

Nihil ibi inſidiarum, nihil infeſti, nihil hoſtilis: verum omnia pacata, atque amica inueniemus. Quippe Auſtriæ ad noſtrum imperium reditum, nos tantum moramur: quæ ſane ad me principem recipiendum, aperto, vt ita dixerim, ſinu, & tanquam ſolem, Hungarica barbarie, veluti atra quadam nube, diu conditum, noſtroq; demum aduentu lucem reſumpturum, expectat, quum antiqui, atque legitimi imperii deſiderio, tum quia Scythicum iugum ferum atq; inſociabile genus hominum, q; ſane inuita & accepit, & pertulit, freta iam noſtris auxiliis, magna, ac aperta faſtidit indignatione. Turpe enim videtur Alemanorum genti; qua quidem nulla eſt, inter Chriſtianos rerum geſtarum claritate nobilior, Hungaris ſeruire: qui plane, vel ipſo habitu oris, ac moribus, ſeruis potius, quam liberis ſunt annumerandi. Cęterum, ab ipſis Hungaris nihil eſt timendum, rex ibi paucorum conſilio abſq; vllo exercitu, accerſitus, de imperio, ad quod nos quoq; haud ab exigua Hungarorum parte vocamur, cum fratre inimiciſſimo certat animo. Hungari ipſi inter ſe ita diſſident, vt ne ipſum quidem regnum queant defendere, nedum extra poſita tueri. Sine certamine igitur victoriam conſequemur. Atque ſi Deus cæptis annuerit, maiora quam animis concipitis, aggrediemur. vnde præter meritas pœnas, quas ab hoſtibus expetemus, qui tantis cladibus Auſtriam, terram nobiliſſimam affecere, & ingenti præda explebimini; & mihi ac vniuerſæ Alemaniæ, veſtra virtute, gloria parabitur quammaxima. His dictis Maximilianus magna omnium ſpe, ac lętitia caſtra mouit. Quippe extincto Matthia Huniade Coruino, nulli Hungarus videbatur eſſe magnopere timendus: tanta plane extitit vnius hominis vel virtus, vel fortuna, atque Noram vrbem verſus proficiſcitur. ea enim ciuitas Oſtricii imperii ſtudioſa, Friderico ſemper dedita fuit: fidemque cęteris præſtitit, neq; iniuſſu ipſius Friderici in ditionem conceſſerat Hungarorum. Stephanus Quincitartonus Sepuſienſium Princeps, atque Auſtriæ, vt ſupra dictum eſt, præfectus, vbi Maximilianum aduentare accepit, inops conſilii, quod per ſe nulla re ad propulſandũ bellum erat inſtructus: & quod Vianenſium animos haud integra fide in Hungaros eſſe, atque ad defectionem ſpectare ſuſpicabatur, clam noctu occulto exitu Viana profugit, monitis nequicquam, qui in pręſidio arcis erant, vti ſeſe quoquo modo poſſent, defenderent: opemq; Hungarorum, quam profecto ipſe prorſus iam deſperarat, expe-

expectarent. Itaq; domum ſe non ſine dedecore contulit. Budam n. cum pudore deterritus vitauit: tum ne Poloni eius abſentia freti, facile inferendi locum detrimenti, in eius agris inuenirent: quanquã eius factum iure excuſari nequit, vel ſi ne in ſummo apud Hungaros magiſtratu tunc fuiſſet: neq; ipſam Auſtriam imperio obtinuiſſet. propterea quod cum eſſet ciuium ſuorum princeps, decebat eũ potius Hungarorum prouinciæ, quam propriis poſſeſſionib. in finibus Polonorum poſitis, conſulere: nec Auſtriam eius fidei commiſſam, metu, ſimul & auaritia deſerere: cũ prę ſertim fama ſit, eum potuiſſe Vianã retinere, ſi ſtipendium, quod vt ferunt abũde habuit, militib. perſoluiſſet; nec ſua commoda reb. publicis antepoſuiſſet. Quis autẽ dubitat ſaluis publicis, priuata perditum iri non poſſe: niſi forte, ne videamur iniqui eſſe cenſores, honeſtius putauit, aut certe minus turpe, priuata quoquo modo poſſet, retinere, quam pro publicis incerta pugnare victoria. Et ſunt fere pleriq; mortalium, ex his maxime, qui ſub regib. viuunt, magis proprii, q̃ communis boni ſtudioſi.

Stephanus Quincitaronus ob aduentũ Maximiliani fugit.

Alemanus Noria vrbe recepta, relictiſq; qui arcem obſiderent, ne parua res magnas corrũperet opportunitates; Vianam xvj. mill. paſſ. inde diſtantem petit: atq; vbi non procul à portis fuit, tota ferme ciuitas effuſa, vna cum omnib. ſacerdotum collegiis, vnoquoq; collegio ſua prę ferente vexilla, honoris & beneuolentię reconciliandę gratia ei obuiã fit. Et erat alioqui ciuitati ingens cupido principem, multos ante annos non conſpectũ videre: quem inſuper patris maxime ignauia deſiderabilẽ faciebat. Ille Vianẽſes, defectione ad Hũgaros diſſimulata, pro tempore benigne appellat, atq; ob recens collaudat officiũ. Poſtero die arci, quam Hungari à Steph. Sepuſienſe, vt dictum eſt, deſtituti, præſidio tenebant, tormenta admoueri iubet. Eſt apud Germanos militũ genus, partim equo, partim pedibus merentiũ: quos ipſi, quoniam ſtipendiis ac prædæ auiditate, ex diuerſis regionib. contrahuntur, nuncupant Lanſenectos; qui quidẽ aſſidua militiæ exercitatione, & ad oppugnandũ, & ad defendẽdum muros peritiſſimi habentur. Hi cum pedeſtre ineunt prælium, pectora tantum thorace muniũt ferreo; poſteriore corporis parte inermi: quod quidem argumento eſt, illos haud facile terga hoſti vertere: ſed aduerſam frontem conſueſſe oſtẽdere. Triplici armorũ genere, queis hoſtem petunt, inſtructi ſunt. Primi, prę ter breuem, & ob id habilem cum mucrone gladium, lõgas haſtas gerunt; ſecundo agmini ad gla-

H dium

Oratio Iacobi Scythæ ad Maxim. ab Hungaris deficientis.

dium, bipennis addita eſt. reliqui item gladio, paruoque tormento vtuntur, quod ipſi pilulariam, eo quod plumbeã excutiat pilulam, vocant. Igitur hi paulo ante, quam arx tormentis percuti cæpta eſt, edocti à Vianenſib. loci peritis, ea parte qua Hungari minime timebant, eo quod locus inde operib. egregie emunitus erat, ſcalis muro applicatis, arcem conſcendunt, paucos obuiam trucidant. cæteros arma ponere iuſſos cõprehendunt, atq; ad Principem perducunt. Quos ſane Maximilianus, volens clementiæ fama Hungaros ſibi cõciliare (nondum enim regni ſpem omnino depoſuerat) liberos eſſe ſtatim iuſſit. Qui ſimul quod patriam pudore amiſſæ arcis, vitare ſtatuerũt: ſimul humanitate, & auro Alemanico permoti (vt erat Maximilianus non modo humaniſſimus, verum & liberalitate nulli regum ætate ſua ſecundus) ſtipendio accepto eius ſigna ſecuti ſunt, ad inconſtantiã, quæ forſan ex rubore nata erat, transfugi, ac auaritiæ ſcelus adiiciẽtes. Porro pleriq; Hungarorũ in omne fere facinus pecunia impelli ſolent. Iacobus Scytha de quo ſupra memorauimus, priuato odio exul factus, id fortuna agente, vt pręſto eſſet, qui hoſtes metu cunctãtes, necdum expeditionis ſatis certos, ad bellum contra Hungaros gerendum impelleret, atq; ad oppugnandũ patriam duceret, vbi accepit, hanc Maximiliani erga Hungaros comitatem, eumq; iam Auſtria recuperata, talem habere exercitum, cui ob ſeditiones domeſticas Hungari reſiſtere haud quaquam poſſent, tuto acceſſu impetrato, cum manu ſua, quę non exigua fuit, ad Maximilianum, vltro quidem, ob inſtantem expeditionem accerſendus, transfugit, vltionis magis, quam pietatis, quam patrię debebat, memor. Cęterum ne tranſitio ſicut parum honeſta, ita & vilis ſine probabili cauſa, emolumentoq; eius ad quem transfugerat, videretur, quaſi ac non partium ſtudio, ſed iniuſta damnatione ad publicum parricidium eſſet impulſus, data dicendi poteſtate: *Si mihi*, (inquit) *inimicorum acerbitate in patria eſſe licuiſſet, inter præcipuos, Maximiliane Cæſar, propugnatores, me regnum Hungariæ nunc haberet. neque enim mihi mors Matthiæ regis patriæ ademit caritatem, ſed domo profugum patriam relinquere coegit. ac neſcio an vlli maius hoſti negotium, quam tibi hoc tempore, quo cum Hungaris tua repetens, iuſtum bellum geſturus es, præbuiſſem. propterea quod te Hungariam aggredientem, tuo quidem agmini inſtans à latere vrgerem: & quantum viribus poſſem, tuas copias diſtinerem: nec vllo pacto paterer, ſi nequiſſem omnino retinere, aliqua ſaltem ex parte non vexatum, ad Hungariam penetrare.*

nam

nam mihi nec manus fortiſſimorum militum, quibus haud paruam Norici agri partem à Matthia rege attributam obtinui, nec gens Salenſis regionis, quæ reliquos Hungaros virtute antecedit, per quam plane tibi in Hungariam tranſeundũ eſt, amicitia & cognatione deeſſet coniuncta. Sed quoniam fides, quam erga extinctum quoq; regem Matthiam Huniadem conſeruare volui, me patria extorrem expulit ad te, cui maximo vſui ſum futurus, non vt transfuga (Nulla enim fidei religione Vladislauo regi adſtrictus ſum) ſed veluti ciuis ad regem venio legitimum. nam ſi more gentium Matthiæ filius in paternum regnum, quod ex pellice natus eſt, ſuccedere prohibetur, tu præ omnibus regnum Hungariæ, quo vtiq; pater tuus immerito quondam fraudatus eſt, iure debes poſſidere. Quam obrem, hac non minus iuſta, quam neceſſaria tranſitione, patriæ leges non reſoluo, ſed quem debui ſuffragio meo, à quo ſane ferendo, per ſummam iniuriam ſemotus ſum, regem eligere; ad eum inimicorum demum iniquitate, reditu in patriam non impetrato, confugio ſingulari certe ignominia affectus: vtpote cæteris, qui mecum ſenſere in patriã reſtitutis. Quem equidem eadẽ fide qua regem Matthiam colui perpetuo ſum culturus, longe acrior inimicus tuis hoſtib. futurus quã fui Alemanis aduerſus quos, Matthiæ auſpiciis, nullo ſane odio, ſed belli iure militaui. Quod vbi dixit, ſeq; non modo magna cum efficacia locutũ cognouit: ſed & in intimam admiſſum amicitiã, Maximiliano non tã ſcelerato transfugę cõſilio offenſo, quã ſuo commodo moto, omnia Norici agri oppida, queis præerat Alemano tradidit. Principes deinde Salenſes, Ladiſlauum Canaſium, Nicolaum Secium, cum tota fere Siſienſi regione, quę Alemano aditum ad Hungaros dedit, in parteis ſuas facile, propter neceſſitudinẽ, quę ſibi cum eis intercedebat, traxit. Perſuadet mox Maximiliano idipſum vehementer cupienti, vti ſe ducem ſequatur, regniq; Hungarię potiundi magnã animo ſpem cõcipiat. Itaq; Maximilian. moram incæptis officere, vt erat, exiſtimans; iter exercitui pronuntiat. Quinto fere die poſtquam Viana mouerat, Sala commeatus abunde præbente, Veſprimium venit. Cæterum, Vladiſlauum regem animaduertẽtem hinc fratrem, inde Alemanos inſtare, ingens deſperatio inceſſit. non tamen animum curis obrui permiſit. Nã licet eſſet deſidię vſq; ad reprehenſionẽ deditus, nec vlla gloriæ cupidine tangeretur: tamen vrgente rerũ diſcrimine inter ipſa pericula ſatis audaciæ oſtendebat. Itaq; pontifices ciuitatum, cæterosq; proceres qui tunc Budæ aderant, in regiã conuocat: hortatur regnũ vna ſecum defendant: delectum militum habeant: pecuniam in ſtipendiũ, quo exercitus hoſti opponendus cõparetur; cõferant. Quod

Oratio Iacobi Scytha ad Maxim. ab Hungaris deficientis.

Oratio Vladislaui Caſimiri Hungarorũ regis ad Hũgaros.

vbi parum procedere videt, Steph. Bathorem, Paulumq; Ciniſium, viros nõ minus ſtrenuos, quam reip. Hungarorum ſtudioſos Albam regiam, quo delectus militũ indictus erat, cum parua manu, vtpote ex præſenti copia miſit: ſatis credens, vel ſolo tantorum ducũ nomine Maximilian. aut à cœptis ſuis deterritũ iri, aut ſaltem eius itineri moram aliquam iniici poſſe. Ipſe, Petro comiti Houario munus regium per ſuam abſentiã obire iuſſo Poſonium, ad comitandos Bohemos, proficiſcitur. Sed quia eos, quos ad cuſtodiã regni relinquebat, ex re inſolita haud mediocriter perterritos animaduerterat, vtpote qui regnante Matthia Coru. hoſtem armatũ, in terra Hungarica non viderãt, quo his metum minueret, aliquidq; animi, ac fiduciæ adderet, ne ſc. ſiue metu imminentis periculi, ſiue amplioris ſpei opinione, deſperata eius abſentis fortuna, vt plerũq; in aduerſis fieri ſolet, pſentis Maximil. allicerentur euentu, huiuſmodi apud amicos prius quam proficiſceretur, habuit orationem. Si armis, vobiſue inuitis, Proceres, regnum Hungariç, imperio meo adiunxiſſem, ſubiret, forſan hoc tempore animũ meum de veſtra in me voluntate dubitatio; propterea q; qui ad parendũ vi coguntur, aut illum cui parent, odiſſe per timorem ſolent; aut certe obſequio colere ſimulato: quãdoquidem victoriam inſolentia, ac imperia ſemper fere importuna conſequãtur. At quoniam & ſuffragiis veſtris plane liberis ac voluntariis, rex à vobis electus ſum, his maxime præteritis, qui nunc me vna vobiſcum odio, ſimul & inuidia impulſi, oppugnatum veniunt, quo me ab hac adminiſtratione depulſo, vobis ſub iugum miſſis, non quidẽ veſtro more, ac legib. præſint, quemadmodum legitimi reges præeſſe debent: ſed veluti mancipiis victorũ præſcripto atq; arbitrio dominentur; & ex quo rex deſignatus ſum, nihil vnq̃ quod animos veſtros iure offenderet, a me cõmiſſum eſt, haud ambigo vos mihi beneuolos eſſe, atq; in omni fortuna fidos fore, vel ſi non modo Alem. à vobis toties victus, ſed quiuis hoſtium fortiſſ. & qui vera virtute vobis formidinẽ poſſet iniicere, regnũ hoc inuaderet. Eſt. n. proprium Hungaricæ virtutis pro fide, ac honeſtate, quicquid aduerſi venire poteſt, cõſtanter tolerare: non a. ritu leuis vulgi, inani ſtrepitu terreri, vel quo interdũ, more ſuo, fluctuans fortuna videatur impellere, inclinari. Quç quidẽ his maxime ſuperata obſequi demum ſolet, q; & animo nulla eius procella fracto, obluctantur. Quare hortor atq; obteſtor vos, viri Hungari, vt hanc Alemanorum nouã audaciam, non

modo forti animo ſuſtineatis, ſed & fortitudinis veſtræ, & Alemanorum ignauiæ memores contemnatis, gerentes eum in hunc hoſtem animum, qui victoribus ſolet eſſe in victos. nam neque morte Matthiæ Huniadis veſtra virtus imminuta eſt, neque Alemannis quicquam virium acceſſit: niſi quod illi abutentes veſtra diſcordia, quod quidem aliquando ſerui in dominos fecere, conantur iugum belli iure à vobis impoſitum, temere quidem, ſed non impune, ſi vos viri eritis, excutere. Nec putetis me ſecus, quam hæc oratio indicat, eſſe animatum; nam re ipſa mox comprobabo, me verbis, vt quibuſdam forſan videtur, magnificis ſpem nequaquam ſimulaſſe. Poſonio enim (quippe eo iam conquiſitores à me miſſi, exercitum à Boemia euocatum contraxerunt) opportune reuertar, adducens mecum fortiſſimos viros, quorum Alemani ne cōſpectum quidem, nedum arma poterunt ſuſtinere. Atque ita veniam copiis inſtructus, non modo vt hoſtium ſpes, ac noſtri opprimendi fiducia vana euadat: ſed etiam Hungarorum diſcordia, qua hoſtes freti in nos impetus faciunt, omnino comprimatur. Nec demū terreat quenquam veſtrum, aut natura timidum, aut conſilii mei, bellique euentus ignarum, hæc mea, forte ſimilis fugæ, ſalutaris tamen profectio. Cæterum, habete hoc conſilium neceſſario captum ingentē Maximiliano metum incuſſurum, vobiſque vnicam ſalutis viam apertum iri. Nam ſimul ac me Boemorum manu ſuccinctum Alemani cognouerint, omni ſpe inani, qua nunc quorundam noſtratium transfugio, ac perfidia tument, ſtatim decident: modo vos, vt decet viros, firmi interim ac interriti ſteteritis; moxque videbitis Deo fauente, ſub reditum meum, vtrumque hoſtem, aut turpi fuga, aut magno accepto incommodo, datiſque dignis temeritate pœnis, Hungariam relinquentem. Hæc quidem Vladislauus (ſuo, an alieno ingenio compoſita, incertum) vbi magno ac elato animo, præter omnium ſpem diſſeruit, magis ob ingenitam eius ſocordiam ac ſtuporem, amicis admirationem inſperata peperit oratione, qua imminentis periculi dempſit metum. nam qui prope mutus, atque elinguis habitus eſſet: præterquam quod non fractum animum præ ſe tulit, haud infacundus viſus eſt. Interea Ioannes Vethelius Veſprimienſium præſul ope ab Hungaris ſæpius nequicquam implorata, deſperato, vt arbitror, Vladiſlaui reditu (non enim deerat rumor, eum hoſtili metu in Boemiam aufugiſſe) arcem Veſprimienſem, ſi-

Oratio Vladislaui Caſimiri Hungarorum regis ad Hungaros.

Iani Poetæ Epitaph.ii. tu ferme inexpugnabilem, Alemannis, magna famæ iactura, tradidit: præſidio accepto ad Maximilianum deſciuit. Quo facto Sclauenorũ quoq; nomini, (erat enim Slauenis natus parentib⁹) haud mediocrem apud Hũgaros inuſſit notã. Cœpit enim vulgo paſſim ferri, Sclauenos Hungarorũ eſſe ꝓditores. Solent enim plærịq; ex vnius hominis delicto, vniuerſam fere gentẽ, ꝙ valde iniquũ eſt, accuſare. Nec modo recẽs huius hominis facinus taxabatur, ſed ẽt multis annis pręterita, vt fit, memoria repetebatur. Porro quidã affirmabant, Ianum quoq; Pannoniũ genere itidẽ Sclauenum, Poetã, ætatis ſuæ clariſſimũ Quinqueeccleſienſium Antiſtitẽ, dum Polonis rebus ſtudet, haud integra fide in regẽ Matthiã Huniadem Coruinum extitiſſe. Quanq̃ ille, & dũ vixit aſſeuerare nõ dubitauit, ſe nulla ſua culpa, verũ Hungarorum inuidia, in irã regis Matthiæ incidiſſe, & moriens verſiculis abs ſe cõpoſitis regiſq; permiſſu ſepulchro inſcriptis, idem teſtatus eſt. Quos ſane hunc in modum editos legimus:

Hic ſitus eſt Ianus patrium qui primus ad Iſtrum,
Duxit laurigeras ex Helicone deas.
Hunc ſaltem titulum liuor permitte ſepulto,
Inuidia non eſt in monumenta locus.

Hic autem Ianus, vir & literis, & ingenio memorabilis, nobili genere natus fuit, in ea mediterraneæ Dalmatiæ regione, quæ inter Sauum & Drauum amnes ſita, à Pannonia Drano dirimitur: nunc à Sclauenis Tranſiſtrana (vt ſupra demonſtratum eſt) natione incolitur. Iam potitus erat Veſprimio Alemanus, cũ ei nũtiatur, quoſdam equites Hungaros, qui caſtellũ à Paulo Ciniſio in Veſprimienſi agro exædificatũ pręſidio obtinebat (Vaſtonẽ incolæ vocant) in eius impedimenta impetũ feciſſe, opportunitate rei, audaciã Hũgaris, vt fit, addente. Etenim quoſdã carros, queis illæ gentes onera portare ſolent, ꝓcul ab vltimo agmine nacti, magno animo in eos inuecti, obtruncatiſq; cuſtodib. diripuerãt. Hac re Maximil. non parũ motus, mittit cõfeſtim partẽ exercitus, atq; vni ex ducib. dato negotio, imperat, vt, ni Hungari dederẽt caſtellũ, tormẽtis illud funditus dirueret: quo ſcil. hoſtib. à tergo ſummotis, & tutius Hungariã intraret, & cõmeatus haberet liberiores. Hungari, q̃ Vaſtone in p̃ſidio erant, fama amiſſi Veſpimii, q, loci natura ſatis tutũ eſſe videbant, perterriti, deditione facta, hoſtes intra mœnia accepêre, pacti, vt incolumes cũ reb⁹ ſuis abirent. Alemanus p̃ſidio ſatis firmo Veſprimienſi arci impoſito,

poſito, inde Albã regiã oppugnaturus flectit iter, cuius exercitũ ad-uentantẽ poſteaq̃ Stephanus Bathor Trãſiluanus Præfectus, & Paulus Cinisi⁹ Thibiſcin⁹ Satrapes, è loco edito ꝓſpexere (& erat facilis in ſubiectã planiciẽ deſpectus: Sunt enim omnia cãpi circa Albam regiã, quos quidẽ vix oculis terminare queas) ex ſignorũ militarium internitentiũ numero, magnitudinẽ copiarũ conſpicientes, nequaq̃ ſibi intra muros tuto cõmorandum eſſe duxerunt: ne in oppido cãpeſtri, cui admodũ metuebant, magno ſuo ipſorum, ſimul & totius regni periculo, clauderentur. Etenim inopinato hoſtiũ aduentu Alba regia neq; propugnaculis, neq; armis, neque viris muniri potuit. Nempe Hungari omnium gentium circa victores, Auſtrianorũ maxime, & ob id elati ſpiritus homines, in animũ inducere nõ poterãt, Maximilianũ Albam regiã exercitũ admouere auſurum. Nocte igitur inſeqũenti Duces Hungari deſperata vrbis tutela, cũ quingentis leuis armaturę equitibus, q̃ quidem ſolã manum habebãt, ꝓfugiunt: Budamq; caput regni petunt, rati ea vrbe, ſeq; conſeruatis, cętera facile aut recuperatũ iri, aut defendi poſſe. Quãdoquidem in his duobus viris, ea tempeſtate ſpes & fortuna regni ſitæ erãt. Alemanus Albenſibus fuga ducum perculſis (ſunt enim omnes opifices ac mercatores) abſq; vlla ferme oppugnatione, vrbem cępit; Iacobo Scytha, quẽ diximus ab Hungaris transfugiſſe, muros, quorũ ſitus ſatis peritus erat, ab ea parte aggrediente, qua hi à rege Matthia Cor. demoliti erant, (aperuerat autẽ Matthias aliquantulum muri, dum tẽplum diuæ virginis muris ipſis vrbis admotum auget, locumq; ſepulturæ ſuæ ampliorẽ reddit) milites, omni præda, præter res ſacras, eis conceſſa, à cæde hominum cohibet. nemo enim ex oppidanis cæſus eſt, præter paucos adoleſcentes, qui ſubito captæ vrbis tumultu, è ludo litterario exciti, ſiue imprudentia, reiq; bellicæ imperitia, atq; adeo furoris militaris ignari; ſiue forte inſita Hungaris ferocitate, in hoſtem armatum & ipſi armati inciderunt. Qui quidem ſi ſeſe ludo litterario, vel tectis incluſi continuiſſent, ſeu inermes in conſpectu hoſtium conſtitiſſent, prorſus fuiſſent inuiolati. Diſcurritur ad prædam, ciuium fortunæ diripiuntur, quos occulere pecuniam ſuſpicio fuit, extorti, corporiſque cruciatu aurum indicare coacti. In pudicitiam quoque fœminarum, vt in tali tumultu fieri ſolet, contra Chriſtianum morem, à quibuſdam fit impetus; omnia flebili clamore ac lamentis complentur.

Alba regia Maximiliani metu deſerta.

Nec

Matthiæ Cor. Hung. regis Epitaphium.

Nec quidem inſuper Religione ſacri, ex his maxime, qui opulento præerant ſacerdotio, illęſi dimiſſi, auri cupiditate pietatem vincente; qui quidem capti, ac omnibus etiam bonis, quæ apud ſe inuenta ſunt, ſpoliati, tandiu in cuſtodia habiti ſunt, donec ingenti pecunia ſeſe redemerunt. Maximilianus caſtris extra oppidum poſitis; foſſaq; ac vallo, firmoq; præſidio munitis, ne qua forte hoſtibus aggreſſionis occaſio pberetur (neq; enim ob amiſſam Albā Hungari videbantur ei magnopere contemnendi, quippe quem haud latebat, Hungarorum vires, non vrbium amiſſione, quæ illis raræ ſunt, verum ſtrage exercitus frangi) triumphantis ſpecie vrbem ingreditur: Ædemque deiparæ virginis, ſepulchrum diui Stephani Hungarorum Regis inuiſurus petit: vbi forte conſpectis Matthiæ Coruini inſignibus ſupra tumulum eius de more parieti recens affixis, vna cum hac inſcriptione: *Marmore hoc Matthias Coruinus ſitus eſt: Quem facta Deum oſtendunt, fata fuiſſe hominem:* fleuiſſe dicitur, ſiue mutabilem animo reputans fortunam, varioſque mortalium caſus, ſiue gaudio redditæ hoſtibus vicis, ipſiuſque fortunæ regreſſus. Stephanus Bathor vbi accepit Albam amiſſam eſſe, periculo ſimul regni, ſimul gloriæ iactura, ingemuit motus, lachrimiſque non temperauit; verituſq; ne hoſtis victorem exercitum Budam duceret, compulſis ad operam agri cultoribus, foſſas vrbis propere purgat, aggerem è terra mœnibus circumducit, propugnacula, vbi neceſſe viſum eſt erigit, tormentiſq; inſtruit, armatiſque totam vrbem complet, nulli denique prouidi ducis deeſt negotio. Et quia plerumque in bello falſa quoque magni momenti eſſe ſolent, ſpargit famam, Albertum cum fratre in gratiam rediiſſe, Bohemoſque ingenti manu contracta Hungaris ſubſidio aduentare. Maximilianus ſucceſſu, vt fit, rerum elatus, parum admodum ducens ſedem olim regni Hungarici, qua nemo hoſtium ad illam diem potitus erat, nullo repugnante expugnaſſe; caduceatorem mittit, qui eius verbis Budam, à principibus, qui per idem tempus ibi erant, propalam peteret: atque ad voluntariam deditionem, molli primum oratione pelliceret: oppugnationem deinde, atque ea tandem, quæ captæ vrbes iure belli pati ſolent, ni ocyus imperio, obtemperent, Budenſes paſſuros denuntiaret, diceretque ſe verum eſſe Hungarorum regem, atque à Deo conſtitutum, ad hæc addit. nam hoſtium res aduerſas facile quiſq; ad ſuam trahit felicitatem: ſed haud quaquam potuiſſe tanta aduerſum

Verba Hungarorum Principum ad Maximiliani Caduceatorē.

ſum paulo ante victores agere, niſi ſibi regnum Hungariæ dudū deſtinaſſet. Caduceatori Principes Hungari reſpondent, ſibi haud eſſe integrum Budam Maximiliano tradere: quippe quam eius nomine tenerent, quem conſenſu publico regem optimates creaſſent. cui ſane imperium nedum adimere, ſed ne vlla quidem ex parte minuere, vel ſi poſſent, in animo non haberent: aſſerentes, difficillimum eſſe cum Boemis gente bellicoſiſſima bellum ſuſcipere: etiam ſi nefas non eſſet, regi ritu legittimo creato, talem iniuriam inferre; quin etiam bellum cum Vladiſlauo ſuſceptum cum Caſimiro quoque eius parente, habendum eſſe affirmant.. Proinde deſiſtat Maximilianus, inquiunt, eiuſmodi minis Hungaros Martiam gentem territare: qui pro fide ſua, & regis ſalute, ac gloria, ſi ita vſu venerit, vltima eſſent ſubituri: neque vnquam permiſſuri, regem aliquid ſuis rebus deperdere.

Adiecit ad hæc quidam Procerum ſuperbiæ Alemanicæ inſenſus: nec ignauiæ eorum ignarus verba, & feroci Hungarorum ingenio, & poſtulatis Alemani inſolentibus, congruentia: Non debere Maximilianum in Flamengorum deliciis enutritum (ita Morinos vulgo appellant) Veſprimio ac Alba regia proditione captis, nimium inflari atque efferri: acie non ſemel vincat Hungaros neceſſe eſt, ſi eis velit imperare. nam vel ſi omnes Hungariæ vrbes in poteſtatem ſuam redegiſſet, nobilitas vero imperium aſpernaretur, nihil prorſus ab eo actum eſſet: eſt enim optimatum iuris, reges & conſtituere, & imperio abdicare: ad quorum quidem grauitatem, fidem, & conſtantiam pertinet, à ſententia ſemel ab omnibus comprobata, nullo fortunæ impulſu dimoueri. Itaque, inquit, ſi Maximilianus rebus ſuis conſultum velit eſſe, dum licet citra pugnæ periculum repetat domum ſuam, nec aſperos leones iniuriis laceſſat; quos mox plane viſurus eſt, ira concitos per medias Alemanorum rapi cædes: neque enim putare debet Hungarorum virtutem, vna cum Matthia Huniade ad inferos ablatam eſſe. Alemanus, vbi ex eo, quem Budam miſerat, Hungarorum animos intellexit, vrbemque iam militibus, atque operibus ſatis munitam, & ob id oppugnanti haud promptam: ſpe regni potiundi lapſus, modum quoque ſecundis ſtatuit rebus, ac ſeſe vehementer accuſauit, quod Alba regia capta, Budam inopinata hoſtium victoria perculſam, exercitum protinus non duxerit:

Verba cuiuſdam Hungarorum Procerum ad Alemannum.

rit: regnumque pene è manibus emiſiſſet, curſu rerum proſpero importuna mora corrupto: ratus, id quod nunquam vt opinor, eueniſſet, expugnata videlicet Buda, quæ caput regni eſt, totam etiam Hungariam ſubiectum iri: propterea quod regni Hungarici vires, non in vrbibus, caſtelliſque, cæterisve id genus ædificiis, conſiſtunt: verum in exercitu, qui quidem ex nobilitate conſtat, ſitæ ſunt: nobilitas vero vrbes, quæ ſane in Hungaria, vt diximus, raræ ſunt, non incolit. ſed quilibet nobilium in ſui fundi villa, proprio degit arbitrio, nullius præterquam regio audiens imperio. Igitur ipſe ſpe regni abiecta, quam omnino ſibi inciſam eſſe ſolerter cognouit, opportuna prætermiſſa occaſione, Oſtritiam repetit, relicto Albæ valido præſidio, vti retenta antiqua regni ſede, ſi Hungari ad pacem inclinarent, ipſe, vt euenit, dementia Hungarorum pacis ferret conditiones. Quin etiam exiſtimauit haud irritandos eſſe longiore mora animos Hungarorum: nec diutius in terra bellicoſiſſimi hoſtis agendum, ne, aut Hungari temporis, vt fit, ſpatiò, receptis animis ac viribus conſilium pugnandi inirent: commiſſoque prælio res Alemannica in dubium deuocaretur: aut Vladiſlauus interim cum Boemorum copiis, cuius iam aduentus appropinquare putabatur, à reditu eum in Alemanniam intercluderet, gloriamque ex inſperato, ac magis aduerſariorum diſcordia, quam ſua virtute partam, vel omnino euerteret, vel ſe in magnum coniiceret diſcrimen. Itaque exercitum cui iam ne ſtipendium quidem, vnde numeraret, habebat, per ſpem hybernandi cauſa, quemque domum (niues enim terram oppleuerant) dimittit. Quo facto, Maximilianus neque bello gerendo poſthac, neque paci ſeruandæ ſatis idoneus habitus eſt: quandoquidem & pacem facile turbaret, & bellum temere ſuſceptum, celeri rerum deſperatione deponeret. Reuerſo in Auſtriam Alemanno, Petrus Paganus cognomento Longus, Noriæ vrbis arce, cui præfuerat, egregie nec ſine hoſtium clade defenſa (Nam plures ſexingentis ex Alemannis, dum commiſſam ſuæ fidei arcem tutatur, nullo ferme ſuorum amiſſo occiderat) tandem deficiente commeatu, pactus, vt cum ſuis rebus abiret, eam Alemannis dedidit, nullaque ob talem deditionem, vtpote neceſſario factam, infamia notatus, in Hungariam eſt reuerſus. Hoc ſtatu Hungariæ lætari pro ſe quiſque, ex his qui fide dubia, victori pro-

Poſt Alemannicum bellum mutuis latrociniis Hungaria vexatur.

ri procul dubio adhæſuri, rerum exitum expectabant. Ex quibus Laurentius dux Vuilacenus Bartolomæuſque Varanenſis Prior: atque quidam alii latronum more graſſantes, rapere ex alieno, ſpoliare, vicinoſque armis vexare. Quæ res vbi multorum querelis ad ſenatum (nondum enim Rex ex Bohemia redierat) delatæ ſunt, vno conſenſu ſtatuunt, pro præſenti rerum facultate, latrociniis obuiam ire: ne ſcilicet cuiquam, quantum fieri poterat regiam opem imploranti, merito deſiderabilem ſua facerent incuria. Igitur aduerſus Laurentium eiuſque ſocios Matthias Cerebius, vir bello ſatis clarus, confeſtim miſſus eſt. Itaque alter cum mediocri militum manu rei militaris ſcientia, alter opibus fretus, pari fere ſpe ad dimicandum venere, varioque euentu aliquoties, vtrimque certatum eſt. Poſtea vero, quam agri ſatis vndique ferro & igni vaſtati ſunt, multæque inuicem clades illatæ, atque acceptæ, defeſſi tandem nullaque fere memorabili re geſta, arma depoſuere. Cerebius tamen multo meliore conditione ab armis diſceſſit. Nam Garam & ſanctum Nicolaum aduerſæ factionis oppida eo bello intercepta retinuit. Prior vero Varanenſis nullum nactus aduerſarium qui ei repugnaret: fretuſque tum regis abſentia, ac regni tumultu, tum regione à Buda, in qua vrbe regia ſedes eſt, procul diſtante, quaſi longe ab arbitris ac cenſoribus amotus, arma cæpit mouere. Nam in finibus Pannoniæ fere vltimis, qua ea regio Dalmatas attingit, bellum finitimis excitauerat.

Id autem temporis optimatum potiores, qui per regis abſentiam, ius regiæ poteſtatis habebant, Budæ morabantur, ita de publico ſolliciti ſtatu, vt paruam admodum priuatæ rei gererent curam, quum maxime vellent, non modo proxima, ſed etiam longe poſita tueri. Itaque Prior Varanenſis regni perturbationem, ſuamque cupiditatem in conſilio habens, quicquid poterat vicinis adimebat, iure, vt pleriſque barbaris mos eſt, in viribus poſito. Quamuis ipſe Prior ſua ſe armis repetere prædicaret: quo facto regi quoque Matthiæ Coruini aliquantum notæ inuſtum eſt, forte detecta eius iã fato functi, ſeu fraude ſeu ſuſpicione fraudis. nempe, ſicut ingentem gloriam ſæpius fortunæ, quam virtutis beneficio aſſequimur: ita interdum nullo noſtro merito, ſed inſperato quodam euentu incidimus in infamiam.

Ioannes Dalmata illuſtris ſculptor.

Erat in Hungaria, quo tempore hæc gerebantur, Ioannes Dalmata, illuſtris ſua ætate ſculptor. Hunc rex Matthias Coruinus, cum ei ex quibuſdam eximiis operibus, iuſſu ipſius factis, multum auri deberet, caſtello quodam ad Sauum amnem poſito, vna cum agro ſatis lato, & frequentia colonorum inſtructo, ne pecuniam, cuius ſemper fere ob ingentes ſumptus erat indigus, numeraret, donauerat; ſiue cupiens hominem ex opifice in equeſtrem dignitatem prouehere: magno enim ſtudio ille rerum ferebatur, obſcura illuſtrandi; ſiue ambiguæ poſſeſſionis donatione, vt erat, ingenio callidus, opifici imponens, pecuniis ſuis parcere voluerit. Igitur vbi ſculptor animaduertit, regis beneficium ſibi ereptum eſſe: ſimulque mercede debita ſe fraudatum, (quippe hunc quoque Prior caſtello de improuiſo occupato, poſſeſſione ſua expulerat) cæpit non modo de aduerſarii iniquitate conqueri: ſed & regis Matthiæ liberalitatem ſuſpectam habere, quaſi ſubdola largitione eſſet circumuentus. Et profecto, ſi rex alienum patrimonium, in ſculptorem, cui ingentem pecuniam debebat, ſciens contulit, non immerito fraudis eſt ſuſpectus; quandoquidem de regio, non autem de alieno: & ſuæ fortunæ congruens merces, ſculptori erat ſoluenda; eo magis quia prædium caſtello, & colonis inſtructum, non opifici, ſed equiti conuenit: qui ſcilicet antiquo regum inſtituto militare cogitur, & regnum ab hoſtibus armis tutari. Quocirca maxime accuſandi videntur horum temporum quidam reguli, qui ſupra quam decet, his quibus minime conuenit, largos ſeſe interdum exhibent: cum in remunerandis militaribus viris, ac de ſe bene meritis, mirifice parci ſint. Per idem fere tempus multi Principes viri, qui metu regis Matthiæ Cor. domo profugerant, atque voluntarium conſciuerant exilium, in patriam reuerſi, patrimonium partim vi atque armis, partim dolo recuperarunt. tantus erat, cum legum, tum regiæ maieſtatis, nondum ſtabilitæ, contemptus. Regna enim, vt cætera fere omnia, quo robor ſuum acquirant, tempore maxime indigent.

LVDO-

LVDOVICI TVBERONIS DALMATÆ ABBATIS COMMENTARIORVM DE TEMPORIBVS SVIS

Liber Quartus.

Wladiſlaum à Bohemia cum exercitu Budam redit.

VLADISLAVVS tandem ſex millibus Boemorum vix coactis, Poſonio, quo profectum ſupra docuimus, Budam reuertitur: ibi rem ſuam multo iam auctiorem, atque meliorem, quam reliquerat, offendit. nempe animi Hungarorum, ex nimio quodam pauore, ac conſternatione ſeſe colligere incœperant: tamque profani Principes, quos ſeculares vocant, quam ſacerdotes, præter eos, qui tunc apud hoſtes erant, iam animos erexerant, impigreq; auxilia ad defenſionem regni mittebant. Quis enim animo deficeret rege ſecuro, nec aduerſis cedente? Itaque rex aduocato amicorum conſilio, de ſe bene meritos collaudat, atque his ob fidem ampliſſimis verbis gratias agit, admonitus à quodam amicorum Hungarici moris perito, Hungaros, ac ſi vllam gentem, capi allocutione. His peractis deliberat cum amicis, vtrum Albam regiam obſeſſum iret, an prius ad opprimendum Albertum copias educeret. Omnibus optimum viſum, prçuerti ad Polonos è finibus Hungaricis expellendos, quibus ſane pulſis multum de Alemanorum ſpe deceſſurum putabant: nempe Alemani ad vlciſcendas Hungarorum iniurias, regis Matthiç Huniadis tempore acceptas, fraternum diſſidium in conſilio habuerãt. Coniuncto igitur cum Hungaris exercitu, arma confeſtim in fratrem conuertit, ne hyeme quidem, quæ ſolito atrocior erat, quieſcendum ratus. Poſteaquam Alemanus hoſtis partim Albæ mœnib. incluſus tenebatur, partim metu ex Hungaria profugerat, profectus Buda duriſſimo tempore anni, maximo labore iter fecit. niuem enim altiſſimam diſcutere multis in locis, glaciemque dolabris cædere, quo viam aperiret, miles cogebatur. Agriam tandem, ad quam vrbem Albertus caſtra habebat, peruenit, multis iumentis teneriorisque ætatis armigeris, in itinere vi frigoris amiſſis. Albertus fratris aduentu cognito, animaduertensq;, prælio eſſe cum Hungaris decertandum, præſidia, quæ per loca abs ſe occupata diſtribuerat, pro-

Wladiſlaum è Bohemia cum exercitu Budam redit.

pere ad caſtra euocat. Itaq; contractis in vnum copiis, veluti extemplo pugnæ copiam facturus, in aciem per ſpeciem dimicandi procedit; quanquam nihil minus quam de manu cum Hungaris conferenda, cogitaret. quippe & viribus, & animis ſuorum hoſti impar. Iam eo vtrimque ventum erat, vnde pręlium committi poſſet, inſtructuſque vterque exercitus, ſignum pugnę expectabat. nemo enim ducum iniuſſu, gladium ſtringere, aut telum emittere audebat. Crederes vtriuſq; aciei impetum tunc maxime cum pugnæ ſtudio animi ſolent accēdi, diuinitus fuiſſe repreſſum, propterea quod rex quietus, placidiq; animi, impium eſſe ducens pugnam incipere, ſuos ne procurrerent, continebat. nam & Deum (ignauia an pietate impulſus, incertum) antequam aciem inſtrueret, precatus erat: vt auferretur à ſe certaminis neceſſitas: atque citra ſanguinem controuerſia finiretur.

Albertus vero Hungaros ad ſe velut ad regem in Pęſtanis comitiis dictum, populiq; clamoribus fere confirmatum tranſituros exiſtimans, laceſſere hoſtęm nolebat. In quam quidem opinionem, vbi ſe fruſtra coniectum animaduertit: ad hęc ſuorum paucitati diffiſus, ſub ipſum pene concurſum velamento, quod inducias præ ſe ferret, de more ſublato, vtroq; exercitu vehementer admirante inermis ad fratrem acceſſit, haud ſane tam ſua cauſa, quam fraterno confiſus ingenio, vtpote ad pacem & concordiam promptiſſimo. Itaq;, vt ſunt temporalia pleraq; mortalium ingenia, repente nouo inito conſilio ſpe pacis per fraudem iniecta, petit inducias, regiſque indulgentia ilico impetrat. Cæterum, ne nihil actum eſſe hac in expeditione videretur, Demetrius Ihaſſius, natione Rhaſſianus (ita Roxanos, qui Tribalorum ac Mœſorum agros nunc incolunt, Hungari vocant) in Hungarorum exercitu, leuis armaturæ centum equitibus præfectus, ad regem accedit; orat, permitteret ſe in hoſtem Tatharum extra ordinem viritim pugnare. Audierat enim Rhaſſianus, quod profecto iuueni alioqui glorię cupido, iram vehementer accenderat, Mœſos ab illa gente veluti ſibi bello impares, contemptui haberi. Permiſſu regis equum ſumptis armis conſcendit: atque in medium prouectus ex Tatharis, quorum circiter quingentos Albertus ſecum habebat, ad pugnam prouocat, hoſtiumque ſignis identidem obequitans, conſpicatus quendam inter Tatharos cultu inſignem, ratus, vt erat, ducem eſſe: Quin ocyus, inquit,

quit, diiudicetur noſtro duorum euentu, vtra gens bello ſit anteferenda. Eſt autem gens Tatharorum Scythica, quos quidam antiquitatis ſtudioſiores Tactaros appellari volunt: patrias ſedes in Aſia circa Mæotim habent. nam à Boſphoro ad Tanaim incolit: vnde Turcas quoque oriundos exiſtimo: tametſi quidam falſo opinati ſint, Tatharos à montibus Indiæ, Duce Battone, digreſſos: quippe haud multum à Turcis lingua, habitu, moribus ac ſacris differunt. quę quidem gens vaſtatis multis Aſię regionibus: tandem partim in Aſia, non procul à patriis ſedibus conſedit: partim tranſmiſſo Tanaide in Sauromatas Europæos, qua hi Mæotidem paludem attingunt, peruenit. Atque concedentibus accolis in Cherſoneſo Taurica, & cęteris maritimis oris, quæ inter Tyram & Tanaim late patent, ſedes poſuit: atque cum finitimis, agros Chriſtianorum incurſando continenter bellum gerit, natiuæ haud oblita feritatis. Dux igitur Tatharorum Cauchates, hac pugna nulli ſuorum delegata, ratus id muneris ad honeſtiſsimum quemque pertinere, profitetur ſe obuiam iturum prouocanti: atque extemplo more gentis ſuę armatur, verbiſque magnificis prius iactatis, ingenti alacritate ſeſe Rhaſsiano oppoſuit, haſta, pro arcu & ſagittis, (nempe his vſus tunc non erat) accepta; nam Tathari licet ſint omnes equites, non tamen haſtis, ſed gladio duntaxat & arcu, vtpote prędatoria manus, non iuſti bellatores, in expeditionibus vtuntur. Raro alias tantis animis, ſingulare certamen initum eſt. Itaque effuſo ad ſpectaculum vtroque exercitu, in campi medio, qui inter aduerſas acies, pari ſpatio vtrimque ſubmotas, vacuus relictus erat, aduerſos concitant equos, cuſpidis ictum artifici corporis declinatione, patriaq; diſciplina vterq; euitat. Sarmatæ enim, & his finitimi Thraceſque atque Illyrici, quoniam corpora munimento ferreo tegere non ſolent, paucique admodum loricis ex annulis vtuntur, magis agilitate, quam vi aperta pugnant in equis: nec corpore erecto, vti cataphractis mos eſt equitibus, aduerſam cuſpidem excipiunt: verum ſubducunt ſeſe occurrenti, ſpiculo aut vmbone equeſtris ſcuti illud repellunt: nec ſinunt in ſcutum quod per ſe operis leuitate ac duritia ictum vix recipit, ferrum adigi. Quippe illæ gentes clypeos neruis decuſſatim conſciſſis atque in fila redactis, addito vitro contuſo ac glutino, corio inſuper iniecto, ita muniunt, vt fere ferro impenetrabiles

Tathari qualesnam populi ſint.

Wladiſlaus fratrē Albertum reprehenſum ad pacem compellit.

trabiles reddant. Circumactis itaque equis conſultoque lanceis proiectis gladios ſtringunt; Rhaſſianus prior in ictum conſurgens, Turcaico enſe vulnere cæſim illato, caput Tathari, collumq; pectore tenus diuidit, atque ex equo diſſiliens humi iacentem armis ſpoliat. Non tulit hoc quidam ex Tatharis nobilis eques. Itaq; Ducis ſui ſimul caſu, ſimulq; ignominia permotus: Rhaſſianum reuocat ad certamen, equumq; calcaribus incenſum in hoſtem admittit: ſua quoq; infęlix morte hoſtile decus cumulaturus. nam primo congreſſu accepto in iugulo mucrone, ſtatim concidit in vulnus. Cæterum, dum Rhaſſianus adoleſcentia, & victoriæ ſucceſſu elatus glorię non ſtatuit modum, cum tertio quoq; magno vitæ diſcrimine, rege etiam Wladiſlauo reclamante, concurrit. Itaque vel pugnę labore admodum feſſus, vel ab re geſta per inſolentiam aduerſario contemptim occurrens, hoſtili ictu equo deturbatur: vixq; ſuorum interceſſu, non mediocri aduerſariorum querela, periculo quidem ereptus eſt: haud tamen ſingularis certaminis iure conſeruato. Rex ſimul Rhaſſiani temeritate obiurgata, ſimul eo ob virtutem collaudato: Albertum in ſecretum adductum, amotis arbitris alloquitur, iniurias coram expoſtulat, oſtendit eius peruicacia, regnum Hungarię in ſummum periculum eſſe coniectum, Vianam amiſſam, Alemanos magna vtriuſq; iniuria in Hungariam inductos, ſeq; eius inſolentia ac temeritate, ignauię ſuſpicionem facile omnibus dediſſe, dum tot ciuilibus pariter, ac externis motibus, non tam imparem animum gereret, cui primum ingruenti procellę obuiam iret. Illum vero ambitionis, ac impietatis nota aſperum, quod iure gentium neglecto, fratris natu maioris regnum inuadat. Monuit deinde ab armis diſcederet: nec Hungaros tot iniurias inferendo in ſe concitaret. Quin etiam deſineret Hungarorum iudicio, ac ſtudiis impedimento eſſe; caueret ne eorum liberalitati in conſtituendo rege, moram fruſtra afferendo, ſuam labefactaret libertatem, nec putaret vi agendum eſſe cum Hungaris, quippe qui peruicacibus maxime obluctari ſolent. ad hæc, non ſineret ſuis irritis conatibus, Turcas communes Chriſtianorum hoſtes creſcere. Hoc demum exploratum haberet, Hungaros regem conſenſu omnium creatum, confirmatumq;, imperio nunquam abdicaturos. Albertus hac obiurgatione tametſi infeſtior, quam antea fuerat, eſſet redditus, quandoquidem haud iure ſe increpitum arbitraretur: quippe qui per fraudem pauco-

paucorum principum, vt ipſe credebat, regno eſſet depulſus, tamen ſe fraternis virib. imparem animaduertens, per idem, ac de cætero quieturus, Agriano agro exceſſit: atq; in finibus paterni regni conſedit, nulli occaſioni redintegrandi belli defuturus. At Wladiſlauus finibus Hungariæ Polonico regno adiacentibus, magis præſentibus incurſionibus, quam belli metu liberatis, & ob id iuſſa parte exercitus non procul ab Alberti hybernis, hyemare: vt ſi quid moueret, præſto eſſent, qui reſiſterent, (non enim pacati animi eſſe videbatur, quandoquidem non voluntate, ſed neceſſitate coactus ad pacem veniſſet) reliquum exercitum Budam ſecum reduxit; atq; per proximos vicos hybernatum diſtribuit. Interea Alemani, qui Albā regiam præſidio obtinebāt, commeatus ſimul & ſtipendii inopia ſollicitante, ducibus atq; adiutorib. transfugis Hungaris omnia circūquaq; frequenti vexabāt incurſione, pecora, pariter hominesq; quos caſus obtuliſſet, abigebant: tantumq; audaciæ ſibi ſumūt nullo obſiſtente (omnes enim tormentorum, quæ plumbeas emittebant pilulas, vt ante dictum eſt, inceſſerat timor) vt ne regionib. quidem longius poſitis parcerent. Itaq; Paxon oppidum, quod ab Alba circiter v. & xxx. millia paſſuum abeſt, in ripa Danubii ſitum, ex improuiſo aggreſſi aliquot, qui in portis ſeſe hoſtibus oppoſuerant trucidatis diripuerunt: ægreq; ab oppidi incendio, victi ſacerdotum, quos vulgo cæſios nuncupant, precibus, qui conſtitutis ædibus Pauli Paxenſis ſumptu, ibi degebant, ſe continuerunt. Familia autem Paxenſis à Dalmatis, vt pleraq; Hungariæ nobilitas, originem trahens, claritate generis ac ſenatoria dignitate in regno Hungariæ ſatis inſignis eſt. Interiectis non ita multis diebus, Alemani itidem Alba egreſſi, Sogoram, Nicolai Edernarii ſummę nobilitatis viri oppidum, quo omnes fere Siſienſis regionis opes hoſtili metu erant comportatæ, adoriuntur. Erat oppidum, Nicolai auaritia, vacuum propugnatoribus, ac omni defendendorum mœniorum apparatu. In portis tamē eximiæ magnitudinis tormentum, nulla re neceſſaria ad emittendum lapidem inſtructum (metu hoſtibus incutiendo) collocauerant oppidani, in re trepida, id conſilii capientes. Vanum ſane auxilium & inutile commentum fuit, ſuomet prodendis conſilio. nam quod locus abſque prę ſidio eſſet: quodque tormento nec puluis accenſibilis, nec pila miſſilis ineſſet, ſed ad terrorem duntaxat hoſtium in conſpectu datum, Alemani muris obequitantes facile animad-

Familia Paxenſis.

K uertere,

Balathon nobilis in Hungaria lacus.

uertere, nullo præſertim in muris propugnatore conſpecto, qui eos miſſilibus arceret. Cuius rei dubitatio ſtatim exempta eſt, vbi quorundam captiuorum affirmatione id ita eſſe, compertum eſt. Læti igitur, vtpote occaſione præter ſpem oblata, ad portas oppidi clamore ſublato ſuccedunt. Oppidani metu attoniti inter ſtuporem feſtinationemque, quæ ſemper improuida eſt, male obſerant portas: nam fores liminibus admotas haud valido firmant obice: Itaque his nullo ferme reſiſtente, effractis in oppidum Alemani irrumpunt, Nicolaum (vt euenit illis, qui pecuniam ſaluti anteponunt) vna cum filio capiunt: theſauroque, qui ingens fuiſſe dicitur, veluti conſulto hoſtibus ſeruato, (tanta ineſt auaritiæ cœcitas) potiuntur. Sogorę præſidio collocato, captiuiſque ſecum abductis Albam repetunt, mulieribus, quæ eo plurimæ confugerant, memorabili præfecti continentia, abſque vlla pudicitiæ iactura emiſſis, addita inſuper vox præclaro facto congruens. nam cum quidam militum conſpicatus inſignis formæ puellam libidine exardeſcens, haud obtemperaturus ſibi videretur, malum ei minatus: non cum pudicitia, inquit, miles, ſed de regno & gloria cum Hungaris bellum gerimus.

Cæterùm, cum palantes Alemani ſubinde agerent prædas totam circa regionem, cum lacu Perſone, quem incolę Balathonem dicunt, diuique Aniani monaſterium, quod in inſula ipſius lacus ſitum eſt, metu ſibi adiungunt. Eſt autem Balathon, (ita aquam perpetuo ſtagnantem Illyrici vocant) nobilis in terra Hungarica lacus, cuius latitudo paret ſtadia LXX. longitudo vero CCCCXC. Hunc incolæ à Chriſti ſalutis humanæ aduentu, in agro Siſienſi erupiſſe, quorum opinioni ipſe haud facile accedo, prædicant. Nempe à Plinio in orbis terrarum deſcriptione, Peiſonem, (ni mendum ſit in codice) vocare ſuſpicor. Porro hic lacus magnitudine ſua, & natura aquæ; piſcibus quos ſuauiſſimi, diuerſique ab aliis fert ſaporis, eſt memorabilis. Nam quum, quod in tota Hungaria humoris eſt, per hyemem gelu aſtringatur, hæc ſola aqua raro admodum congelaſcens, continuis ferme anni temporibus, piſces ſubminiſtrat. Campi ei adiacentes, ſicut frugibus ſunt fœcundi, ita & colles ripis eius imminentes gignendis vuis vberrimi, cæteriſque varii generis arboribus fœliciſsimi, nec vlla ex parte maritimæ cedentes amœnitati. Et quoniam de Abbatia Diui Aniani mentio facta eſt,

non

non alienum viſum eſt, inſignem cuiuſdam monachi, ex eo genere, quos vulgo conuerſos appellant, eo bello audaciam, & quo exitu vitam finiuerit, obiter memorare. neque enim ſacerdotum gratia mihi obſtabit, quo minus turpia eorum recenſeam exempla: ne ſcilicet quempiam lateat, *Sacerdotes magis virtute, quam ſacerdotio tutos eſſe debere, religionemq́; non habitu exteriore, ſed probitate atq́; innocentia conſtare.* Hic itaque ante initium Alemanici belli, cum eſſet cœnobii curator, cum quibuſdam vicinis nobilibus viris, propter ſacerdotii commoda (quæ quidem hoc tempore in Hungaria maxime prophanis prædæ expoſita ſunt) inimicitias exercebat, multasq; iniurias vltro intulerat, receperatque. Cæterum, poſteaquam ea loca Alemani occuparunt, ratus ſe nactum premendorum inimicorum occaſionem, ſacerdotali veſte depoſita, profanam ſumit: collectaq; perditorum hominum, ac latronum manu, agros inimicorum, quaſi belli iure liceret, vaſtare cœpit, eoq; ſceleris proceſsit, vt ne his quidem vicinis parceret, à quibus nulla iniuria erat laceſsitus. inconceſſum enim vbi per nefas eduxeris gladium, eo non abuti, haud facile eſt. Quod vbi Paulo Cinſio, homini & ſuopte ingenio fero, & malis ſacerdotibus hoſti acerrimo, nuntiatum eſt; qui quidem per id tempus haud procul à ſupradicto lacu conſtiterat: captans opportunitatem rei cum Alemanis, dum illi ex conſuetudine prædatum egrediuntur, gerendæ, miſſa vna equitum turma monachum inopinantem oppreſsit: adductumque in conſpectum ſtatim viuum cremari iuſſit: ſubiit tamen monachi animo, Dei clementia id ſuggerente (caſtus enim fuiſſe, vt pleriq; Hungari, ac benignus in egentes, perhibetur) inter cruciatus admiſſorum ſcelerum recordatio. Itaq; dũ ſubdito vreretur igni, ne gemitu quidem ędito: præſenti animo affirmauit, ſe merito afflictum ſupplicio, atq; inter ſupplicandum animam expirauit. Cęterum, Alemani populandi (vt dictum eſt) dulcedine illecti: quum omnia circa poſita, infeſta redderent, Valentius Chereu⁹, iuuenis impiger; Miloq; Boemuſius à Paulo Cinſio miſſi, cum aliquot equítum turmis eos prædabundos inuadunt, ac parum admodum reſiſtentes, in fugam compellunt: pillulariæ enim (quas ſolas Hungaris timori eſſe hoſtes putabant) puluere per imbrem inaccenſibili, nullo eis vſui fuerunt. Itaq; quosdam interficiunt: nonnullos viuos capiunt; reliquos fugientes, Albam vſq; perſequuntur.

Balathon nobilis in Hungaria lacus.

Ladiſlaus Hederius feliciter cõtra Turcas agit.

Huius haud ſatis digni dictu certaminis euentus, adeo & hoſtilium tormentorum Hungaris metum dempſit, & Alemanos formidinis impleuit, vt poſthac agreſtes, etiam pene inermes, manum cum Alemanis conſerere auderent. Et profecto facile loco cedunt, fugamque arripiunt, qui ſolis miſſilibus freti, gladio rem gerere, totamque vim in hoſtem cominus effundere non ſunt aſſueti. Per idem fere tempus (iam enim Hungaris lætior fortuna affulgere cœperat) Ladiſlauus Hederius Dalmatarum præfectus, (quem Banum Pannonii appellant) aduerſus Turcas in regione, cui præerat, rem ſatis proſpere geſſit. progreſſis enim finibus ſuis ad incurſandum Charabanienſium, Hungaricæ ditionis, agrum, prædam, quam abegerat, eripuit; trecentos in prælio occidit, ducentos viuos cœpit, atq; ad Regem Wladiſlauum vna cum quinquaginta nobilium Turcarum capitibus cęſis, corporibus demptis, quo maior victoria appareret, miſit. Rex viuos Turcas fodiendis lapidibus deſtinatos, partim in Boemiam, vt eo quoque huius victorię fama perueniret, duci iuſſit: partim Budę cum cæteris eius nationis captiuis, retinuit. Nempe more à Rege Matthia Huniade tradito, in fabrilibus miniſteriis mancipiorum opera domus regia vtitur.

Iam vere appetente Rex vniuerſæ nobilitati edicit, vt ſe Albam regiam oppugnaturum omnes ſequantur. neque enim hoſtes in corde regni diutius morari, agroſque Pannoniæ percurſare, tum Regi, tum Hungaris Martiæ genti honeſtum eſſe videbatur. Nobilitas enixe dicto audiens, ad ſigna frequens conuenit. Quicunque enim in regno Hungariæ, prædia cum colonis (qui quidem prope ſeruorum loco habentur) poſſidet, antiquo Hungarorum inſtituto, cogitur proprio ſumptu, pro facultate ſcilicet rerum ſuarum, ſeſe ad bellum parare, atque Regi in expeditionem proficiſcenti adeſſe; hoſteſque à patrio duntaxat ſolo arcere: neq; enim extra regni fines, ſuo quiſque impendio militare lege cogi poteſt. Itaque rex cum magnam Bohemorum, ac Hungarorum manum contraxiſſet, aduocato ſenatus Hungarici conſilio, cum eo deliberauit, an Vianam iret oppugnatum, priuſquam copias ad Albam admoueret. non quod id ſentiret, aut quicquam tale in animo concepiſſet. nam ſatis deſidem, & inglorium regem ſe peregit: ſed quia, cum exploratum haberet,

Hunga-

Hungaros id fieri non permiſſuros, ad maieſtatem regiam ſpectare putabat, citra ſocordiæ ſuæ notam, fama vulgari, neque ſuum, neque Hungarorum imperium, regis ignauia minui, præterquam quod turpe erat, parum ſibi tutum, inter efferas gentes fore cenſebat. Qui ſenatorum gloriæ cupidiores erant regi, eius animum laudibus efferentes, aſſentiebantur: ſuadebant arma Auſtriæ inferenda, & dandam operam. Cæteri, præſertim ſacerdotes, non tam belli metu ac periculorum, quam laboris, atque impendii tædio, otiique, quam famæ ſtudioſiores, negabant è rep. Hungarorum eſſe, extra fines regni id temporis, quo nondum omnino ſedata erat ciuilis diſcordia, mitti exercitum. His Rex quoque tandem ita eſt aſſenſus, vt facile ſuſpicionem præberet, ſe paulo ante gloriæ cupiditatem ſimulaſſe. Igitur Vladiſlauus Albam regiam cum exercitu profectus, caſtra ad teli iactum ab vrbe ponit: priuſq; quam cōpararentur, quæ ad cingendum operibus vrbem vſui eſſent, mittit caduceatorem, qui terrore oppugnationis iniecto, ſuaderet Alemannis, vt vrbem mature redderent: ratus, & Maximilianum dimiſſurum animum audita celeri Albæ deditione: & de improba Alberti ſpe, multum demptum iri. ſed vbi rex caduceatorem in vrbem haud admiſſum eſſe intellexit, iubet partem exercitus obiectis aduerſum hoſtē longis Boemicis ſcutis, muris ſuccedere: pluribus aliis locis, tum præſertim, qua pons ligneus ante portas vrbis foſſæ iniectus aditum in vrbem dabat: & quid animi ad ſeſe tutandos hoſtes haberent, miſſilibus laceſſendo, atque ad leuia certamina pari numero extra vrbem conferenda, prouocando, experiri. Alemani ſtationibus, varii generis tormentis, locis opportunis diſpoſitis, intra mœnia ſe ſe continere, hoſtes à muris miſſilibus impigrè ſubmouere; nec quenquam propius accedere pati. Adeo enim aduerſis ictibus hoſtes petebant, vt in proximo conſiſtere, non niſi aggere è terra obiecto, tuto liceret. Hungari igitur adiunctis ſibi Boemis, gente oppugnandarum vrbium peritiſſima, neceſſario ductis circum vrbem crebris foſſis, exercitum omnem longo agmine circumdant Albæ muris, atque ipſo effoſſæ terræ aggere ſeſe ab Alemannorum tormentis tutantur, ac ſicut ipſi in vrbem aqua interfluente, quæ vrbis mœnia cingebat, irrumpere non poterant: ita Alemannos ab eruptionibus, adempto his omnium rerum vſu, quæ extra oppidum petebantur, prohibebant. Dum Alba hoc modo obſidetur, Ciniſius

Vladiſlauus Albam Regiam oppugnare vult.

Paulus Ciniſius ad prouinciam ſuam defendendã per Vladuſlauũ remittitur.

cum ſuo exercitu (quinq; autem millibus hominum fere præerat) Valontem caſtellum quod ab Alemannis captum, nec procul à Veſprimio eſſe ante diximus, it oppugnatum, atque non ſine cæde ſuorum breui recepit. Inde regreſſus ad caſtra regis, hortatur eum, quum pro ingenita animi ferocitate, tum vero recẽti tumens victoria, vti completis foſſis (quod quidem ob aquæ breuitatẽ haud difficulter fieri putabat) vrbem oppugnet: neq; enim, inquit, ſedẽdo, ſed milites muris admouendo, certandoq; eam poſſe expugnari. Atqui rex malens citra cruorem, & cædem hominum vrbe potiri, obſidebat mœnia magis quam oppugnabat, ſatis gnarus cum extremæ famis eorum qui obſidebantur, tum conſilii virium Maximiliani, qui quidem Alberto haud parum contuſo, ac perterrito, vt ſupra docuimus, per ſe nihil iam audebat in Vladiſlauum moliri, cum præſertim à ſuis certior eſſet factus, regem Hungarum exercitum habere in Bohemia conſcriptum, numero, virtute & fide præſtantem, & cui ſalus regia, & regni fortunæ recte committi poſſent.

Porro Boemi omnes Tranſiſtranas nationes virtute præcedere exiſtimantur. Cæterum ne Turcæ fines Hungarorum exercitu vacuos nacti popularentur, Paulum Ciniſium ad prouinciam ſuam Thibiſcum, regioneſque circa poſitas tutandas dimittit. nemo autem fuit ætate illa Hungar. ducum, qui ita Turcarum contunderet ferociã, atq; ab incurſionibus eos deterreret. Alemani, poſteaquam cognouerunt, neq; ſtipendium, neque vllum aliud auxilii genus, à Maximiliano mitti obſeſſis: ingentemq; hoſtium exercitum Albæ circumfuſum animaduertunt, longa ad hæc obſidione famem etiam pertimeſcendam eſſe cenſerent, vltro colloquium petunt Hungarorum, ad id neceſſario recurrentes, quod paulo ante inani ſpe inflati contempſerant. Itaq; pacti, vt cum armis, & cæteris rebus ſuis ex Alemania ſcil. exportatis, non autem quas in Hungaria rapuerant, abirent, vrbem regi cum omnibus captiuis tradunt, quorum diſceſſu cæteri quoque Alemani perterriti, omnia Pannoniæ loca ab ſe occupata, intra paucos menſes, partim ſua ſponte, pace mox cum Maximiliano facta, partim armis coacti, antequam pax componeretur, reliquerunt. Iam enim ſeneſcere cæperat Alemanus, minoremque in dies miſſilibus ſuis, puluere præſertim accenſibili deficiente formidinem afferebat, Hungaris ac Boemis, ad pugnam

comi-

cominus ineundam, vt ante dictum eſt, promptioribus: vtpote ſtatariis, atque in congreſſu ea præditis audacia, vt nihil magis ignominioſum apud ipſos ſit, quam aut locum relinquere, aut tergo vulnus accipere. Vladislauus Albenſibus, ob male defenſam vrbem, iuſta ignominia notatis, atque omnibus antiquorum regum in eos honorificis conſultis ac decretis, quibus præ cæteris Hungariæ vrbibus erant honeſtati, abrogatis, deſperata ferme ſalute, Budam lectica aduehitur. paluſtri enim cælo inſuetus graui ægritudine Albæ correptus eſt. Hungari vero recepta Alba læti, vtpote antiqua regni ſede recuperata, domum diſcedunt. Albertus (vt dictum eſt) induciis dolo impetratis, quo mora, ac dilatione, ad colligendas vires haberet, ſupplemento iam militum è Polonia accerſito, iterum exercitum, nil tamen hoſtiliter agens, in Hungariam induxit, forte credens, q, quidam arbitrati ſunt, Vladiſlauum fratrem, morbo, quem Albæ contraxerat, interiturum. Rex poſtea quam bellum redintegrare Albertum audiuit, prętereq́. quod cura eſt ei iniecta, ne rurſus Maximilianus Alberti fretus armis animum in Hungaros reſumeret, regno nondum pacato: ira accenſus (quæ quidem peſtis ſemper improuida eſt, decoriſq; ac neceſſitudinum immemor) Stephanum Bathorem Tranſiluanæ regionis præfectum, & Thomã Taurienſium id temporis præſulem, eundemq; epiſtolarum magiſtrum, oratores ad Maximilianum cónfeſtim mittit, his mandat, vt tota fere conditione, cum illo pacem componant: neque eum pacis etiã conditiones eius arbitrio dicere recuſent. Tantus ſane dolor fraternę iniurię animũ alioqui ſatis placidũ, inuaſerat. tametſi non tam iræ, q̃. ſocordiæ atq; ignauiæ ſuæ indulſiſſe viſus ſit. Etenim vires res Hungarica iam receperat, ſi animũ rẽge dignum gerere voluiſſet. Maximilianus hac legatione ex animi ſui ſententia audita, more humani ingenii clarior factus, atque inuſitatæ impotens lætitiæ, cepit res Hungarorum eleuare, de ſeſe magnifice, ac iactanter loqui, perinde ac ſi virtute eius, non autem domeſtica diſſenſione detrimentum Hungari accepiſſent. nempe reges, quorum aures à teneris annis vano adulationum genere imbuuntur, indulgente maxime fortuna, facile de ſe omnia credunt. quæ quidem res facit eos plærumque ſui obliuiſci, atque inſanire. Itaque Alemannus animaduertens Hungaros, hinc ſua ipſorum diſcordia, hinc Polonis inſtantibus, confuſos animis, & ob id neque

Paulus Ciniſius ad prouinciam ſuã defendendã per Vladislauũ remittitur.

ſuas,

Paulus Ciniſius ad prouinciam ſuam defendendam Vladulaus remittit.

ſuas, neque hoſtium vires ſatis perpendentes, ac ſi aut Albam aduerſus vim Hungaricam retinuiſſet, aut aliquando acie Hungaros, fugaciſſimus Ducum, ſuperaſſet, tantum vanæ fiduciæ ac ſpiritus ſibi ſumpſit, vt has tandem pacis ferre conditiones non dubitaret. Primum, ſi Hungari pacem habere velint, eis ſoluenda eſſe centum millia nummum aureorum: deinde tota Auſtria cedendum. nam vltra Danubium, multa tunc Auſtriæ loca Hungari tenebant. Exulibus Hungaris qui apud ſe eſſent, reditus in patriam permittendus, bonaque reſtituenda. Poſtremo, ne quid inſolentiæ deeſſet, petit, vt ſi Rex Vladiſlauus nullis poſt ſe liberis relictis è vita ceſſiſſet, Hungari alium regem præter ſe ſubſtituendi ius non haberent. Hæc Maximiliani plena temeritatis, & inconſultæ arrogantiæ verba, ne dicam deliramenta, tametſi legati vix riſum cóprimentes audiuére, vtpote ſatis certi, eum etiam cum Alberto, & omnibus fere vicinis gentibus coniunctum, Hungaris bello haud quanquam parem fore, vt paulo ante dixi, modo principes Hungari vno ſtudio publicam amplecterentur vtilitatem: tamen quo eum à ſocietate Alberti auerterent (omnia enim communi conſilio in Hungaros geſſiſſe ferunt) ita reſpondent, vt & Hungaris omnia integra relinquerentur, & Alemanus nihil ſibi non cóceſſum putaret. Se, poſtquã ad conuentum nobilitatis de his conditionibus relatum fuerit daturos, inquiunt, operam, vti accipiantur; affirmantes ne regem quidem ipſum, eas ſine communi optimatum conſenſu poſſe accipere. neque enim ille (quãdoquidem iuſtiſſimus ſit princeps) minus quam cæteri Hungari legibus ac more patrio tenetur. quum præſertim, quo die regnum iniit, iurauerit, ſe publicæ vtilitati nunquam aduerſaturum. Hungari, vt ſunt ſolerti ingenio: atque ad ſuccumbendum tempori maxime cum res vrgent aduerſæ, haud imparati, Maximiliano inani ſpe expleto, totam armorum vim, in Albertum conuertunt: irati impetu Polonorum repreſſo, Alemanos ab Hungaris vinci aſſuetos, facile vanos ſpiritus ſubmiſſuros. Haud indignum relatu ac ſuperuacaneum viſum eſt, quibus copiis cum Alberto debellatum ſit; quotve militum, quiſque principum Hungarorum in expeditionem aduerſus eum miſerit, recenſere. Igitur Rex ob valetudinem ad bellum ire ab amicis prohibitus, præter ſex millia Boemorum equitum, quos nuper (vt demonſtratum eſt) è Poſonio deduxerat, quibuſque inſtituto regis Matthiæ ex colonorum cenſu ſtipendium tribui-

tribuitur, mille equites galeatos, item mille leuis armaturæ confecit. Beatrix regis Matthiæ vxor in gratiam cum Hungarorum principum, tum Vladiſlaui regis, cuius nuptias aucupabatur, octingentos miſit. Totidem Strigonienſis Pontifex, Colocienſis ducentos galeatos additis centum leuis armaturæ. Agrianus quadringentos. Parem fere numerum Tranſiluanus; Vacienſis circiter centum. Sigiſmundus Chanzares Quinqueeccleſiarum præſul pauciſſimos dedit. tametſi eo tempore, quo hæc gerebantur, præter maximas præſulatus ſui opes, adeo pecunia abundauerit, vt iuſtum exercitum ſuo ſumptu alere potuerit Verum cum eſſet genere Alemannus, in ſpeciem quidem reipubl. Hungaricæ ſtudebat, cæterum animo Alemannis erat deditus. Quare pacato mox regno, ingenti ſumma pecuniæ inimicorum inſtinctu à Rege mulctatus eſt. Satis enim conſtat, ei erepta tunc fuiſſe ducenta & octuaginta millia nummûm aureorum. quam quidem ſummam, quoad vſque perſolueret, in cuſtodia eſt habitus. Vnde autem tantam vim pecuniæ, hic ſacerdos habuerit, & ipſe miror. nec dubito, ſi quis hæc legerit, non modo miraturum: ſed etiam me haud ſatis explorata ſcripſiſſe exiſtimaturum. attamen ita ſe rem habere certum eſt. nam præterquam quod ex commodis ſacerdotii viginti fere millia nummûm aureorum annua percipiebat, ex quibus maiorem partem ſingulis annis repoſitam condebat, ita quæſtui deditus erat, vt ne à mercatura abſtineret. Emebat enim inſtitorum ſuorum opera, magnam vim boum. quod genus pecoris leui pretio in Hungaria paratum, apud lanios Venetos magno venibat. Quare cum mortem obiiſſet, præter eam pecuniam, quæ partim legatis exhauſta eſt, partim à miniſtris & clientibus furto, vt fieri in ſacerdotum obitu ſolet, ablata, ducenta millia nummûm aureorum apud illum reperta ſunt; atque in domum regiam illata.

Exercitus ab Vladiſlao Hungaro aduerſus Albertum fratrẽ Bohemnus miſſus.

Porro mos eſt Hungarorum regum, nummos penes extinctum antiſtitem inuentos, ſibi vendicare. Quam quidem conſuetudinem, vt ſacrilegio ſacrilegium mulctetur, inde exortam eſſe arbitror, quia noſtræ ætatis ſacerdotes, congerendæ pecuniæ ſupra omnes mortales ſtudent, eamque, vt plurimum aut repoſitam in nullum vſum, quod dementium hominum eſt, condunt: aut ſuo ipſorum vel conſanguineorum arbitratu magis,

 quam

Mos regum Hungaricorum poſt mortem præſulis abeuntes obſeruari per eos ſolitus.

quam legum pręſcripto, tam viuentes abſumunt, quam morientes legant. Sagabrienſis Antiſtes paulo minus trecentis dedit. Veſprimienſes, quorum arx in edita rupe poſita, id temporis (caſu an fraude humana incertum) combuſta erat, ne vnum quidem militem miſerunt, præſule nondum in patriam reſtituto, tametſi Alemani deduxerant inde pręſidium. Varadienſis trecentos equites dedit. Centum fere Cenadienſis. Iaurienſis partim galeatos, partim leuis armaturæ ducentos, Sirmienſis cum Diaconenſe circiter centum confecit. Tantundem Nitrienſis. quanquam Sirmienſis ac Diaconenſis pręſulatus, magnis olim regionibus pręfuerunt. Nam antequam Turcæ ſuperiorem Dalmatiam occupaſſent, vltra flumen Sauum iuriſdictionem ſuam late exercebant: atque iuxta maximos Hungariæ præſules regno auxilia ſubminiſtrabant. Reliqua Hungarici regni ſacerdotia, & numero, & commodis haud contemnenda, quæ vulgo Abbatias & Præpoſituras nuncupant; paucos admodum equites, cum non paruam militum copiam poſſent conficere; dederunt: quoniam quę ex his opulentiora erant loca eo tempore haud fere ab legittimis adminiſtrabantur rectoribus: Sed ab his, qui pecuniæ duntaxat ſtudebant, obtinebantur.

Hæc quidem auxilia ſacerdotes antiquo debita inſtituto ad bellum contra Polonos miſere. Ad hæc autem munia idcirco legibus aſtricti ſunt, eo, quod prædia & commoda regni Hungariæ à Diuo Stephano, quem primum regem ab Hungaris appellatum ſupra demonſtrauimus, trifariam fere diuiſa ſunt, quorum vnam partem, & eam quidem potiorem, Sacerdotes adminiſtrant: aliam nobilitas poſſidet: tertiam vna cum publicis vectigalibus ac colonorum tributis, Rex ipſe obtinet. Hæc enim regibus & ad pacis ornamenta, & ad belli ſubſidia tribui neceſſe eſt. Atque cum totum regnum ex duobus & ſeptuaginta conuentibus ſeu ciuitatibus (vt ſupra dictum eſt) conſtet, omnes in quatuordecim diœceſes diſtributæ ſunt, quibus ſingulis ſuus præeſt Pontifex. Qui ſane partim adæquant opibus nobilitatem, partim longe ſuperant, atque æquè ac cæteri principum in ſuos vitæ neciſque obtinent poteſtatem. Quam profecto veteres religioſiſſimi reges indulgenter quidem, cæterum non ſatis prouide, ſacerdotibus permiſere. Hi enim ſimul poteſtate ſua, ſimul opibus abuſi, iam pridem ab Apo-

ſtolica

ſtolica manſuetudine, ac humanitate, nedum à paupertate, quam CHRISTVS hominum ſeruator maxime commendauit, degenerarunt. quamquam haud incongruum, mihi videtur eſſe, vt ſummi Dei ſacerdotes, hominum etiam ſint moderatores: modo humana mens intra iuris ſui præſcriptum ſeſe contineret, nec regno & immodicis imperiis elata, modeſtiæ obliuiſceretur. Quotus eſt enim ætatis noſtræ Pontifex, qui officii ſui memor, contemptis his terræ oblectamentis, cœlum, vt ita dixerim, aſpiciat, atque animi, non corporis vtatur imperio?

Pontifices officii ſui parum memores.

Sed quid loquor de Pontificibus, qui fortunæ obſequiis deliniti interdum cupiditatibus ſuis nequeunt imperare; quum plerique infimi ordinis ſacerdotes accerſita illa egeſtate, & ſimulato rerum contemptu, inſignes, triſtem vultum, plenam honeſtatis orationem, ſordidum habitum, maximis vitiis prætendant, atque alienam ſimplicitatem veluti occaſionem ſui lucri arripientes, virtutum inſtrumentis, quibus peſſime vtuntur, imponunt: æquè ac optima patrum inſtituta, non ad vitæ integritatem ac religionem conſeruandam: ſed ad homines in fraudem inducendos eſſent excogitata; ſed de his alias. Dalmatiæ ſacerdotes conſulto præterii. quippe qui, cum partim ob frequentes Turcarum incurſiones valde pauperes ſint: partim in Turcarum ditione degunt, Rempubl. Hungaricam armis iuuare, haud quaquam potuere. Ex profanis vero optimatibus Stephanus Sepuſienſis, regni Palatinus, quem ſummum dignitatis locum obtinere docuimns, quingentos equites, omnes quidem galeatos ſecum duxit. Item Præfectus Tranſiluanæ regionis quingentos, in queis ducenti leuis armaturæ fuerunt. Laurentius Vicilacenus ducentos galeatos, totidemque leuis armaturæ equites ægre armauit: tametſi non mediocri manu eo tempore remp. iuuare potuerit, ſi in eam bene fuiſſet animatus. nulli enim ſecundus poſt PALATINVM vti dignitate, ita & opibus extitit. Ianus regis Matthiæ Huniadis filius, magno animo iniuriarum oblitus, cum quingentis galeatis equitibus, trecentiſque leuis armaturæ affuit. Solocii ducentos dedere: totidem Primii, Polocii cum Rhoſgoniis quingentos. PAVLVS CINISIVS cum centum galeatis equitibus leuiſque armaturæ ducentis venit. neque enim nunc Thibiſciarenſis prouinciæ, cui præerat, vi-

Pontifices officii ſui parum memores.

res, quæ quidem ad iuſtum accedunt exercitum; ſed quot militum ære proprio conduxerit, his copiis adnumero. Gerebii centum galeatos, totidemque leuis armaturæ huic exercitui addidere. Pancretii centum: totidem Morotii. Deſpoti, Georgius & Ioannes Rhaſianus iam diu auita fortuna à Turcis ſpoliati, atque ea tantum poſſidentes, quæ Lupus eodem patre genitus virtute ſua, & regis Matthiæ Huniadis liberalitate, aſſecutus fuerat, cum ſexingentis equitibus, qui quidem omnes leuis armaturæ fuerunt, in auxilium regi Vladiſlauo venére. Bartholomęus Prior Varanenſis quingentos equites miſit, quo ſane officio cum rege ſenatuque Hungarico in perpetuam gratiam reuerſus fuiſſet, ni poſthac grauiter deliquiſſet, quum in Regem, tum in Remp. Hungarorum, de cuius delicto ſuo loco memorabo. Demetrii & Stephani liberi, quos Iaxios cognominant, cum trecentis equitibus venere. Milon Boemuſius mille ſecum adduxit. Petrus Dotius centum. Betiſlaui ducentos. Cæterum multos procerum, qui parua manu reip. operam nauare eo bello poterant, ſilentio præteriui: qui ſcilic. aut res priuatas communibus prætulerant, ſumptibus propriis parcentes: aut hoſtibus adhæſerant: necdum in Patriam redire auſi, metu tacito, per conſcientiam ſcelerum, animis incidente. quandoquidem regnum Hungariæ oppugnari abſque ciuium armis haud quaquam potuit.

His omnibus copiis Stephanus Palatinus Sepuſienſium princeps præficitur. Nec quiſpiam virium huius regni ignarus paruam hanc manum fuiſſe ducat propterea, quod nemo equitum in hoc exercitu fuit, tam tenuis fortunæ, quem ſaltem tres comites in equis non ſunt ſecuti, at alios quindecim, alios quidem viginti, equites ſunt comitati. Hungari ſumma alacritate (nihil enim de victoria ambigebant) ad id bellum profecti: ſeptimo die in agro Caſouienſi, haud procul à Polonis caſtra poſuere. Dux itaque Hungarorum refectis ex itinere militibus, per triduum leuibus certaminibus ſuorum, ac hoſtium animos periclitatus eſt, copiaſque in aciem eduxit, hoc modo prius ſuos adhortatus. Quantum detrimenti, commilitones, regi noſtro regnoque Hungariæ ALBERTI iniquitas, atque hæc tam improba regnandi intulerit ſpes, non eſt neceſſe me vobis iam prælio inſtante narrare. quum præſertim neminem veſtrum ea fugiant, quæ vniuerſam

ſam fere Europam fama peruaſere. Quis enim ambigat, quicquid damni, quicquid ignominiæ, poſt regis Matthiæ obitum, huic regno infixum eſt, non id totum ab ipſo Alberto manaſſe, eiuſque ſcelere perpetratum eſſe? propterea quod ſi ille ſuis finibus ſeſe continuiſſet, poſteaquam nos Vladiſlauum in regem accepimus, nec in Hungariam temerarius homo, atque in fratrem impius irrupiſſet Hungari pace iam cum Iano Matthiæ filio compoſita, in diuerſa ſtudia ac factiones nunquam fuiſſent diuiſi, nulla vtique inter ciues, vni ac eidem modeſtiſſimo principi ſubiectos, oblata diſſenſionis occaſione, verum iiſdem animis, atque eadem voluntate, communibus viribus patriam defenſuri fuiſſent: publicasque iniurias vlturi eſſent. quamquam Polono hoſte non armato, quum proculdubio nemo auſus eſſet Hungaris fieri iniurius, nihil fuiſſet ab hoc regno propulſandum. Huius ergo furor Auſtriam nobis, magna Hungarici nominis iactura ac dedecore eripuit, pro qua ſane ingens auri vis, hominumque belligerando amiſſa eſt. Huius furor Hungariam omnibus bonis affluentem ferro, ignique vaſtauit. Huius furor denique patriam noſtram bellica præcipue gloria nobilem, in tantum diſcrimen adduxit, vt pene ignauiſſimo hoſti, vectigalique, ac paulo ante ſtipendiario noſtro (quod quidem non ſine rubore fateri poſſum) præda inuicem ſumus. Atq; cum tantorum malorum ſit cauſa, Albertus, nunc iterum inter tempus pacis, per fraudem petitę, regisque noſtri humanitate ac indulgentia impetratæ, nos armis vltro perfidus homo laceſſit, nulla icti cum fratre fœderis habita ratione, ordinis, ętatis, moris Chriſtiani, iuris gentium, fraternæ caritatis. Hanc ſcilicet gratiam nobis referens, pro pace ac venia ei ſuperiore bello data: cum trepidus, ſibique ac exercitui ſuo diffidens, pacato habitu ad nos acceſſit. Quapropter ſi quid animi vobis ineſt, commilitones, ad vlciſcendas communes iniurias: ſi qua charitas in regem, & patriam tangit veſtra pectora, ite obuiam huic homini beneficiis regis noſtri ingrato, fœderum ruptori, hoſti iniuſtiſsimo, ac fraterno odio conſcelerato. Arcete à faucibus patriæ furioſi prædonis impetum. Contundite in cædem noſtram ruentis feritatem. Nec iam de regno, aut gloria Albertus certat: ſanguinem noſtrum, eo quod ei fratrem prætulimus, in vltionem haurire cupit. Oſtendite illi, viri Hungari, ſuffragia veſtra in creando rege non coacta; ſed more à maioribus noſtris tradito, libera eſſe debere: niſi forte ius

Oratio Palatini ad milites.

Acies cõtra Albertum Boemum inſtructa.

noſtrum armati, ac plures aduerſus pauciores tutari, per ignauiam minime audemus: quum hoſtes noſtri virtute nobis haudquaquam conferendi, ad vendicandum ſibi, quod noſtri iuris eſt, ſatis animi habent. Vos quoque, Boemi, quorum virtus præ cęteris nationibus in bello ſemper enituit, ac ſi vnquam alias aduerſus vllum hoſtē, in hunc acriter pugnare decet, ac iuſti doloris ira erumpere: totisq; viribus adniti, quo Albertus regni Hungariæ ceruicibus expellatur, qui inde fratrem magno cum dedecore veſtro, ac omnium noſtrum conatur deturbare. Veſtri muneris eſt, in hoc prælio præcipuam operam alumno magis quam regi nauare. nempe vobis potiſſimum cuſtodia, curaque gloriæ, ac ſalutis regiæ incumbit. Vos illum puerum olim in Boemiam, repulſo rege Matthia Coruino accerſitum in regnum collocaſtis; vos ęducaſtis, vos fælicibus auſpiciis in Hungariam miſiſtis. Atque idcirco non Hungarorum magis, quam veſtræ gloriæ aſſcribitur, ſi hodie profligatus hoſtis violati fœderis, ac impietatis ſuæ in fratrem meritas dederit pœnas. Hæc vbi furens ira ad ſuos dixit Palatinus: animaduertiſſetque non modo Hungaros, ſed & Boemos ea accenſos oratione, aciem è veſtigio inſtruxit, Boemorum equitum præfectum Ianum Chubitium in dextero locat cornu. Stephanum Batthorem cum leui armatura ſiniſtrum curare iubet. Ipſe mediam aciem aduerſus Albertum ſibi ſumpſit, dempturus labem in Auſtria turpi fuga acceptam. Nec Albertus, licet eſſet numero militum longe impar, moram dimicandi fecit, iudicans haud tutum ſeſe in hoſtili terra, vel paruo temporis ſpatio futurum, data timoris ſuſpicione: nec ſe ſine dedecore poſſe in patriam reuerti, non tentata eius belli fortuna, quod ipſe vltro intuliſſet.

Itaque priuſquam prælium committeretur, huiuſcemodi verba apud ſuos feciſſe dicitur. Etſi, milites, hæc terra, quam nunc Hungariam dicunt, natura ipſa, quę quidem ſingulis fere gentibus ſuas attribuit regiones, antiqua noſtrę nationis patria eſt: Hungari n. ignobilis gens Scythiæ Aſiaticæ depulſis olim partim Dacis, partim Pannoniis, atq; Illyricis progenitoribus noſtris, quum hi eſſent in plures diuiſi principatus, has demum occupauere ſedes, dum hos modo, modo illos ſeparatim aggrediuntur, atque idcirco noſtro, & optimo ſane iure, hoc regnum ab Hungaris eſſet repoſcendum: attamen ne veterem cum Boemis quoque cauſam perſe-

Acies cōtra Albertum Boemum inſtructa.

quar, prætermiſſiſque multis ſeculis à noſtra remota ſunt ætate, recentia & quæ priuatim ad me attinent, attingam. Ni in Pęſtanis comitiis rex à Principibus Hungarorum fuiſſem dictus, clamoribuſque omnium ordinum confirmatus, humanis nempe vocibus latentis omnia habitus indicatur, nunquam vos in Hungariam ſtudio noui imperii acquirendi induxiſſem. non enim dominandi cupidine hanc ſuſcepi prouinciam, quum domi amplioris etiam regni ſpes non deſit. ſed ne lectus in regem Hungarici ipſe mihi per ignauiam deeſſe viderer: propterea quod non in priuatis quibuſdam conciliabulis, vbi fratrem meum regem creatum eſſe aiunt; verum in cancri campo, vbi reges Hungarorum deſignari mos eſt, rex appellatus ſum. Atque inde non ſine diuino quidem, vt arbitror, nutu voces illæ puerorum acclamantium, & nomen meum, dum Rex nuncupor, in cœlum tollentium fuere: quandoquidem Deus infantium vocibus, ſuam plerumque denuntiat voluntatem. Pro noſtra igitur, milites, iuſtiſſima poſſeſſione pugnaturi, quam vobis non quidem Wladiſlauus frater, cui perinde ac maiori natu, vel cedere haud indecorum eſſet, ſed Matthiæ Regis vxor fœmina ambitione ſimul, & amoris ardore furens, eripere conatur, pręſenti animo prælium inite, nec ſinite, viri Poloni, Italę muliérculæ aſtu, iudicium Hungaricę euerti nobilitatis: & turpiſſimam largitionem, atque ambitum, omnium fontem corruptionum, publicis præualere decretis. Si vicerimus, opulentiſſimi regni fortunę præmium victoriæ erunt. Hæc eſt enim illa regio, fortiſſimi viri, quam mediam Danubius tot fluuiorum confluxu, incolis percommodus interſecat: quæque vniuerſi pene orbis fęlicitatem complectitur. Eſt enim optimis feraciſſima fructibus, vinetis, quæ profecto noſtris regionibus cœli intemperie, natura omnino negauit, & quorum fructu nihil ſuauius, ſpecioſiſſima equis, & cætero omnis prope generis pecore affatim abundans: auri atque argenti, multorumque præterea metallorum ditiſſima: omnibus denique rebus, quæ non modo ad vitæ vſum ſpectant, ſed & luxum poſſint miniſtrare, inſtructiſſima.

Hęc itaque præmia nos, milites, ſi victores fuerimus, manent: ſin autem pulſi terga hoſti dederimus, effugium in hoſtili terra, nunquam patebit: ſpes reliqua ſalutis, ſi prælio ceſſerim, nulla eſt futura. quæ enim venia ſperari poteſt ab hoſte iniuria laceſsito,

Acies cõtra Albertum Boemum instructa.

& eo natura ipſa crudeliſſimo. Etenim non latet vos Hungarorum in deuictos feritas: quam quidem ſępius quum cæterę nationes: (quoniam hoc agreſte hominum genus, ſæuitiam fortitudinem eſſe putat) tum noſtra gens non quidem Hungarica virtute, ſed quorundam noſtratum, vt ſcitis, proditione, experta eſt eo tempore, quo frater meus puer admodũ Ioan. Caſimirus cum Matthia Huniade de regno certauit. Quum igitur pro regno ditiſſimo, quod nobis, vt dixi, à Deo deſtinatum eſt; pro gloria & fama, qua quidem viri fortes immortales efficiuntur, pro vita denique & libertate pugnandum ſit, multitudo hoſtium magna ex parte ex agricultoribus militię ignaris confecta, terrorem vobis incutere non debet. nam ſępe parua manus, cui, vt nobis, aut vincendum, aut moriendum fuit, ingentem exercitum neceſſitate animum ſuggerente, fudit. Neque enim ſatis honeſte, neque tuto etiam hinc abire licet, non tentata pugnæ fortuna: propterea quod metu cogat Hungaros neceſſe eſt, qui cum eis æquo iure rem tranſigere velit: eo enim ingenio prędíti ſunt, vti aut humillime victoribus pareant, aut intolerabili ſuperbia, inhumánaque crudelitate in eos maxime ſęuiant, à quibus ſe iniuria laceſſitos arbitrantur. Concurrite igitur alacri animo cum hoſte, milites, efficite virtute veſtra, ne nos huius expeditionis vnquam pœniteat: neue, quod ſummi fuit conſilii, temeritati aliquando aſſignetur. neque enim vltro in regnum vocato tantæ fortunæ occaſio prætermittenda fuit: neque iam ſuſcepta prouincia, per metum, quod certe non ſine periculo ac dedecore, quum meo ipſius, tum maxime Polonici nominis fieri poteſt, relinquenda eſt. Quare agite dum milites, ſimulatque me in hoſtem inuectum, & media in mole pugnæ verſantem conſpexeritis, vos quoque memores iuſti ſimul & neceſſarii belli per nos illati; & ob id audacius, fortiuſque gerendi, pro ſe quiſq; dignam virtute Polonica operam, regi veſtro nauate, eo maxime, quia in eam neceſſitatem venimus, vt aut vno hoc pręlio victores maxime potiamur regno, aut victi in ſęuiſſimam hoſtis poteſtatem incidamus. His dictis ſigno pugnæ propoſito, eduxit ſuos in aciem, haud tam lætos ferocia ducis, quam hoſtis Matthiæ Cor. ductu exercitati, ſimul multitudine, ſimul robore ſollicitos. Et quia hoſtium cornua, Poloni paucitate ſuorum exæquare non poterant, in cuneum inſtructi, aduerſus mediam Hungarorum frontem conſiſtunt, mox ingenti clamore vtrinq; ſublato, inflammatis ducum oratio-

oratione animis concurrunt. Hungari ira accenſi, quod eos Polonus per ſpeciem pacis deceptos, redintegrato bello, vltro laceſſeret, acriter in hoſtem inferuntur. Albertus vero nihilo minus ferocius, quam concionatus erat, Hungaris inſtare cœpit, adnitens multum ad obtinendum eius certaminis decus, in quo pręmium victoriæ, ampliſſimi regni poſſeſſio erat, ſimul ne victor hoſtis, reditum ei in patriam intercluderet, captusq; lætum Hungaris ſpectaculum pręberet. Itaq; magna vi impetum in hoſtem facit, obuium quemq; Boemico petit gladio: qui quidem cum eſſet eximie fabrefactus, nec tereti forma, ſed ex tribus concauis lateribus, angulis paulo prominentibus, in longum mucronem deſinens, conſtaret: & mole conſpicua Alberti viribus, ac proceritati reſponderet, non parum terroris (nempe inanibus ſæpe miles magis, quam iuſtis formidinis cauſis moueri ſolet) Hungaris inferebatur. Inter omnes enim Polonos rex eminebat, nõ corporis modo, ac armorum ſpecie: quippe ingens corpus erat, & arma honeſtabant: ſed etiam animi magnitudine. Itaq; mouiſſet loco mediam hoſtium aciem eo ferociter inuectus, ni Stephanus Sepuſienſis, fortiſſimorum equitum agmine ſtipatus, ei ſeſe oppoſuiſſet. in quem Albertus haud quidem congreſſum refugientem, cuſpidem infeſtam ab armigero qui pręſto erat ſumptam, dirigit, eius ſcilicet caſu Hungaros perturbatum iri credens, quem cum armatura ſatis munitum, neq; vulnerare poſſet, neq; equitandi peritiſsimum, equo deturbare, iterum conatus eſt, promptiſsimo quoque equitum comitatus, primam hoſtium aciem perrumpere. Quod cum Hungaris obſtantib. nequicquam tentaſſet, ſeq; hoſtium iam includi circumfuſa multitudine cerneret, paulatim retrocedere; pugnam tum non omittendo, cœpit: atque aliquod ſtrenui militis facinus magis, quam periti ducis edens eruptione egregie facta, qua nondum Hungarorum cornua prorſus coierant, in proximum caſtellum, quod præſidio tenebat, cum paucis euadit, quindecim fere millibus in prælio amiſsis, cęteris vero in effuſam compulſis fugam. Hungari profligatis Polonis, parua ſuorum cęde (vix enim ad quadraginta ceciderant) rati, vt erat, in capite Alberti victoriam conſiſtere, caſtellum, in quod profugerat, armatis cingunt: machinas, queis portas proruerent, confeſtim admouent, terrorem perculſo addunt: vltimum capto, ignominioſumque ſupplicium denuntiant, ni ſeſe quamprimum dedat.

Hoſtis Boemus cum Hungaro pugnã init.

M Alber-

Cōditiones Alberto vi cto ad vitā retinēdam per Hungaros propoſita.

Albertus, vbi vidit effugium inde non patere, nec reparandi belli ſpem vllam eſſe, ſe obſeſſo, ſuisq; fugatis, atq; hinc inde dilapſis, tantum vitam ſibi, & his qui cum ipſo erāt, ab Hungaris paciſcitur. nam de fratris lenitate, vtpote ſatis ſibi perſpecta, nihil verebatur. Itaque deditione facta in manus hoſtium deuenit. neq; n. in certam perniciem, famæ iactura, aut effugiendę captiuitatis cauſa, ruere, honeſtū viſum eſt: quum proprium excelſi & Chriſtiani animi ſit, non vltro ſibi mortē inferre (quo quidem nihil neq; ſceleratius, neq; humilius fieri poteſt) ſed omnia quæ homini euenire poſſunt, forti atq; elato animo tolerare. At quoniā Vladiſlauus iuſſerat ſuis in expeditionem proficiſcentib. vt, ſi victores extitiſſent, darent operā, vt q̃ mitiſſima vterentur victoria, nec ſolū Albertum incolumē conſeruarent, ſed etiā eum nulla afficerent contumelia: cum omnib. ſuis, queis fortuna belli pepercerat, Alb. illęſus multo maiore Hungaror. clementia, q̃ victorię gloria his conditionib. dimiſſus eſt. Primū vt omnib. locis ad regnū Hung. pertinentib. præſidia deduceret. Deinde iureiurando affirmaret, ſe nunq̃ de cętero Hūgaris hoſtem futurū: perpetuoq; in amicitia permanſurū, atq; ſi forte aliquando inter Polonos, Hungarosq; orta eſſet de qualibet re controuerſia, nō armis, ſed iure, ac diſceptatione ea dirimeretur. Poſteaq̃ in has iurauit conditiones, confeſtim in Poloniā proficiſcitur, omnemq; exercitū inuiolatum, haud conſueta Hungarorū in ſubactos manſuetudine, ex terra Hungarica deportauit. Iam regno externis hoſtibus vacuo, optimates de pacis conditionib. à Maximiliano dictis deliberaturi, conuentū nobilium Budam indicunt, multo grauius q̃ antea ferentes, Alemanis ſe diutius eſſe obnoxios, ex pace inconſulto ſenatu temere facta, Polono hoſte magna gloria finib. Hungaricis ſubmoto. Statuto igitur die pro ſe quiſq; magno apparatu, atq; ingenti comitum, clientiūq; turba, frequentes Budam conueniunt. Nec Boemiæ proceres quo regi gratificarentur (nempe in ditione Vladiſlaui tūc erant) huic abfuere conſilio. Qui quidem profeſſi eoſdem ſe hoſtes amicosq; cum Hungaris habituros, domum regreſſi ſunt. Oratores quoq; à Maximiliano qui decreta Hungarorū ad ſe deferrent, Budam miſſi. Cæterum poſteaquam in concione poſtulata Alemani propalam recitata ſunt, ab vniuerſa nobilitate plebeq;, magna animorum contentione, reclamatum eſt. negabant enim ſe eo fœdere teneri, quod ſine authoritate ſenatus eſſet factum. In Stephanum Bathorem, atque

Tho-

Oratio Thomæ præſulis tumultuãti populo.

Thomam Antiſtitem, veluti huius rei authores conuitia iacta, publicique boni eis obiecta proditio. Idemque per multos dies factitatum. Hungaros magis pudebat, conditiones ab Alemano dictas ſubire: quam quæ à rege ſuo promiſſa erant, non præſtare: apparebatq; eos promiſſis non ſtaturos. nec ſane ſtetiſſent, ni Rex Vladiſlauus, ſiue id regno magis expedire putaret, ſiue honeſti potius, quam vtilitatis memor iuſſiſſet Thomam præſulem aſperos vulgi animos, tanquam procellam quandam oratione ſedare. Qui, vt ſibi etiam multitudinem placaret, in medio illo clamoris ardore: ſilentio indicto: Mirum in modum gaudet, inquit, viri Hungari, Rex Vladiſlauus hoc veſtro in rempublicam ſtudio. nec profecto minus ſua, quam veſtra cauſa lætatur, quum videt ita vos in patriam eſſe animatos. nullum enim officium in eam conferre poteſtis, cuius ipſe magna ex parte non ſit particeps; fælicemq; ſibi huius regni adminiſtrationem veſtra beneuolentia demandatam fore arbitratur, tali ciuium ſuorum voluntate. Quid enim amplius cuilibet imperio cõtingere poteſt, quam ciuium animi vno conſenſu communis boni ſtudioſi? nimirum ſola hęc res imperia, & firma facit, & magnopere auget. ſed nec tali ſtudio, viri fortiſſimi, à vobis rex vincitur, quinimo, amore publicæ vtilitatis ita flagrat, vt nullum bellum pro ea, nullos labores, nulla pericula, nec ipſam denique famæ ac gloriæ iacturam, quam ſane quiſque generoſus animus omnibus externis bonis anteponit, ſubire recuſet, modo id patriæ expediat, atq; honeſtas, quæ omnibus rebus præferri debet, ſuadeat. Non n. in Hũgariam venit, quo fortunis regni abutens, voluptati tantum, aut propriis commodis indulgeret, ſed potius, vti nihil ſibi ſeorſim gerens, omnia in medium, ad communemq; conferret vtilitatem. id enim eſt, & regem eſſe, & imperium recte adminiſtrare. At forſan dicet quiſpiam veſtrum: Quum ſit in rempublicam ita rex affectus, cur pro conditionibus pacis à Maximiliano dictis, verba vt facerem, me huc prodire voluerit? Quare velim vos minime ignorare, illum non quidem belli formidine, me pro Alemano dicere iuſſiſſe; quo ſane & regni amplitudine ac opibus & numero fortiſſimorum militum nos longe ſuperiores ſumus: ſed pro fide ac iureiurando, quo cum illo pro ſtatu temporis pepigimus pacem.

Cur enim Alemanus à nobis timendus eſt? qui Alba regia, non quidem militum ſuorum virtute expugnata, ſed ignauia oppidano-

Oratio Thomæ præſulis tumultuante populo.

rum tradita, regem noſtrum & Poſonio in ſe cum exercitu venientem, minime auſus expectare, veluti profligatus, ſubſidio in turpi fuga poſito, aufugerit, conſpectum etiam Boemorum, nedum congreſſum perhorreſcens. Verum enimuero, viri Hungari, eminens regum fortuna eſt, atq; in excelſo ſita, omniaq; illorum facta illuſtria ſunt, quę ſcilicet veluti in ædito quodam poſita ſcopulo, nequeunt occultari. Vnde non modo nihil à regibus proficiſci debet, quod eis vllam notam ſit iniecturum: ſed quod ne ſuſpicionem criminis ſit daturum, propterea quod ſiue hominum malignitate, ſiue naturæ vitio id eueniat, multo minus conſpicuum eſt, quod à principibus viris recte, honeſte, & cum virtute agitur, quam quod ab his nequiter, ac per impotentiam admittitur. Quocirca magnopere regi cauendum eſt, ne quid, aut ipſe per cupiditatem delinquat, aut quempiam ſuorum peccare permittat. Regibus enim maxime ſubditorum errata adſcribuntur, quæ cum non prohibent, ipſi ea committere putantur. nec iniuria. Quis n. patrifamiliæ totius domus turpitudinem merito non obiiciat? fateor, viri Hungari, vt ſupra dixi, animum regis multo etiam forſan vehementius, ꝗ omnium veſtrum, commodis regni Hungarici commoueri, atq; quodam modo ab honeſto rapi. Sed iuſtitia ad ſeſe illum reuocat, nec turpitudinem admittere ſinit: imo, cogit neglecto omni emolumento, q. proprium regis eſt, fidem ſeruare, quę quidem promiſſis nō ſtando prorſus violatur. Sed forſan quibuſdam videtur nimis humile, Hungaros nobilem bello gentem aliena voluntate, atque non quidem datis, ſed acceptis conditionibus, ad pacem deſcendere. Quapropter velim mihi reſpondeant, qui ſpecioſa quadam decoris & glorię decepti imagine, iuſiurandum erumpendum cenſent. Quidnam poteſt eſſe in rebus humanis tam optandum, quod virtuti ac honeſtati ſit anteponendum? atque an aliquid in bonis fortunæ inueniri poſſit, quod contempta iuramenti religione in animum admittere debeamus? Enimuero, proceres Hungari, ſi veſtri ſimiles eſſe vultis, nullis potiꝰ quam noſtris ipſorum exemplis vtendum eſt vobis. Quis enim veſtrum eſt adeo infima fortuna, qui ab hoſtibus è cuſtodia dimiſſus atque iuratus, vt ad certam diem rediret, non mallet, modo ſit honeſto loco natus, captiuitatem, omneſque ſubire miſerias, quam iuramentum infringere? tanta nimirum eſt periurii turpitudo. Quod ſi priuati atque poſtremi hominum, fidem

omni-

omnibus commodis, ipſique libertati anteponunt, quanto magis id principibus viris ac regibus eſt faciendum, vtpote quorum facta cæteris documento eſſe debent? Quin etiam non modo curandum eſt, vt iuſtitiæ famam conſeruemus: ſed multo magis inuigilare oportet, quemadmodum, ſi quid maculæ nomini Hungarico inſederit, deleatur. Solet enim hoc ab inimicis frequenter ferri ſermonibus, Hungariam cubicularis lecti & fidei eſſe inopem. Non obſtet igitur, viri Hungarici, vlla nobis cupiditas, quin ab inuidis notam maligne inuſtam, fide noſtra deleamus, inimicoſque noſtros vanos, ac mendaces eſſe oſtendamus. Libenter ſcilicet ea nunc pręſtare, quæ regno in vltimum diſcrimen, ob inteſtinam diſcordiam deducto, à nobis neceſſario promiſſa ſunt. Eo enim tempore non tam dictu ampla, ac ſpecioſa, quam ſalutaria quærenda erant. Omnis animi elatio, quæ iuſtitia vacat, in vitio eſt, nec fortes viros decet, aut commodis, aut inconſultæ cupidini gloriæ, potius quam honeſtati ſeruire. patiamur fidem vtilitatis eſſe victricem. hoc enim eſt magnorum officium animorum, hoc Chriſtianorum, hoc denique hominum lege naturæ viuentium. Atqui nullam vnquam gentem iuſtitia vlla ex parte læſit, ſed potius conſeruauit, auxit, felicem reddidit. At è contrario perfidia & fœderis perturbatio, ſæpe reges, nationeſque potentiſſimas, exhauſit, hoſtibus ſubdidit, deleuit, funditus euertit, ita Deo conſtituente: qui promiſſis, ac iuramento ſemper teſtis adeſt. Poſteaquam Thomas aſſedit, maior pars principum iuriſiurandi magis religione, quam honeſti ſtudio eius ſententiam collaudant. quibuſdam tamen ex conditionibus Alemani demptis, quo cætera facilius admitterentur ab Hungar. pacem omnes decernunt. Igitur in hunc tandem modum Vladislauo pax perpetua cum Maximiliano conuenit (non profecto quæ Hungaros omnium circa gentium victores deceret, ſed quę magis fidei regis temere obſtrictæ eiuſque quieti, cui vſque ad reprehenſionem deditus erat, conſulere videretur: nam fugatis Polonis, atque Alba regia recepta, neſcio quàm honeſtè, tuto certè, poterant Hungari quæ non tam neceſſitate coacti, quam ſtomacho quodam promiſerant, Alemanis non pręſtare: vtpote, qui ſemper precariā pacem ab Hungaris obtinuere, nunquam auſi, ne laceſſiti quidem, cum his, ab inteſtina modo peſte ſecuris, bellum gerere) vt ſcilicet tota Auſtria Hungari cederent. Exules qui Maximiliani partes ſecuti eſſent, in patriam reſtituerētur. Demum,

Oratio Thomæ præſulis tumultuāte populo.

Vladiſlauus cum Hungaris ipſis tum Bohemis contemptui eſt.

vt Maximilianus in regem ſubrogaretur ab Hungaris, ſi quid Vladiſlauo humanitus accidiſſet, nullo filio patri ſuperſtite. Sed vt hoc, quod poſtremo loco poſitum eſt, legibus pacis adſcriberetur, magis in odium Alberti Poloni quam in gratiam Maximiliani factum eſt. Tametſi id pro non adiecto fœderi Hungari haberent, propterea quod iuſiurandum, pactioque præſentis ſenatus Hungarici, inſequentium quoque optimatum fidem in creando rege, vt plerique Hungarorum parum rectè, vt arbitror, cenſent, haud licet obſtringere. Hæc quidem mortuo Matthia Huniade, quem Coruinum appellatum eſſe diximus, duobus annis (tot enim ab eius morte vſque ad pacem cum Alberto, ac Maximiliano factam interceſſere) in Hungaria geſta ſunt.

LVDOVICI TVBERONIS DALMATÆ ABBATIS COMMENTARIORVM DE TEMPORIBVS SVIS

Liber Quintus.

CÆTERVM, perturbatio vna cum hoſtibus, regno haud quaquam exceſſit: nec externa pax, ciuilem omnino ſedauit diſcordiam; ac veluti magno quodam incendio recens extincto, etſi flamma è loco vbi ignis accenſus fuerat, nulla tollatur, fumus tamen ſupprimi vna cum flamma nequit. Nam Vladiſlauus, quod videbatur nulli negotio intentus, ex quo gloriam ſibi ac regno compararet, ſimul quia militaribus viris, nihil agendo, nullo fere emolumento foret; Hungaris pariter ac Boemis contemptui eſſe cœpit. Illis quidem, quia haud idoneum regem, ad regni munera exequenda, ſe ſortitos putarent: his vero, quia regis Matthiæ largitionibus aſſueti: non modo nihil dono, ſed ne debitum quidem ſtipendium acciperent. Igitur Boemi cauſati ſtipendio ſe fraudari, hoſtibus prope infeſtiores, per agros vagari incipiunt, & ſe iumentaque abſque prælio alere; nec modo eſculenta agricultoribus eripere, ſed etiam id, quod impune futurum rati, eos ſupellectile ſpoliare, nec ruſticæ per licentiam militarem interdum parcere pudicitiæ. Quæ profecto cum Rex aut omnino

mnino ignoraret, aut ad ea metu maioris tumultus, ſeu inſita negligentia conniueret, omnibuſque ea intoleranda eſſe viderentur: nec Boemi rapiendi, atque iniuriarum finem facerent, Bacienſis ciuitas communicato cum cæteris circa ciuitatibus conſilio, quæ ad Thibiſcienſem ſpectant præfecturam, Paulum Ciniſium harum regionum Pręfectum adeunt, de iniuriis Bohemorum conqueruntur, obteſtantur ne ſe deſerat: quos à Turcis aſperrimis hoſtibus ſemper tutatus eſſet, eoſdem à Bohemorum quoque vi ac iniuria defenderet; nec pateretur ciues in conſpectu prope ſuo bonis ſpoliari, ab his maxime, quorum armis, ab externa vi tuti eſſe deberent: quippe quos ære ſuo collato per capita tributo, alerent: quorumq; principē in regnum vltro accitum, regē ſibi cōſtituiſſent. His Paulus ciuium querelis permotus, poſtulat à principibus ciuitatum, quæ in Boemos cōiurauerant, imponi colonis in ſingula capita, vnius aurei nummi in ſtipendiū militum tributū. maiorem profecto laudē ex gratuito laturus officio. quippe externis nedum ciuibus debita auxilia turpiter venduntur. eſt enim propriū principum virorum magis dare quam accipere beneficia. Quod vbi omnium conſenſu ſtatim impetrauit, contracto ſubitario milite, euocataq; ingenti agreſtium multitudine, ſed magna ex parte inermi (nam pauci gladiis, pleriq; meſſoriis, ac lunariis falcibus erant armati) Boemos in agro Colocienſi ſecure agentes, adoriuntur. Qui quidem vbi Hūgaros cum infeſtis ſignis in ſe ire animaduertunt, noua re haud quaquam perculſi, vtpote veterani, & variis bellorū euētis aſſueti, celeriter arma expediunt, atq; conſcenſis equis in Hungaros impetū faciunt: eoſq; primo congreſſu in fugam coniiciunt: vtpote magna ex parte ruſticos, bellandique imperitos. Itaque hoc facinore edito, nullo ſuorum vulnere, nedum cæde, rati Hungaros, ſparſa dilapſos fuga, nihil eo die minus, quam de inſtaurando prœlio, cogitaturos, nocte præſertim appetente (ſub veſperum enim pugna incepta erat) demptis galeis, incompoſitique ac ſolutis ordinibus, vtpote hoſtem profligatum ſpernentes, caſtra repetebant. Quod vbi Paulus Ciniſius, Dux bellicæ artis peritus, è quodam tumulo conſpexit, ſuorum fugam non admodum effuſam, locorum notitia facile ſiſtit. Nam ſicut ipſe ratus, nomen & auctoritatem ſuam, ad profligandos hoſtes ſatis fore, ſuis in prælium prodeuntibus, intra munitiones cum præſidio delectorum militum ſeſe continuerat: aſſi-

Paulus Ciniſius officia ſuis debita, pecuniis emere eos iubet.

Bohemi per Hungaros fugati.

aſſidenſque in prętorio per nuntios, quæ in rem eſſent imperauerat, ita cedentibus Hungaris fugæ ſocius non fuit. porro Boemi; puto veriti regis ſui maieſtatem, ab oppugnatione caſtrorum abſtinuerant. Conuocatis igitur Ducibus, hortatur certamen redintegrari, obteſtaturque lachrymans, ne inuictum ad illam diem Hungarorum nomen, tantam ignominiam accipere paterentur: imo, totis viribus adniterentur, vt prius victoriæ, quam fugæ fama, Hungariam peruadat. Itaque prouiſis omnibus, quantum incumbentibus tenebris fieri potuit, peditibuſque imperat, qui fere agricultores raptim collecti erant, vt falcibus ad eius belli vſum directis (nam his alioqui ad meſſionem, & cætera ruſtica opera recuruis vtuntur) equos Boemorum iam curſu defatigatos, ipſoſque pariter inſeſſores, nihil tale verentes ſuffoderent. Porro inopia militarium armorum vim magnam eiuſce ferramentorum, vt dictum eſt, agreſtes attulerant. Equites vero iubet bifariam agmine diuiſo, in vtrumque latus, hoſtium equis incurrere quam maxime concitatis: licet eſſent & pauci (quingenti enim fuiſſe dicuntur) & fere leuis armaturæ. Itaque redintegrato prelio, momento fortuna mutatur, nox Hungaros adiuuat, locorum notitia, ſtudium reſarciendæ acceptæ ex recenti fuga ignominiæ, dolor iniuriarum, cauſę æquitatis, quæ quidem mortalibus addit magnopere fiduciam. Igitur Boemi, dum nimium inſolenter & ab re bene geſta ſecuri, hoſtem iniuriis exagitatum contemnunt, audacia Hungarorum inſperata perculſi, illico fugantur. multi in fuga interficiuntur: plures vulnerantur, atque ex equis, & ipſis vulneribus, ac labore confectis collapſi capiuntur. Demum omnes in caſtra compulſi, quum reliquum noctis trepidi egiſſent, prima luce deditionem facere coguntur, mox ſacramento adacti, ne de cætero Hungaris iniurii forent, verecundia regiæ maieſtatis, qua Boemi paulo quoque ante vſi fuerant, ab oppugnandis Hungarorum caſtris ſeſe abſtinendo, vti quo vellent extra Hungariam cum omnibus ſuis rebus tuto abirent, dimiſſi ſunt. Atque ita tandem Boemorum latrocinio modus eſt impoſitus. Quod vbi Vladiſlauus rex audiuit, vehementer ea re permotus, animoque turbatus, magis ob contemptam ab Hungaris maieſtatem ſuam (nullas enim ad eum detulerant querelas) quam clade Boemorum: quippe qua digni videbantur. Attamen tempus illud animaduerſionis haud eſſe exiſtimans, dolorem diſſimulauit: totamque huius rei culpam in

pam in Boemos, prudenti quidem conſilio, ſed parum proſpero euentu, transfert. quandoquidē Hungaris tutius eſt, vel peruicaciter obluctari, q̄ eorum cedere contumaciæ. quoniam natura vt pleriq; Scytharū magis ferocis q̄ fortis animi ſunt. nā qui præſertim dubia erant in regem fide, videntes illum exarmatum, & ob id regiam fere inter Hungaros amiſiſſe authoritatem: nō modo eū veluti ignauum hominem contemnere, ſed etiam noua in illum conſilia inire cæperunt, principis vel lenitate, vel ignauia, inquietis omnibus audaciam incitante. Cęterum, non ſolum Hungari Vladiſlauum, nefario conſilio, ſibi obnoxiū facere conati ſunt, ſed etiā Turcę hoſtes Chriſtiano nomini acerrimi, eodē tempore multa in hunc regem, plane magis dormientem, quā ſtrenui principis munus obeuntem, moliti ſunt. Etenim Halis, inter Turcaicæ gentis ſatrapas, id temporis omnium bellicoſiſſimus, atq; immanitate in Chriſtianos valde notus, perſpiciens regē ab Hungaris in ordinem coactum, regniq; limites nullis copiis tutos omnibuſq; contemptui eſſe (& erat regionum Samandriæ adiacentium præfectus) adiunctis ſibi duobus filiis fortiſſimis viris, cum quinq; & viginti millibus hominum, Iſtrum tranſmiſit, atq; dum Trāſiſtranum agrum vaſtat, ab agreſtibus eius regionis, qui quidem nec ducem habebant, nec militaribus armis inſtructi erant, ita fugatus eſt, atq; equis, & armis ſpoliatus, vt re in religionem verſa, Hungari putauerint ſine vlla humana opera Turcas profligatos fuiſſe. Attamen hoc regis ſucceſſu (nam qualiſcunque ea aduerſus Hungaros victoria extitit, tota in Vladiſlaui fælicitatem transferebatur) à ſtudio nouarum rerum haud quaquam deterriti ſunt principes Hungarorum. Itaque cum alia nouandarum rerum occaſio haud occurreret, conſtituūt omnes proceres Stephani Bathoris imprimis inſtinctu, quem opera Thomæ Antiſtitis à Tranſiluana præfectura amotū eſſe dicunt, in vnum conuenire, atq; ſacerdotibus potiſſimum ob regis in eos ſtudium infenſi, legē ferre, per q̄ omnis promiſcue ordinis ſacerdotes, ab adminiſtratione reip. prohiberentur: nec niſi vocati, & priuatæ rei duntaxat cauſa, ad regiam accedere permitterentur. Quo ſcilicet ſubmotis à regia ſacerdotibus, ſoli profani principes regi moderarentur. Probanda ſane lex foret, ni magis morbo animi, quam iudicio fuiſſet excogitata. propterea quod ſalubrius eſt, ac multo tutius ſacerdotibus ſacra curare, quam negotiis animum aulicis occupare. Ferunt autem Thomam præ-

N ſulem

Halis Turcarum ſatrapa fortiſſimus per Hungaros ſtratus.

Hungari Tranſiluani Scythæ vocati.

ſulem ſagacitatis conſilio, ne dicam fraude, Tranſiluanam Stephano ademiſſe prouinciam: atque in eius locum ſubrogaſſe quendam Bartholomæum Draphium, ordinis Senatorii virum, principem quondam ipſius præſulis, dum ruri puer vna cum parentibus degeret. Hic enim vir veluti pleriquc Hungari ex rure ad ludum litterarium profectus, inde cum in literis aliquantum profeciſſet, forte in Aulam Matthiæ Coruini delatus: breui & ad præſulatum prouectus eſt; nempe reges hoc tempore in ſuo quiſque regno Pontifices deſignare ſolent: & magiſter epiſtolarum conſtitutus, moxque Vladiſlaui fauore, qui Matthiæ in regnum ſucceſſit, ab Alex. VI. Rom. Pont. in collegium Cardinalium ſacerdotum cooptatus: non tamen ruſticum vnquam potuit exuere ingenium: cuius ſane proprium eſt, aſtu & fraude niti. Cuius quidem fraudis exequendæ facultas breui hunc in modum Thomæ oblata eſt. Hungari Tranſiluani quos hac quoque tempeſtate Scythas appellari ſupra demonſtrauimus, omnes in Stephani erant adminiſtratione: qui cum eſſent ab eo aſperius tractati; (erat enim vir non modo iuſto ſeuerior, ſed etiam trucis iræ) detulerant ad regem ſæpius querelas, ſponte ſua an aliorum inſtinctu haud compertum habeo. Quibus libenti animo auditis (iam enim Stephanus regi quoque grauis eſſe cæperat. quippe qui omnia ad arbitrium, atque ex ſua adminiſtrari ſententia volebat) reſpondet rex, bono animo eſſent, ſibi curæ eſſe rem Tranſiluanam: ſtatimque Scythas domum abire iubet: ne ſcilicet eorum in aula obuerſatio Stephano moueret ſuſpicionem, regiæ ab ſe alienatæ voluntatis.

Paucis poſt diebus, Rex ad ſe Thoma Antiſtite accerſito quid facto conſilium: erat enim & ipſe homini infenſus: addendum inquit eſſe Stephano in magiſtratu collegam: imperiumque importuni hominis, ſocietate debilitandum, quo facto illum, quæ eſt eius animi elatio: aut indignitate rei permotum, omnino depoſiturum, vt fecit, magiſtratum, nec collegam paſſurum; aut ſi magiſtratum gereret, & ſecum aliquem dignitate exæquari voluiſſet, auctoritatem ex dimidia parte deperditurum. Hoc conſilio à Rege comprobato, ſpargitur ex compoſito fama, regem vniuerſis regionum, ac locorum præpoſitis collegas additurum, idque quibuſdam in locis extemplo effectum eſt. Ne ſcilicet Stephanus Batthor hæc in ſe potiſſimum a Rege excogitata eſſe ſuſpi-

care-

caretur. Thomas igitur Stephanum regio decreto haud mediocriter commotum adit, blando alloquitur ſermone, ægrum animi ficta conſolatur oratione: demum homini, vtpote amicum ſimulans, perſuadet, vti mallet ſeſe præfectura ad tempus abdicare, quam collegam nouo exemplo in magiſtratu habere, neque enim ait in eius ſubſtitui locum, niſi illi virtute, & conſilio parem Rex patietur, quum ea prouincia rectore belli peritiſſimo viroque magnæ authoritatis indigeat. quo non reperto, cui dubium eſſet, quin breui ſit futurum, vt cum illo Rex precibus agat, vt recipiat præfecturam? Atque ita cum magiſtratu ſibi vltro reſtituto, maiore in honore ætatem apud regem acturum. Stephanus depoſita præfectura vbi tandem reſciuit Thomæ fraudem, vnius, vt ſit culpa, omnibus ſacerdotibus cæpit ſuccenſere, iniuriam ferre ægerrime: atque de lege in ſacerdotes, quo dictum eſt, modo ferenda conſilia volutare. Vladiſlauus cum hæc palam in vulgus ferrentur, conſilio magis, quam vi, vtpote nondum in regno ſtabilitus agendum cenſuit. Itaque, & ipſe ad conſilium vocatus, quo ſcilicet ſenatus conſulta ſimul honeſtiora viderentur, ſimul regis præſentia, quaſi auctoritate eius interpoſita, rata forent: ire quidem per ſe noluit, valetudinem excuſans, licet ea proſpera vteretur; verum eo Thomam præſulem ſuo nomine miſit. Qui cum per ſpeciem oratoris ad conuentum procerum eo maiore animo acceſſiſſet, quia ab eo conſilio Comes Palatinus, qui ſolus poſt regem nobilium conuentum aduocare poteſt, abeſſet (aberat autem ne regem offenderet) dat vehementer operam cognoſcendis aduerſariorum conſiliis, eorumque animis ad ſanitatem flectendis ſibique ipſi potiſſimum reconciliandis. quippe Thomam non modo Stephanus Batthor ob ſupradictam cauſam odio habebat: verum etiam tota fere nobilitas ei inuidebat.

Comes Palatinus qua poteſtate ſit in Hungaria.

Et quia nouitas hominis immenſæ auaritiæ coniuncta, illuſtribus genere viris, inuidiæ ſimul & odio, vt fit, erat: & quia cum eſſet regi ob eximiam in partes fidem acceptiſſimus, rebus omnibus moderari exiſtimabatur. Thomas igitur metu, quam natura blandior vt pleriſq; nouis hominibus mos eſt, ſingulos procerum ambiendo, ac benigne appellando, apparatiſque epulis identidem accipiendo (hac enim comitate Hungari capiuntur) perſuaſit omnibus, ne quid ibi grauius contra regis voluntatem in

Comes Palatinus qua poteſtate ſit in Hungaria.

ſacerdotes decerneretur. Atque affirmans regem in remp. optime animatum, nec vlli rei, quæ illis è publica vtilitate viſa fuerit aduerſaturum, perpulit eos, vt quæ ſeorſum in ſacerdotes maxime deliberare conſtituiſſent, Budæ præſente rege de his conſultarent. Cæterum, rex ſatis intelligens, nihil magis quam ocium, noua humanis mentibus conſilia ſubiicere, paucis interiectis diebus edixit, vti omnes principes profani, pariterque religione ſacri, Budam conuenirent. Atque ne hæc conſilii indictio cuiquam ſuſpecta foret, ſparſit in vulgus, ſe de expeditione in Turcas ſuſcipienda, in conuentu nobilitatis conſulturum. tametſi vt rei quoque exitus oſtendit eo duntaxat prætextu, dilatio, & mora ſanandis Hungarorum mentibus ſit quæſita, propterea quod cum eſſet Rex eo tempore inops ſtipendii, nec cæteris etiam rebus ad bellum ſatis inſtructus, nihil non in opulentiſſimum hoſtem fruſtra conatus eſſet. Quod cum Hungari ita ſe habere haud ignorarent (neque enim latebant eos ſuæ, Turcarumque iuxta vires) priuſquam de bello cum Turcis ineundo in conſilium referretur, magna contentione egerunt, vt ante omnia ſtatus reip. ex ſententia Principum, quos ſeculares vocāt, componeretur. Sed quoniā Stephanus Bathor, nouorum author conſiliorum, huic conuentui opportuna morte, ſubſtractus erat, dolore (vt quidam arbitrantur) ereptæ per fraudem præfecturæ; nihil noui tunc in ſacerdotes decretum eſt. nam cum multos dies in conuentu per ſpeciem veræ expeditionis agitatum eſſet, quonam modo arma in Turcas moueri poſſent, vt ſcilicet nobilitatis animi, à nouo conſilio abducerentur, tandem hæc ſimulata expeditio, omnium conſenſu dilata eſt, quo quid totum regnum recognoſcendo, regiones Rex perluſtraret: vt ſcilicet virium peritior ſuarum cum potentiſſimo hoſte arma conferret. Iam VLADISLAVVS videbatur apud Hungaros aliqua ex parte regiam aſſecutus eſſe maieſtatem. Itaque multæ exteræ nationes, aut renouandæ veteris amicitiæ gratia, aut nouæ inſtituendæ ad eum mittunt oratores. Igitur Rhacuſana ciuitas, vetus & fida Hungarici regni ſocia poſteaquam per pacatum magna ex parte Pannoniæ agrum, per quem ex DALMATIA Budam verſus erat pergendum, iter tutius quam antea eſſe accepit, haud oblita officii ſui, miſit cum donis ad VLADISLAVVM legatos, qui ei de regno Hungariæ ad ſe delato gratularentur

larentur, amicitiamque cum eo inſtaurarent: atque antiquas ſocietatis leges, interpoſita eius authoritate confirmari peterent. Rhacuſani à rege comiter excepti, omnibusque, quæ poſtulauerant, impetratis, mirifice inſuper donati, ad ſuos remiſsi ſunt. Cęterum, Rhacuſanæ ciuitatis admonitus mentione, quę quidem ciuitas Dalmatici nominis hac tempeſtate longe opulentiſsima eſt, aliquantiſper à ſuſcepto excedam negotio: repetamq; eius vrbis primordia, & quemadmodum ea tandem vna cum reliqua Dalmatia, in Hungarorum regum conceſſerit ditionem, aperiam. Nec equidem aut fabulas ab aliis confictas ſequar: aut ipſe nouas componam, per ſtudium huius vrbis, clariore origine nobilitandæ, quum nulla prorſus ciuitati à re militari abhorrenti, ſolique mercaturæ dari poſsit nobilitas; verum omnia, vel ex vero hauſta, vel quam ſimillima veri, in medium proferam: ſequens imprimis Docleatem authorem, qui incolumi adhuc Dioclea nobili Dalmatiæ vrbe, Slouinorum res excidiumque Epidauri, & originem Rhacuſanę vrbis commemorauit. quę quidem ſcripta licet eſſent vetuſtiſsima ſpecie, quum ad manus meas peruenere: non tamen adeo multorum annorum tabe corrupta erant, vt legi non poſſent. ſed neque hanc digreſsionem nimis alienam exiſtimari velim, quum res Rhacuſanæ cum Hungaris vtpote veteribus ſociis haud abſurde poſsint coniungi. Memorię proditum eſt, Saracenos Arabicam gentem quondam ex Sicilia, quam armis magna ex parte iam occuparant, ingenti claſſe ad littora Dalmatiæ, prædandi ſtudio delatos, vrbemq; Epidaurum, Slouinorum armis iam fractam, vi cepiſſe, ferroq; atq; igni funditus euertiſſe, ciuibus ſubito atq; improuiſo malo perculſis, dum Slouinum terra oppugnantem, Saracenos mari vrbem aggredientes ſuſtinere nequeunt. Poſt Epidauri excidium Saraceno multis cladibus reliquæ quoq; Dalmatiæ illatis, Adriaticum relinquente ſinum, Epidaurii ciues, qui forte aut mercaturis, vt fit, rem quęrendo à domo tunc abfuerant, aut fuga inter tumultum elapſi hoſtiles vitauerant manus, ad inſtaurandam patriam ſeſe conuertunt. Verum à Slouinis regionum accolis, Tranſiſtrana gente, non ſolum id facere prohibiti, ſed etiam in ſeruitutem pene redacti ſunt, dum Barbari, & per ſe Epidauriis infeſti, tantę cladis reliquias, veluti naufragia quędam à fortuna obiecta, ſibi vendicare nituntur: tandem cum ſacerdotis cuiuſdam Epidaurii (cuius nomen non proditur) preci-

Origo ciuitatis Rhacuſanæ.

Origo ciuitatis Rhacuſanæ.

bus, qui & ipſe patrio forte ſuperfuerat excidio (cœperant enim iam Slouini quoque (licet nondum ſacris noſtris initiati) Chriſtianam admirari religionem ob illius ſeculi ſanctitatem, nempe illis temporibus Chriſtiani ſacerdotes, cultui diuino ſummopere dediti erant: vitaque eorum & mores conſummati) omnes gentes ad religionem ſuſcipiendam maxime alliciebant: tum per pactionem pendendi annui tributi à ſeruitute liberati Burnum oppidum Epidaurii agri à Slouinis aliquot ante annis deletum, ipſorũ Slouinorum permiſſu incolere cœperunt. Dumq; conſuetę libertatis amore tenentur, quoad per accolas Barbaros licebat, reficiendæ vrbi dant operam: formamq; ac ſpeciem reip. Epidauriæ, pro præſenti reſtituunt fortuna; haud ſane obliti afflictis in rebus Romani ingenii; Quandoquidem Epidaurus teſte Plinio, atq; eo authore, qui libros aliquot C. Cęſaris commentariis contexuit, Romana fuit Colonia. Aliquot deinde poſt annis Polimirus cognomento Belus, materno genere Romanus, paterno vero Rhatiſlaui Boſſinatium quondam Regis pronepos, qui à filio Gothiſlauo regno pulſus Romam ſeſe exulatũ contulerat, in Illyricum ſtudio auiti regni recuperandi, eſt profect⁹. Iam enim Gothiſlaui ſucceſſorib. merito ob eius in parentes impietatem, extinctis, Duces ſingulis præpoſiti prouincijs Illyricum regio fere obtinebant imperio: nec tamen his imperandi cupido, quę humanas mentes plerumq; in omne ſcelus præcipites agit, obſtabat, quin litteris ac legationibus Polimirum hortarentur, vti regnum, ad ſeſe iure gentium ſpectans, reciperet; rati nec è republica eſſe regnum à pluribus adminiſtrari: nec fas eſſe quemquam in regem aſſumi, niſi regio ſanguine ortum. Igitur Polimirus poſteaquam in Dalmatiam nauibus appulit, in portu, qui xiij. circiter ſtadiis ab vrbe Rhacuſa abeſt (incolæ Granoſium à regionis, quæ portui adiacet, aſperitate, nuncupant) ſe ſuosque exponit: quos inter Romanici quidam ſeu Romæ nati ex Illyrico tantum oriundi fuere apud ſuos ſatis honeſti, quorum quidem maiores vna cum Rhatiſlauo patria extorres Romam ſeſe receperant, atque ſtudio antiquæ patriæ repetendæ, vna cum liberis ac coniugibus Belum in Illyricum proficiſcentem ſunt ſecuti: eo loci à Ioanne Tribulienſium pontifice regnique principibus, qui officii gratia obuiam nouo regi frequentes progreſſi erant; lætis animis ſummoque honore, eſt exceptus, atque in oppidum Tribulium, quod ſane ea tempeſtate,

pro

pro captu Illyrico ſatis erat opulentum, quo, ibi inſignibus imperii de more acceptis, regnum iniret. Hinc enim Boſſinatium reges, qui eam Dalmatiæ partem obtinebant, imperium auſpicabantur, & fortunæ ſuæ inſignia tunc accipiebant. Porro Boſſinates Thracum Boſſorum ſoboles, olim Thracia à Bulgaris pulſi, eas regiones Illyrici inſederunt, quæ Sauo, Valdano, Drino amnibus & mari Adriatico, qua Dalmatię pertenditur, continentur. Slouini enim à Bulgaris Thraciam ac Macedoniam inuadentibus vltra Sauum ſeſe receperant. Nam Dalmatę Bulgarorum viribus ac nomine adiuti, Slouinorum iugum excuſſerant, libertate armis repetita. quamquam ſunt qui credant, Boſſinates & Slouinos eandem eſſe gentem: in quam quidem opinionem vix adducor. quandoquidem lingua inter ſe haud parum differunt. Adeptus auitum regnum Polimirus conuocat ad ſe, quos ſecum Roma in Dalmatiam veniſſe, demonſtrauimus: ſciſcitatur in mediterraneisne locis, an maritimis malint ſedes habere? vbi intellexit eos maxime, qui tenuiores genere ac fortunis erant, præoptare maritima loca, vtpote emporio magis idonea, ſeque malle mercatura, ac nauigatione, quam cultura ſterilis ac aſperi circa ſoli victum quærere, illis eo libentius eſt aſſenſus, quia ingens eius animum cupido inceſſerat, nouæ vrbis in eo loco condendæ, quo primum Dalmatiam petens nauibus erat delatus. Verum natura munitior locus viſus, licet vrbis amplificandæ haud ſatis eſſet commodus, vbi nunc Rhacuſa ſita eſt, quoniam prętérquam quod editus eſſet, atq; magna ex parte pręruptus à circumfuſo inſuper mari pene vndique ea tempeſtate in peninſulæ modum alluebatur. Campum enim illum qui nunc publicis frequens tabernis, rerum vænalium forum eſt, poſt conditam vrbem deducto inde humore conſtratum eſſe conſtat. Rex igitur priuſquam vrbis iaceret fundamenta, arcem in præaltis rupibus, mari ſubiecto imminentibus, vbi nunc diuæ virginis ædes eſt, ac monaſterium, quod ſacræ virgines incolunt, ædificauit munimentum, & aduerſus hoſtes futurum, & vrbanis facilius in officio continendis. locũ Rhacuſani *Diuã Mariam Caſtellanam* vocant. Quanq̃ ſunt, qui exiſtiment, hanc arcem non à Belo à fundamentis inchoatam: ſed potius ab illo, addita etiam Conſtantinopolitani Imperatoris ope, ad cuius imperium etiam id temporis Dalmatia ſpectabat, inſtauratam: aſſerentes vna cum Epidauro ab iiſdem hoſtibus dirutam fuiſſe.

Origo ciuitatis Rhacuſanæ.

Addunt

Origo ciuitatis Rhacuſana. Addunt etiam arcem ipſam, lingua Epidauria Lauuſam, eo quod in præruptis ſaxis poſita eſſet, vocitatam, in quod quidem nomen totam mox vrbem abiiſſe tradunt, Lauuſa in Rhacuſam mutata. Ductis deinde duobus muri vtrimque brachiis, regionem Poſternam nunc appellatam, & quicquid inde recta ad occidentem ſolem editioris loci erat, protenſis munitionibus ad rupes Zephyro obiectas mœnibus circumdant, planicie omni extra munitiones relicta: quam partim ſylua, partim paluſtre ſolum id temporis obtinebant. nam quicquid vrbi inde adiectum eſt, id totum poſtea ciues aucti fortuna extruxere. In medio fere oppidi, regionem hanc nunc incolæ Puſternam vocant. Polimirus Diui Stephani protomartyris erigit templum, reliquiasque Nerei Achillęi & Pangratii martyrum, Petronellæq; & Domicillę virginum, argento incluſas, ſecumque Roma aſportatas ibi condit: attributa templi cura quibuſdam clientibus ſuis, è familia à cruce denominata, quæ iam maiorum ignauia pene extincta eſt. Nomen vrbis quidam à Rhacuſa Sicilię oppido, eius inſulę putantes coloniam, deducunt. nonnulli à quodam Rhadacaſo Gottorum rege; à quo Polimirus ipſe vetuſtam ducebat originem. Alii (vt paulo ante dictum eſt) ab Epidauriis inditum arbitrantur: qui quidem eam à rupibus, in quibus oppidum conſtructum eſt, ſua lingua Lauuſam appellarunt, paulatimque pro Lauuſa Rhacuſam eſſe nominatam, vulgo per linguæ corruptelam literas immutante. Satis enim conſtat, Epidaurios, qui tunc patriæ ſuperſtites erant, ſuaſu maxime Pontificis eorum, cuius nomen vetuſtate excidit, è Burno (quod quidem oppidum, vt demonſtrauimus, inſtaurare cœperant) in nouam vrbem commigraſſe: in ciuitatemque receptos, atq; quoſdam ex his in patritios adſcitos: quorum quidem ſoboles pleraſq; hac quoq; ætate Rhacuſæ ſupereſſe, certum eſt. nam Polimirus conſtituto in vrbe ab ſe condita ſenatu, quem ipſe partim è ſuis comitibus crearat: partim ex Epidauriis ciuibus elegerat, hisque duntaxat vrbis adminiſtrationem conceſſerat, eundem ibi honorem Epidaurios habere permiſit, quem olim in antiqua habuerant patria: &, ne quid nouæ ciuitati deeſſet, Pontificem Epidaurium, quem Docleatis authoris annales Ioannem nominant, amiſſa priori ſede, Burni agentem, Præſulem Rhacuſanum, Romano Pontifice annuente deſignat: atq; à ditione Salonitani Antiſtitis eximi curat: licet eodem fere tempore, Salonæ quoq; ab

Veris

Veris euerſæ ſint. Iam noua vrbs opibus, ac ciuium multitudine, ſoli inopia induſtriam acuente, aliquantiſper coaluerat, cum iterum Rhacuſanorum animis Epidaurii excidii metus obuerſari cœpit. nam Saraceni, Calabris ac Apulis ſuperatis, Garganum montem nullo obſiſtente occuparant. Diſtat autem illa regio Italiæ ab Illyrico littore è regione poſito duorum ferme dierum nauigatione mediocri vento nauim impellente. Itaq; Rhacuſani communicato cum Iadeſtinis conſilio, quorum ciuitas ſicut regionis fœlicitate, ita & id temporis opibus, & magni ſpiritus ciuibus eminebat: cæterisq; maritimæ Dalmatiæ ciuitatibus in ſocietatem deductis, ad accolas Slouinos mittunt oratores, qui & docerent imminens Dalmatiæ periculum, propter breuem è Gargano in Dalmatiam traiectum: & hortarentur eos ad bellum hoſtibus Chriſtiani nominis inferendũ. Ea enim gens Adriani tertii Rom. Pont. tempore, Seuropylo Dalmatiæ regnum, permiſſu Conſtantinopolitani Imp. adminiſtrante, Chriſtianam ſuſceperat religionem. Slauini ſimul religionis amore, ſimul Dalmatiæ periculo moti, vi magna nauium coacta, atq; impoſito in naues exercitu in Apuliam traiiciunt, pulſisque è monte Gargano Saracenis, Rhacuſinos non ſolum ab hoſte tutos reddidere, verum etiam his quasdam inſulas, quę nunc quoque in eorum ditione ſunt, partim pretio, partim dono dederunt, qua ex re Rhacuſanę fortunæ non parum adiectum eſt. Cæterum, ciuitas Rhacuſana, veluti humanum corpus cum ſolito ſpecioſius, coloratiusque factum eſt, in grauiorem plerumque incidit morbum, inteſtina tyrannide fortunis aucta premi cœpit. Mortuo iam orbo liberis Seuropylo, & Dalmatia teſtamento ipſius Seuropyli Hungarico regno non tam adiuncta, vt quidam tradidere, quam fidei & tutelæ commendata. Ea enim prouincia licet per ſe tunc reges haberet, non tamen ab imperio Conſtantinopolitano alienata erat. Mos erat apud Rhacuſanos vrbis prætores ſemeſtri imperio creare. forte obtigerat prætura Demeiano cognomento Iudæ (nemo ſupereſt ex hac familia) Is cum authoritate & opibus cæteris ciuibus præſtaret, haudquaquam ſemeſtri contentus magiſtratu, inſita animo immodica dominandi cupidine, continuare ſtatuit imperium. Itaq; turba ſatellitum munitus, maximo ſenatum, nobilitatemque oppreſſerat terrore, vtpote, qui in metu ciuium ſpē ſuā imprimis reponeret. Iam duos annos Demeiani tyrannis expleuerat, grauiſque ea non cęteris magis,

Demeianus Iudas Rhacuſanæ ciuitatis tyrannus.

O quam

Demianus Iudæus Rhacuſanæ ciuitatis tyrannus.

quam his qui affinitate, atq; cognatione tyrannum contingebant, eſſe cœperat, Libertatis amore, neceſſitudinis iura ſuperante. Itaq; Pyrus Beneſſa, tyranni ipſius gener, aduocatis clam domum ſuam è Rhacuſano ſenatu potioribus, & qui Demeiani tyrannidem moleſtius ferebant, accuſat ſocerum iniuſtitiæ, quod ſcilicet vi patriæ illata, ciues ſuos oppreſſiſſet: & cum quibus ęquo iure viuere debebat, his dominaretur, profiteturque Principem ſe fore libertatis recuperandę. Vbi Beneſſam ſoceri tyrannidem auerſantem animaduertunt, qui huic concioni interfuerant, fides dictis eius habita eſt, omnes ad repetendam libertatem excitantur. Sed quia animis mercatura, cui ſoli ſtudebant, effœminatis nihil fortitudinis inerat, non auſi per ſe tyrannum aggredi, maluerunt externa ope aduerſus illum vti, quam propriis armis in libertatem ſeſe vindicare. Itaque veluti indigni, qui ſuis legibus viuerent, id conſilii ceperunt, quo quidem neque ipſi ſeruitutem effugerunt: & patriam alienæ ditioni ſubiicientes, ſibi pariter, & poſteris ſuis perpetuam inuſſerunt notã. Erat inclita eo tempore Veneti populi non tam imperii, quod paruum admodum tunc erat, quam iuſtitiæ cæterarumq; ciuiliũ artium fama. Huc accedebat publicum ſimul & priuatum hoſpitium cum Veneto Senatu Rhacuſanis. Priuatum mercaturæ ſocietate, è qua haud parum emolumenti ad vtroſque perueniebat. Id enim temporis omnia fere promercalia in mediterraneum Illyricum à Rhacuſanis mercatoribus ad Slouinos regulos importanda Venetiis in diem accepta petebantur: Publicum, quia inde leges, quibus nũc quoque in litibus dirimendis Rhacuſani vtuntur, deſcriptas attulerant: quanquam Rhacuſani temporibus ita poſcentibus ad Venetas leges multas ipſi à ſe latas addiderant. Itaque nihil veriti Venetorum fraudem, mandant Beneſſę, vt prætextu negotiationis proficiſcatur Venetias, auxilium à Veneto Senatu aduerſus tyrannum petiturus. Qui quidem amicorum opera in Senatum introductus (erat enim illi cum plerisque Senatorii ordinis Venetis, mercaturę commercio, vſus familiaris) oſtendit ſe publice à Rhacuſanis miſſum, opem imploratum, ad tyrannum è patria pellendum: ſocietatemque cum Venetis iungendam. Veneti, ne à mercatorum moribus deſciſcerent, quorum proprium eſt, nulla honeſti ratione habita, omnia vtilitate metiri, vt gratuitam operam præſtarent, haudquaquam in animum inducere, ſed officium ſuum aliena ſeruitute

mutare

tate omnino conſtituerant. Rhacuſani vero vel domeſticæ tyrannidis odio, vel quia inuidebant, vt fit, vni ex ciuibus principatum, vel quia litterarum ignorantia parum idoneos ſeſe ad ciuitatis regimē exiſtimarent: vel quia arbitrarentur in diſſidio rempublicam ſuam Venetorum poteſtati committendo, neque de ſua ipſorum libertate quicquam demptum iri; neque Imperatori Conſtantinopolitano iniuriam inferri: ſed potius Venetorum tutela remp. ſibi & imperio Conſtantinopolitano conſeruaturos, iugum fere Venetorum non modo imprudenter, ſed etiam non ſine defectionis nota accepere. Nihil enim conſulto Imperatore Conſtantinopolitano, ad quem tunc Dalmatia vna cum ipſa Veneta ciuitate ſpectabat, eo q; illud imperium ita iam attritum eſſet, vt ne ſeſe quidem poſſet ab hoſtibus defendere, nedum ſociis opem ferre, pacti ſunt cum Venetis, vt exturbato eorum ope tyranno, prætorem ſingulis annis Venetiis peterent. Atq; ita externę poteſtati, fideiq; inexpertæ ſeſe cōmittunt, vt magis alium dominum quæſiſſe, quam tyrannidem effugiſſe, & ipſi paulo poſt ſatis perſpicerent, dum pro continuo ciuis ſui imperio, quotannis alium, atq; alium dominum, & hunc externum ſortirentur. Et quia vi aperta pelli vrbe tyrannus non poterat, id n. temporis Veneti nullas fere, vt dictum eſt, vires habebant, rem aſtu, hunc in modum aggrediuntur. Per ſpeciem legationis ad Imperatorem Conſtantinopolitanum mittendæ creantur duo oratores, quibus ſingulis, ſingulæ triremes armis & viris inſtructæ attribuuntur: iuſſiq; ſunt nauium præfecti Rhacuſano parere. Nam & Beneſſa vna cum Venetis, atq; iiſdem etiam nauibus in patriam eſt reuerſus. Vbi Rhacuſam ventum eſt, adit Tyrannum gener, fingit naues Venetas legatos ad Imperatorem Conſtantinopolitanum vehere: diuertiſſeq; Rhacuſam amicitię ſecum iungendę cauſa. Orat Venetos domum hoſpitaliter inuitet. eſſe inter ſuos primarios viros, amicitiam eorum honori, ſimul & vtilitati futuram. Tyrannus nihil minus, quam generi fraudem timens, libenti animo eius paruit voluntati. Venetos in æde ſua benigne inuitatos, apparatis excipit epulis. Poſt epulas monet ſocerum gener, Venetos vti è conuiuio reuertentes ad naues vſq; officii gratia proſequatur. Quādoquidē Veneti Oratores locū ſenat⁹ ſui, legationis munere obtinerēt. Poſteaq̄ ad naues acceſſere, Veneti, vt à Rhacuſano edocti erāt, rogant Tyrānum, velit nauim Venetam aſcendere, muneraq; à Senatu Veneto ad

Demiſſum inſtat Rhacuſana ciuitas in tyrannum.

Bodinus quidam regnat in Illyrico apud Boſſinates.

Imperatorem Conſtantinopolitanum miſſa inſpicere: ſimulq; animi laxandi cauſa naui paulum vehi. Tyrannus genero præſertim idem ſuadente, Venetorum verbis dolum haud ſubeſſe ratus, nauim Venetam conſcendit. ibi ei vincula extemplo indita: nauesque ſublatis anchoris altum petiere. Tyrannus animaduertens, ſe non modo dominatione; ſed & libertate priuatum, accuſata Venetorum fraude, ac generi parricidio, puppi caput illiſit. Itaque interiit amiſſi imperii magis, quam Chriſtiani officii memor. Sublato Tyranno, bonisque eius in publicum redactis, Rhacuſani prætorem à Venetis ex pacto miſſum in vrbem recepere, qui quidem princeps duntaxat in ſenatu Rhacuſano eſſet: cęterum nullum ius in ciuem Rhacuſanum haberet: ſuęq; leges ſui magiſtratus, Rhacuſanis eſſent. Igitur ciuitas ad inſitam animis humilitatem, ſordidis Venetorum artibus adiectis (nempe principum ſuorum mores populi imitantur) cœpit eſſe non paruo apud finitimos contemptui. Hunc contemptum Veneti ne Rhacuſanorum opes augerentur, conſulto fouere, his ſuadendo, vt potius emundis atque vendundis mercibus incumberent: quam vlli negotio libero homine digno intenti eſſent. Itaque accolis feris gentibus, iniuriam per latrocinia inferentibus, nequaquam repugnare, ſed pretio eorum beneuolentiam conciliare: atque pecunia nauigatione quęſita finitimorum gratiam redimere. Et quia nulli rei, quæ accolarum inuidiam vreret, magnopere ſtudebant, ipſa humilitas animi probitatis, atque innocentiæ apud finitimos obtinebat locum. Per idem fere tempus regnabat in Illyrico apud Boſſinates BODINVS à Polimiro genus ducens. is ſuaſu vxoris, Braniſlauum fratrem patruelem ſuum, qui & ipſe ad Drinum amnem, exiguam Illyrici partem imperio obtinebat, ad ſe ſpeciem ſolennis Feſti celebrandi vocatum, affectati regni inſimulat, atque in cuſtodiam conicit, quo & ipſe ſecurior regnaret, & poſteris ſtabilius relinqueret imperium. Quod vbi Braniſlaui liberi, quique cum arctiore contingebant cognatione, acceperunt, idem ſibi quoque periculum impendere rati, confeſtim Rhacuſam cum ſuis omnibus, veluti in liberam ciuitatem ſe conferunt. Quos Bodinus cum per litteras atq; legatos nequicquam repetiſſet (reſponderant enim RHACVSANI ſe fidei ſuę commiſſos nunquam prodituros) comparato exercitu Rhacuſam hoſtili animo acceſſit: in

radi-

radicibus Vergati (ita montem vocant Rhacuſæ imminentem) è regione vrbis cõſedit, vbi id temporis vicus erat, quẽ Slauini à ꝓximo luco, quo tunc mons erat veſtitus, eorũ lingua Dubrauiam nominabant. Atque dum fratris patruelis liberos, cæteroſque propinquos in ſuam redigere cupit poteſtatem, Rhacuſanos bello per ſeptennium vexauit. nonnunquam tamen in ea oppugnatione, & ipſe ab obſeſſis crebrò ex vrbe erumpentibus magno affectus eſt incommodo. propterea quod promptiſſimum quemque militum, in quibus vxoris quoque fratrem virum fortiſſimum Choſarem nomine, quem ob virtutem magni faciebat, amiſit, dum is cum Capare, eorum qui obſeſſi erant duce Braniſlauico gnato congreditur. quippe Braniſlaui liberi, in Rhacuſana iuuentute, vtpote imbelli, parum ſpei reponentes haud contemnendam externorum militum manum, ſui defendendi cauſa, ære proprio conduxerant. Bodinus hãc Rhacuſanorum conſtantiam, virtutemque Braniſlaui liberorum, ac cognatorum admiratus, ſimul inutilis pertæſus belli, tandem necatò Branislauo, ex agro Rhacuſano exceſſit. Corpus interfecti ſepulturæ permiſſum, atque Rhacuſanorum opera, & expenſis in Lacromæ inſulæ cœnobio, quæ circiter quatuor ſtadia ab vrbe abeſt, & ita cordi filiis fuit, magnificè pro cultu ciuitatis ſepultum, exſtructo ei marmoreo, quod adhuc extat, monumento. Ex hac belli vexatione Rhacuſanis animus ſimul & induſtria adiecta. Itaque Slauinis Dubrauiæ incolis inde vi pulſis, vicum & quicquid campi mœnibus circumſeptum, cum vrbe coniungunt. Atque ita magnitudo vrbis breui duplicatur, tectis toto eo ſpatio ædificatis. Et quoniam haud paruo certamine Dubrauiam de Slouinis ceperant Rhacuſani, templum Diuo Nicolao Pontifici monumentum victoriæ, in capite vici; qui nunc fabrorum argentariorum, ac vaſculariorum frequens eſt officinis, erexerunt: decretumque vti feſto die, quo Chriſtus ab inferis excitatus, vitæ eſt reſtitutus, Senatus cum ſacerdotibus, eo quotannis iret ſupplicatum, quod eodem die vico ſunt potiti, opera imprimis quorundam mercatorum, ac nauticorum Docleatium, qui è lacu Ligniſtri, ad quem Doclea ſita erat, per Drilonem amnem (is ad Olchinium in mare euoluitur, incolæ Boranam vocant) fruges venales mercede conuehère ſoliti erant: eoq; commercio cum Rhacuſano populo, hoſpitalitatem inierant. Hunc autem in modum Docleates Rhacuſanis operam tunc nauarunt. Importauerant

Bodinus quidam regnat in Illyrico apud Boſinates.

Bodinus quidam regnat in Illyrico apud Boſſinates.

rant Docleates naui Rhacuſam inter alias fruges aliquot vini amphoras, appetente feſto die, quem Chriſtiani ſacroſanctam reſurrectionem appellant. quo ſane ſolenni luſtrari ſolent religioſi viri: & quicquid piaculo dignum per totum annum admiſerint, ritu Chriſtiano expiare. Hoc eodem die Slouini, cæterorum more Barbarorum, non tam ſacris precationibus, quam epulis ac largiore vino vti ſolebant. Docleates animaduertentes, Rhacuſanos ita a Slouinis obſidione preſſos, vt neque appellentibus nauibus in portũ Rhacuſanum tutus aditus eſſet, neque inde ſoluentibus profectio libera pateret (Nam Bodinus vico aggere valloq; munito, materiem qua tunc abundabat Vergato monte ad manum ſuppeditante, locum fere inſtar vrbis reliquerat, Boſſinatibus eum cuſtodire iuſſis, diuturnaq; obſidio, ac bellum ſuſtinendum eſſe videbatur) itaque adeunt prætorem Rhacuſanum, oſtendunt ſe inueniſſe viam, Rhacuſanæ obſidionis ſoluendæ. Communicato conſilio, modoq; agendæ rei compoſito collaudantur Docleates, prę̨miorumque ſpe, pro fortuna, quæ tunc erat ciuitatis, onerati, promiſſi fidẽ prę̨ſtare maturãt, tempori inſidiandum rati. Tuto igitur aditu impetrato vinũ Slouinis leui precio de induſtria addicunt, quos vbi cibo vinoq; grauatos, nullamque pro caſtris ſtationem hoſti obiectam Docleates conſpiciunt (nempe eo die & Rhacuſanos epulis vinoq; indulgere credebant) ſignum q̃ conuenerat, Rhacuſanis edunt, qui impetu, in caſtra Slouinorũ facto, ea mom̃eto capiunt, inermes vinoq; graues, partim trucidant, partim vinctos in vrbẽ ſuã pertrahunt: atq; ita obſidionis, belliq; Slouinici finis impoſitus. Docleates vero, hoc merito in ciuitatẽ recepti, atq; in patricios aſſciti. Tradũt autẽ hos Malaſcouios & Gredeos fuiſſe, quorum alteri iam pene extincti ſunt, alteri diuitiis & auctoritate inter ſuos adhuc florent. Amplificata mœnibus ac tectis vrbe, ciuiũ quoq; numerus in dies magis, magiſq; augebatur. Nã multi ex proximis regionibus Illyrico, Macedonia, Epyro, Græcia, Italia eo habitatum cõuenêre, ciuitatis magis inſtitutis ac moribus, quam ſoli fælicitate vlla capti. Eorum quidam in patritios electi, opibus ac familię amplitudine clari ad hanc durant diem. Cęterum, cum ciuitas ſoli aſperitate frumento anguſte vteretur, nauigationi multo enixius quam antea inopia cogẽte, incumbere cœpit, frugeſq; nauibus conuehere, nec non alias merces, aliis, vt fieri ſolet, permutare. Ex qua profecto re, & ingentes breui compararunt opes, &

Illy-

Illyricis regulis mercibus aduectis, magno ſimul vſui, ſimul voluptati eſſe. ſane priſci Rhacuſani, finitimos reges omnibus officiis adeo proſecuti ſunt, vt vir religione inſignis, Stephanus Nemagna, Boſſinatibus in Illyrico id temporis imperans, Rhacuſanorum in ſe officiis, quibus eius gratiam promeruerant, permotus, non mediocrem his Stæi agri partẽ dono dederit, cum tota Cherſoneſo, à Rhataneo Caſtello denominata. Diſtat autem Rhátana Cherſoneſus ab vrbe Rhacuſa, qua illa cõtinenti adnectitur, triginta fere millib. paſſuum; qua quidem in fauoniũ excurrens, quinquaginta circiter millia paſſuum protenditur. latere Septemtrioni obiecto, Nareſium efficit ſinum, cuius os Phariã excipit Inſulam, ſeu, vt nũc dicitur, Leſinã. qua Auſtrum ſpectat, & Melite & Corcyra nigra adiacent. Quin etiã eadem fere tempeſtate Lodouicũ Hungarorum regẽ Caroli filiũ, eum qui cum Venetis bellum geſſit, amicitiã cum Rhacuſanis inſtauraſſe cõperio. Etenim cum Lodouicus rex, ex quibuſdã maritimę Dalmatiæ vrbibus Venetos expuliſſet, quingentos duntaxat aureos, annui cẽſus nomine, Rhacuſanos pẽdere iuſſos, cętera liberos & ſuis legib⁹ in perpetua tũ Hungarorũ ſocietate, in qua ad hanc diẽ integerrima fide permanſerunt, ætatẽ agere permiſit. Porro Hungari attrito Cõſtãtinopolitano imperio, à Seuropyli Dalmatarũ regis vſq; tempore, affinitatis iure Dalmatiã imperio ſuo adiunxerãt, ipſius Seurópyli filia, quũ is virili ſtirpe careret, regi ſuo in matrimoniũ accepta. Sunt enim auctores, qui tradunt, Seuropylũ non omnino orbũ liberis deceſſiſſe; ſed filiã ſibi ſuperſtitẽ reliquiſſe. quanq̃ multis ante annis primi Vni, mox Verĩ, Magete duce, Dalmatiã de Romanis deletis Salonis, ceperunt, ſuoq; regno adiecerunt. Occupauerant autem Veneti quaſdam in littore Dalmatico vrbes, quum quorundam regum ignauia, tum inteſtina Dalmatarum ſeditione. Porro ferunt hanc Lodouici Regis ſocietatem Rhacuſanis magno extitiſſe ſplendori, atque emolumento, quum apud Dalmatas cæteros, tum maxime apud Boſſinates reges, apud quos ſanè, pulſis è littore Dalmatico Venetis, ſummã cęperunt obtinere authoritatem, magnuſq; his honos fideſq;, pręcipue ob integritatis famã eſt habita. Cęterũ, ciuitas, Venetorũ imperio liberata parũ abfuit, quin haud multo poſt quorundam adoleſcentiũ leuitate animi, & egeſtate, vt fit, vænalium proditione diriperetur. quos quidẽ nominatim tradere familiæ dignitas, in qua nati ſunt, prohibet. Tulit enim ea domus viros plures ſingu-

Stephanus Nemagna, Boſſinatib. in Illyrico imperat.

Stephanus Nemaqua. Boſſinatibus in Illyrico imperat.

ſingulari facundia præditos, patriæ ſtudioſos, multiſque ciuilibus claros. Hi igitur iuuenes, à quodam Regulo Boſſinate, vrbi Rhacuſæ vicino, pecunia corrupti, ac promiſſis ingentibus inducti, adſcitis ſibi quibuſdam etiam è plebe hominibus, conſtituerant clam noctè in vrbem Boſſinatem armatum accipere. Boſſinas cui ad inuadendam vrbem feſtinanti omnis cunctatio ob prædæ cupiditatem longa eſſe videbatur, ratus, incępta à coniuratis, ſiuè pœnitentia facinoris omitti, ſiue ſocordia animi differri, dat literas ad coniuratos cuidam agreſti, quibus adhortatur ipſos coniuratos, vti promiſſa maurè præſtare curarent: ſe cum exercitu ad vrbem conſtituto die præſto affuturum. Literæ dum parum cautè ab agreſte conſciis redduntur, interceptæ, proditionem manifeſtam fecerunt. Itaque coniurati deprehenſi; quæſtioneque habita conuicti, meritas patrię pœnas dedere, omnibus qui ſanguine eos contingebant, non modo huiuſce pœna lætis, ſed etiam ſupplicii pene exactoribus. ferunt enim quendam, cuius fratris filius coniurationis damnatus erat, purpurea veſte indutum in foro inambulaſſe, dum de coniuratis pœna caperetur. Iiſdem fere tẽporibus ager Epidaurius addita Vitalia, & tota regione quæ ab aquæ ductu lingua Epidauria Canalis appellatur, poſt ſexingentos circiter annos ab excidio Epidauri, precio quibuſdam accolis regulis Boſſinatibus ſoluto recuperatus eſt, viritimque inter ciues magna veterum poſſeſſorum inuidia atque contentione diuiſus. Quod autem Canalenſis ager territorii Epidaurii fuerit, argumento eſt opus mirabili ſtructura effectum, quo à vigeſimo prope miliario, aqua in vrbem perducta eſt, partim ſubterraneo riuo, partim ſubſtructione, partim opere arquato. Cuius quidem operis à Slouinis proculdubio euerſi, adhuc extant veſtigia, atq; quibuſdam in locis inſcriptiones latinis literis nomina curatorum indicantes. Per idem quoque tempus Sigiſmundus Auguſtus Hungarorum ac Boemorum rex, Phariam, quam quidem Leſinam, vt dictum eſt, vocant, Braciam & Corcyram nigram, Inſulas habitatoribus ſatis frequentes, ſingulari benignitate in Rhacuſanos vſus, ditioni Rhacuſanæ adiunxit. Iam cæperant Rhacuſani prætores mittere, qui Inſulanis ius dicerent, quos cum viderent, Pharenſes præſertim, regendis populis minime idoneos, vtpote iuris dicundi literarum inſcitia imperitos (Rhacuſani enim ſoli pene mercaturæ per ea tempora dediti erant, pauci admodum literis, quæ nunc quoque

quę perraræ ſunt Rhacuſæ) dabant operam. Ad hoc quum audirent, Canalenſem agrum iniquè, & per ſummam iniuriam, veteribus poſſeſſoribus ereptum, adeo conſternati ſunt, vt, ni ſaniori auxilio vis prohibita eſſet, prætores vrbium violati fuiſſent. Itaque confeſtim conſilium ceperunt, ſeſe in regiam poteſtatem reſtituendi, adiutore imprimis Iaxia quodam ex Narcſiis principibus. Erat Iaxias, & per ſe Rhacuſinis infenſus, vt eſt inter pleroſque vicinos ex æmulatione odium. Itaque profectus in Hungariam adit Barbaram Sigiſmundi vxorem, cui ſe cordi eſſe haud quaquam ignorabat. Erat enim & ipſe ex Aulicis Auguſti, florentiq; ætate, ac forma corporis eximia, & regina fæminarum vitã, vergens etiam annis, nõ exuerat. Itaq; compoſitis criminibus in Rhacuſanos, perſuadet reginæ vt cum Imperatore agat, vt Inſulæ Rhacuſanis nuper attributæ, liberæ ſub Cęſaris imperio de cętero eſſent, ne Rhacuſanorum ſimul regendi inſcitia, ſimul tyrannide perditum eant. Sigiſmundus vxoris oratione inductus, dat Iaxiæ Nariſii literas ad Rhacuſanos, quibus iubebat eos Inſulis excedere, atque à poteſtate Rhacuſanorum omnino exemptas Iaxiæ tradi, Rhacuſanis oratoribus apud Cæſarem nequicquam nitentibus, ne inſulæ fidelibus ſociis, falſis Iaxiæ criminibus adimerentur. Sed crimen valuit eo maxime quod Rhatanei Canalenſiſq; agri diuiſio, eiectis veteribus colonis parum purgata eſſet, cum Inſulani alienæ cladis exemplum, metumq; qui non vanus eſſe videbatur, in ſuam defenſionem contuliſſent. Itaque licet Rhacuſanorum ſtudium, & fides erga regem, omnibus ſatis nota eſſent, cupiditas tamen alieni agri cauſam eorum euertit. Nempe Rhacuſani non modo imperium inſularum quærebant, ſed etiam priuatas poſſeſſiones, prauo conſilio inito, ſibi vendicare conabantur, mercaturæ conſuetudine, proprium magis quam publicum emolumentum ſequentes. Quo autem ſtudio fidem cæteris in rebus ſemper coluerint Rhacuſani, eo maxime tempore declaratum eſt, quo Georgius Triballorum ac Dardanorum Rex, Stephani Nemagnæ ſucceſſor ferè vltimus, regno à Turcis pulſus, Rhacuſam vna cum familia ſe recepit, vi magna auri ſecum allata. Nam cum fidei Senatus Rhacuſani ſua omnia credidiſſet, Rhacuſani, neq; terrore Turcarum, quo fere Europa id temporis magnopere perculſa erat, neque vllo prẹmio adduci potuerunt, quo minus fidem ſeruarent, quam profecto conſtantiam, Amurathum Othomannum Turca-

Sigiſmundus Auguſtus, in Rhacuſanos valde munificus.

Stephanus Coſacius Boſſinas.

rum regem vehementer admiratum dixiſſe ferunt, vrbem haud facile perditum iri, in qua ſcilicet tanti ducitur fides. Cæterum, Rhacuſani haud quaquam contenti hoc tantummodo in Dardanum regem officio, conſuluerunt ei, vti confeſtim Hungariā peteret, fortunamq; recuperandi regni tentaret. Itaq; Rhacuſanis nauib. Scardonam deductus: inde in Hungariā profectus, breui ab Hūgaris quum opera Iani Huniadis regis Matthiæ patris, tū theſauro in militū ſtipendia erogato, quē ei (vt dictum eſt) Rhacuſani conſeruarant, in regnum eſt reſtitutus. Atqui recuperato regno, haud memor beneficii Dardanus rex extitit. Semper enim gratiæ Rhacuſanis referendę ſummo ſtudio incubuit, atq; adeo omnib. eos eſt ꝓſecutus officiis, vt etiam modū exceſſerit: nā pręter alia in Rhacuſanos beneuolētię indicia, vbicumq; ipſe imperitabat, ꝑmiſerit cuiq; Rhacuſano ciui debitorem ſuū indicta etiam cauſa, ac nulla magiſtratus interpoſita auctoritate, ob æs creditū nectere, atq; in neruo domi ſuæ tenere. Quo facto multi ex Rhacuſanis, id temporis ampliſſimas nacti ſunt opes, quib. ſane & publice & priuatim vrbs magnopē eſt exculta. Cęterū, Rhacuſani, mente eorū, ſecūdis, vt fit, reb. ſublata, fortuna ſua haud modeſte vti cæpére. Itaq; cū Stephano Coſacio Volcatii filio Boſſinate, finitimo & amico (ſub quo aliquot regiones Dalmatiæ tunc erant) inimicitiis, ſtolide, ac optimo quoq;, & imprimis Iuliano Bono, Marioq; Reſtio diſſentientib⁹ ſuſceptis, adeo pertinaciter per ſummam etiā temeritatē armis contenderunt, vt abſumpta eo bello magna vi auri in externos milites, vltimū pene in diſcrimen, tum ab ſuis militib. tū ab hoſte libertatis amittēdæ deuenerint. Nam cōducti ab Italia milites, vidētes Rhacuſanos imbelles eſſe, & pręd æ expoſitos, conſiliū inierunt, vt vrbē prius direptā, alienæ ſubiicerent poteſtati. Quæ cōiuratio cū per quoſdā ciues, qui ſenſerant id agi, annuntiata eſſet Rhacuſano Senatui, in re trepida ciuitati nō defuit conſilium: nempe milites ſceleſti cōſilii participes, per ſpeciē expeditionis extra vrbē ablegatos, poſthac vrbē ingredi non permiſerunt. Itaq; vrbs incolumis ab inteſtino hoſte conſeruata. Verum fugatis mox ab externo hoſte Rhacuſanis copiis, rebuſq; acciſis conſternata ciuitas, in deteſtabili ſcelere ſpem poſuit ſalutis. Erat Stephano Coſacio filius natu maximus patri, ob ereptam ſibi ab ipſo patre ſponſam, valde infenſus, quem cum Rhacuſani male animatum in parentem animaduerterent, hac occaſione ægrum animi clam adeunt, hortantur, ne

incæ-

inceſtum patris in ſe admiſſum, & tam inſignem iniuriam inultam eſſe patiatur. ſuam operam aduerſus communem inimicum, & fœda libidine pollutum pollicentur. tandem ſpe pecuniæ illecto perſuadent, vti à parente ad Turcas deſciſcat, patremque Turcarum incurſionibus vexet. Ad hæc ne belli quidem iure ſeruato, licitati ſunt hoſtis caput, pecunia percuſſori promiſſa. Nec ex altera parte Stephanus deſtitit externis auxilijs Rhacuſanos oppugnare. pactus eſt enim cũ Venetis, vt expugnata Venetorũ ope, vrbe Rhacuſa, præda rerum omnium Stephano, vrbs vero Venetis cederet. q̧ vbi ſenſere Rhacuſani, miſſo Romã quodã monacho Baſilio, qui poſtea ob hãc operã ſtrenue nauatam, Tribulienſiũ præſul creatus eſt, deferunt ad Nicolaũ V. Rom. Pont. querelã, Venetos impietatis in Chriſtianum nomẽ accuſant, rogantq; Pontificẽ, vt ipſos Venetos à Stephani Coſacii, ſchiſmatici hominis ſocietate, & Rhacuſanę vrbis oppugnatione arceat. Pontifex literis extemplo ad Venetos cõſcribit, hiſq; reb⁹ diuinis interdicit; ſi vlliũ auxilij genus aduerſus Rhacuſanos Boſſinati homini prę̄ſtitiſſent. Atq; ita Veneti metu Pontificiæ cẽſuræ quieuére. ſed nec quies Venetorum, belli finẽ fecit. Nam filius Stephani, quẽ à patre defeciſſe demonſtrauimus, ita inimico animo regiones ad patris imperiũ ſpectantes, Turcaica manu ſibi adiuncta deuaſtando peruagatus eſt, vt hoc in primis certamen, Turcis aditum in Dalmatiam aperuerit, & Coſaciam familiam extinxerit, Rhacuſanamque ciuitatem, non modo tributariam fecerit: ſed etiam in Turcaicam ſeruitutem pene redegerit. Nimirum, ita plerumq; vſu venire ſolet, vt qui hoſtem alienis armis vincere nititur, iiſdem & ipſe ſuperetur: nec multo leuius victori, quam victo accidat. Quod quidem patrum noſtrorũ ætate Illyricis, Thracibus, Macedonibus, & Gręcis, his vero temporibus Italis euenit. quoniã alii dum Gallorũ ope, alii Hiſpanorum, aduerſarios ſuos oppugnant, omnes externum iugum ſubiere. Atq; hæc ſeruitus quanq̃ Rhacuſanorũ animos infregit; attamen, quantũ de dignitate dempſit, tantũ opibus eorũ adiecit. Etenim infirmitatis ſuę iam ſatis gnari in omnib. publicis actionib. metũ inde in cõſilio habentes, omiſſo amplificãdæ fortunæ ſtudio, ſublimiũ animorũ affectu ſolis vectigalib. incumbere: vnde & tributum Turcis commodius penderent, & ſuppeterent expenſæ ad vrbis cuſtodiam neceſſariæ. Sed iam procul ab incæpto tractus, eo vnde me Rhacuſana ciuitas auocauerat, reuertar. Nondum ad Danu-

Stephanus Coſacius Boſſinas.

Derencinus Dalmatiæ præfectus infeliciter cum Turcis pugnat.

bium, ad recognoſcendas, vti conſtitutum erat, Tranſiſtranas regiones, traiecerat Vladiſlauus, quum ei nuntiatum eſt, Derencinum Dalmatiæ præfectum, quem bauum appellant, in Carbanienſi agro, non procul ab Albio monte, aduerſus Turcas male pugnaſſe, exercitumque noſtrum occiſione pene deletum, quum temeritate atque imperitia ipſius præfecti, tum proditione, vt fama eſt, quorundam Choruatorum principum, quos ferunt Derencinum, ad conferendas cum Turcis manus, alieno noſtris loco, per fraudem impuliſſe; veritos ſane ne Bauus, quem ob quædam eorum admiſſa, à ſe alienatum ſuſpicabantur, ſuperatis Turcis in ſe arma conuerteret. Quæ quidem clades an dolo illius Choruati Principis acceptа ſit, tametſi nondum eſt pro comperto, illos tamen ex eo prælio magnum conflaſſe odium nulli dubium eſt: qui ſcilicet è medio pugnæ ardore inter cædem effugerant, & quia viſi ſunt vix prælio commiſſo terga hoſti vertiſſe: & quia (quod imprimis odium accendit) ea ſtrage nobilitas Choruatica fere deleta eſt: agri vero abacto pecore vna cum agri cultoribus pene deſerti. Maxime autem hæc clades trium clariſſimorum virorum clade inſignis fuit, morte Ioannis Fregepanis Zethinenſium principis; Georgii Vlatchouii nobilis adoleſcentis, è Nariſio agro oriundi interitu; Captiuitate ipſius præfecti. E quibus Ioannes Fregepanis animaduertens equos ſuos (quod ſane robur fuit in noſtro exercitu) pene omnes cecidiſſe, paucoſq; labore, ac vulneribus feſſos adhuc in acie locum ſuum magis tenere, quam pugnare, malleq; mori quam hoſti terga dare, ne tantæ cladi ſupereſſet, quũ fuga periculum vitare poſſet, pugnans interficitur. Georgius vero primam tũc iuuentam attingens, dum obtruncat quendã, qui ſe ei in agmen hoſtium iuuenili ardore inuecto, obiecerat, tria vulnera lethalia à circumfuſis vndiq; hoſtib. in dexterum accepit latus, nec tamen animum deiecit: verum adhortatus eſt ſuos iam fugam ſpectantes, ne terga verterent, donec deficiente ſanguine cõcideret, hoſtiũ telis obrutus. At prę̨fectus dolore amiſſi filii, qui adoleſcentia atq; animi magnitudine inconſultius pugnans ceciderat, haud ſatis compos mentis, dum hortatur pugnantes, pericula pariter adeundo, dũ fugientes reuocat, dum præliũ reſtituit, ab hoſtib. capitur, viuuſq; ad Bazetem Turcarum regem adductus eſt, à quo neq; blanditiis neq; crudeliſſimæ mortis denuntiatione impelli ad perfidiam potuit: quum eum per ſe Turca diu verbis fatigaſſet,

vti

vti à Chriſtiana religione ad Mahometani ritus deficeret vitia, quo eo milite aduerſus Chriſtianos vti poſſet. Itaq; in cuſtodiam vltra Helleſpontum miſſus, veneno, vt ferunt, ab hoſtibus eſt necatus. Atq; inquirenti mihi, quanam potiſſimum cauſa, quaue noſtrorum culpa prædatoria Turcarum manus ab Hungaris fundi facile aſſueta, tantam ediderit ſtragem, compertum eſt, prædæ maxime auiditatem noſtris exitio fuiſſe. Nam cum Derencino nuntiatum eſſet, Iahiam Turcarum Strapatem, cum ſex millibus delectorum militum, inferiorem Dalmatiam (quam nunc Choruaciam dicunt) ingreſſum, gloriaq; incitatum, non tam ad prædam, quam ad præliũ faciundum veniſſe, & ipſe, licet ſtrenuus miles, dux tamen nouus, occaſionem gloriæ ſibi quoque oblatam ratus, ſtatuit haud ſatis exploratis ſuis, aduerſæque partis iuxta viribus confeſtim ad hoſtem pergere. Peruenerant iam Turcæ ad montem, inter Illyricas Alpes, aſperitate, ac ſylua ex proceris arboribus inſignem (Goſdenum incolę vocant) eo loci triduum ſe continent, incerti, vtrum in patentem campum deſcenderent, an ibi hoſtem operirentur. Acceperant enim ab exploratoribus ſuis haud contemnendam Hungarorũ manum in proximo conſediſſe. Hungari quoque cum aliquamdiu conſultaſſent, quonam in loco Turcis occurrerent, atque hinc metu periculi, hinc prædæ, glorięque auiditate diſtracti, ſententias variaſſent: (Quidam enim cenſebant, & hoc profecto ſalutare fuiſſet conſilium, in monte pedeſtribus copiis hoſtes inuadendos, nec vllo modo ſinendum, eos equitatu pollentes campum attingere. nam quum in noſtro exercitu mille tantum, & quingenti equites eſſent, numero longe ſuperiorem hoſtium equitatum haud quaquam ſuſtinere potuerunt pedeſtrib. copiis noſtris ad primum ſtatim præliũ ineuntium clamorem perterritis ac perturbatis) haudquaquam ad duodecim fere millia peditum Slauenorum in acie tunc fuerunt: Cęterum, cum ex agris nuper collecti eſſent, feroces illi quidẽ erant, ſed pene inermes, nec ſigna ſequi, nec ordines ſeruare, nec demum in acie hoſti oppoſiti ſtare aſſueti. Qui profecto ſi in montibus prælium fuiſſet commiſſum, eminus hoſtem fundis confecturi fuiſſent. Sed quoniam, ſi agreſtes victores extitiſſent, præda etiam potituri eſſent, idcirco maior pars equitum, qui fortitudinem temeritati & auaritiæ prætendebant, magna contentione in patentem campum, è montibus certamen traxere. Profecto, quoniam auxilia cataphra-

Goſdenus mons inter Alpes Illyricas inſignis.

Goſſenus mons inter Alpes Illyricas inſignis.

ctorum equitum, propediem ventura expectabant, nequaquam primo permittente: mox vniuerſis prælium poſcentibus, non auſus repugnare, in aciem copias eduxit, maxime ne, vt ſunt Hungari elatioris ſpiritus, pugnæ ſubterfugiendæ ſuſpicionem Choruatis prçberent. Hungari nimirum & Choruati perpetuas de virtute controuerſias inter ſe habent. neque enim Dalmatç, quorum pars potior eſt Choruatia, vi aut armis coacti, ſed cognationis iure in Hungaricam conceſſere ditionem. Itaque dum tuto conſilio, in quo ſane vera gloria conſiſtit, temeritas ac auaritia anteferuntur, Choruaticum nomen prope extinctum eſt. Aliquot interiectis diebus rurſus Turcç ſuperiori illecti fortuna, regionem illam adorti ſunt, ſed non eadem fælicitate vſi, plurimos ex ſuis præda nequicquam tentata amiſerunt. Et quoniam quidam Turcarũ hac in expeditione à Dalmatis excepti ſunt, factũ memorabile duorũ captiuorum, Hallai, & Mechmetis ſilentio non præteribo. qui quãuis obſcuro loco in Dardanis eſſent nati, nobiliũ tamen virorum ſunt imitati virtutem, & quæ Chriſtianis etiã admirationi ſimul & documento ſit futura. Forte quidam mercator Rhacuſanus, vbi illi in vinculis aſſeruabantur, negociabatur: qui tum fortunam captiuorum miſeratus (nam & Turcas, quatenus homines ſunt, odio haud habendos cenſeo) tũ pollicitationib. eorum compulſus, eos non parua pecunia domino ſoluta, redemit, Rhacuſamq; ſecũ adduxit. vbi cum Turcæ precium, quo mercatori ſatisfacerent, nõ inuenirent, petunt ad ſuos dimitti, affirmantes iureiurando ſe ad certã diem pecuniam allaturos. Oblatis igitur dextris, pignore fidei prçcipuo, domum abeunt. Ipſe ni hçc vidiſſem, referenti fidem forſan haud quaquam haberem. Turcæ ad præſtitutam diem reuerſi, non ſolum debitam pecuniam non abnegarunt, ſed etiam mercatori cumulanter ſatisfecerunt. Quorum alter cum ex parte non eſſet ſoluendo, ſeſe mercatori, ne fidem falleret, vltro in ſeruitutem addixit: quoad integrum precium perſolueret: tanti fuit profecto apud barbaros illos, alioqui omnis fere humanitatis expertes, fidei datæ, ac iuramenti religio. Sub idem fere tempus accidit res euentus rari, atque ideo haud tacenda. Turcæ aſſueti (vt diximus) Dalmatas incurſionibus vexare, quoddam ignobile caſtellum, ad Vipanum amnem ſitum, ditionis Hungaricç, qua forte prædabundi ibant, oppugnare ex itinere ſtatuunt. In ipſo Caſtello tres tantummodo viri, ſiue loco

freti,

freti, ſiue ſubito hoſtium interuentu à fuga intercluſi ſubſtiterant, cæteris in proximos montes metu hoſtili dilapſis. Turcæ, quod locus eſſet defenſoribus vacuus ignari, propius ad muros paucos ſenſim ſuccedere iubent, Caſtellum ſibi tradi petunt, pollicentes cuſtodibus ſi ſeſe ſponte dediſſent, inuiolatos dimiſſuros. Illi vero abuſi hoſtium errore, deſtituti loci ſolitudinem diſſimulant, atque ne mora conſilium proderet, imperata ſe facturos per dolum promittunt. Itaque ludificantes hoſtem locumque inſidiis quærentes, denuntiant, nolle ſe niſi ab ipſo eorum duce fidem accipere; eiusque præſentis dextram contingere. interim (vtpote ſalutem fidei Turcarum commiſſam, mortemque iuxta rati, nec eam alibi, quam in hoſtium ducis nece conſiſtere) parant in muro, qua duci erat accedendum tormentum, quod bombardam vulgo appellari, ſupra dictum eſt. Dux igitur Turcarum hoſtilis fraudis prorſus ſecurus, ſpe dedendi caſtelli ſibi iniecta, lætus procedit paululum extra ſuorum agmen, equo inſidens phaleris inſigni, cæteroque habitu conſpicuus. Iamq; portis proximus ſublatam dextram fidei indicem de more oſtendebat. Tū, qui in ictum intentus, agendæ rei tempus expectabat, ignem tormento celeriter admouet, vi cuius lapidea pila terribili fragore excuſſa, Turcæ frontem percuſſit, quem ſimul ac diiecto cerebro iacentem ſui conſpexere, ſtatim fugam arripiunt. Itaque noſtri, tametſi metu Turcaicę perfidiæ ad fraudem, (quæ procul à Chriſtiano homine eſſe debet) neceſſario confugerint, haud vlla librandi arte, omnibus culturæ duntaxat agrorum illis in locis deditis, ſed Dei clementia certiſſimo ictu deſtinatum hominem excipientes, periculum euaſere; propterea quod diuina ope protectis, nihil non vel ſummis in periculis tutum: rurſus vana ſunt mortalium arma, nullus maximi theſauri vſus, inutiles militum ingentes copiæ, omnia vel recte excogitata, male ceſſura his, quos Deus vult eſſe deſtitutos. Quod profecto cum ſæpe alias, tum noſtra ætate in tribus (vt nunc eſt Italorum captus) opulentis Italiæ imperiis, Neapolitano, Mediolanenſi, & Veneto declaratum eſt. quorum mutationes, & miſerabiles caſus, quoad res ſuſceptæ permiſerint, ſuo loco narrabimus. Vladiſlauus, ea parte regni perluſtrata, quæ vltra Danubium veteribus Dacia dicta eſt, nunc (vt ſupra meminimus) ab Hungaris TRANSILVANIA nuncupatur, iam ad confluentes Thibiſci,

Turca fidei data iuramentique ſeruantiſſimi.

(vnde

Bodinus quidam regnat in Illyrico apud Boſſinates.

rant Docleates naui Rhacuſam inter alias fruges aliquot vini amphoras, appetente feſto die, quem Chriſtiani ſacroſanctam reſurrectionem appellant. quo ſane ſolenni luſtrari ſolent religioſi viri: & quicquid piaculo dignum per totum annum admiſerint, ritu Chriſtiano expiare. Hoc eodem die Slouini, cæterorum more Barbarorum, non tam ſacris precationibus, quam epulis ac largiore vino vti ſolebant. Docleates animaduertentes, Rhacuſaños ita a Slouinis obſidione preſſos, vt neque appellentibus nauibus in portũ Rhacuſanum tutus aditus eſſet, neque inde ſoluentibus profectio libera pateret (Nam Bodinus vico aggere valloq; munito, materiem qua túnc abundabat Vergato monte ád manum ſuppeditante, locum ferè inſtar vrbis reliquerát, Boſſinatibus eũm cuſtodire iuſſis, diuturnaq; obſidio, ac bellũm ſuſtinendum eſſe videbatur) itaque adeunt prætorem Rhacuſanum, oſtendunt ſe inueniſſe viam, Rhacuſanæ obſidionis ſoluendæ. Communicato conſilio, modoq; agendæ rei compoſito collaudantur Docleates, premiorumque ſpe, pro fortuna, quæ tunc erat ciuitatis, onerati, promiſſi fidẽ pręſtare maturãt, tempori inſidiandum rati. Tuto igitur aditu impetrato vinũ Slouinis leui precio de induſtria addicunt, quos vbi cibo vinoq; grauatos, nullamque pro caſtris ſtationem hoſti obiectam Docleates conſpiciunt (nempe eo die & Rhacuſanos epulis vinoq; indulgere credebant) ſignum q̃ conuenerat, Rhacuſanis edunt, qui impetu, in caſtra Slouinorũ facto, ea momẽto capiunt, inermes vinoq; graues, partim trucidant, partim vinctos in vrbẽ ſuã pertrahunt: atq; ita obſidionis, belliq; Slouinici finis impoſitus. Docleates vero, hoc merito in ciuitatẽ recepti, atq; in patricios aſſciti. Tradũt autẽ hos Malaſcouios & Gredeos fuiſſe, quorum alteri iam pene extincti ſunt, alteri diuitiis & auctoritate inter ſuos adhuc florent. Amplificata mœnibus ac tectis vrbe, ciuiũ quoq; numerus in dies magis, magiſq; augebatur. Nã multi ex proximis regionibus Illyrico, Macedonia, Epyro, Græcia, Italia eo habitatum cõuenêre, ciuitatis magis inſtitutis ac moribus, quam ſoli fælicitate vlla capti. Eorum quidam in patritios electi, opibus ac familię amplitudine clari ad hanc dúrant diem. Cęterum, cum ciuitas ſoli aſperitate frumento anguſte vteretur, nauigationi multo enixius quam antea inopia cogẽte, incumbere cæpit, frugeſq; nauibus conuehere, nec non alias merces, aliis, vt fieri ſolet, permutare. Ex qua profecto re, & ingentes breui compararunt opes, &

Illy-

Illyricis regulis mercibus aduectis,magno ſimul vſui, ſimul voluptati eſſe.ſane priſci Rhacuſani, finitimos reges omnibus officiis adeo proſecuti ſunt,vt vir religione inſignis,Stephanus Nemagna, Boſſinatibus in Illyrico id temporis imperans, Rhacuſanorum in ſe officiis,quibus eius gratiam promeruerant,permotus,non mediocrem his Stæi agri partē dono dederit, cum tota Cherſoneſo, à Rhataneo Caſtello denominata. Diſtat autem Rhátana Cherſoneſus ab vrbe Rhacuſa,qua illa cōtinenti adnectitur,triginta fere millib.paſſuum; qua quidem in fauoniū excurrens,quinquaginta circiter millia paſſuum protenditur.latere Septemtrioni obiecto,Nareſium efficit ſinum,cuius os Phariā excipit Inſulam, ſeu, vt nūc dicitur,Leſinā.qua Auſtrum ſpectat,& Melite & Corcyra nigra adiacent. Quin etiā eadem fere tempeſtate Lodouicū Hungarorum regē Caroli filiū,eum qui cum Venetis bellum geſſit,amicitiā cum Rhacuſanis inſtauraſſe cōperio. Etenim cum Lodouicus rex,ex quibuſdā maritimę Dalmatiæ vrbibus Venetos expuliſſet, quingentos duntaxat aureos,annui cēſus nomine,Rhacuſanos pēdere iuſſos,cętera liberos & ſuis legib⁹ in perpetua tū Hungarorū ſocietate,in qua ad hanc diē integerrima fide permanſerunt,ætatē agere permiſit. Porro Hungari attrito Cōſtātinopolitano imperio,à Seuropyli Dalmatarū regis vſq; tempore, affinitatis iure Dalmatiā imperio ſuo adiunxerāt,ipſius Seuropyli filia,quū is virili ſtirpe careret, regi ſuo in matrimoniū accepta. Sunt enim auctores,qui tradunt,Seuropylū non omnino orbū liberis deceſſiſſe;ſed filiā ſibi ſuperſtitē reliquiſſe.quanq̃ multis ante annis primi Vni,mox Verī,Magete duce,Dalmatiā de Romanis deletis Salonis,ceperunt,ſuoq; regno adiecerunt.Occupauerant autem Veneti quaſdam in littore Dalmatico vrbes, quum quorundam regum ignauia, tum inteſtina Dalmatarum ſeditione. Porro ferunt hanc Lodouici Regis ſocietatem Rhacuſanis magno extitiſſe ſplendori, atque emolumento, quum apud Dalmatas cæteros, tum maxime apud Boſſinates reges,apud quos ſanè, pulſis è littore Dalmatico Venetis,ſummā cęperunt obtinere authoritatem,magnuſq; his honos fideſq;,pręcipue ob integritatis famā eſt habita.Cęterū,ciuitas, Venetorū imperio liberata parū abfuit,quin haud multo poſt quorundam adoleſcentiū leuitate animi,&egeſtate,vt fit,vænalium proditione diriperetur. quos quidē nominatim tradere familiæ dignitas,in qua nati ſunt, prohibet. Tulit enim ea domus viros plures ſingu-

Stephanus Nemagna, Boſſinatib. in Illyrico imperat.

Stephanus Nemaqua. Boſſinatibus in Illyrico imperat.

ſingulari facundia præditos, patriæ ſtudioſos, multiſque ciuilibus claros. Hi igitur iuuenes, à quodam Regulo Boſſinate, vrbi Rhacuſæ vicino, pecunia corrupti, ac promiſſis ingentibus inducti, adſcitis ſibi quibuſdam etiam è plebe hominibus, conſtituerant clam nocte in vrbem Boſſinatem armatum accipere. Boſſinas cui ad inuadendam vrbem feſtinanti omnis cunctatio ob prædæ cupiditatem longa eſſe videbatur, ratus, incępta à coniuratis, ſiue pœnitentia facinoris omitti, ſiue ſocordia animi differri, dat literas ad coniuratos cuidam agreſti, quibus adhortatur ipſos coniuratos, vti promiſſa maurè præſtare curarent: ſe cum exercitu ad vrbem conſtituto die præſto affuturum. Literæ dum parum cautè ab agreſte conſciis redduntur, interceptæ, proditionem manifeſtam fecerunt. Itaque coniurati deprehenſi; quæſtioneque habita conuicti, meritas patrię pœnas dedere, omnibus qui ſanguine eos contingebant, non modo huiuſce pœna lætis, ſed etiam ſupplicii pene exactoribus. ferunt enim quendam, cuius fratris filius coniurationis damnatus erat, purpurea veſte indutum in foro inambulaſſe, dum de coniuratis pœna caperetur. Iiſdem fere tēporibus ager Epidaurius addita Vitalia, & tota regione quæ ab aquæ ductu lingua Epidauria Canalis appellatur, poſt ſexingentos circiter annos ab excidio Epidauri, precio quibuſdam accolis regulis Boſſinatibus ſoluto recuperatus eſt, viritimque inter ciues magna veterum poſſeſſorum inuidia atque contentione diuiſus. Quod autem Canalenſis ager territorii Epidaurii fuerit, argumento eſt opus mirabili ſtructura effectum, quo à vigeſimo prope miliario, aqua in vrbem perducta eſt, partim ſubterraneo riuo, partim ſubſtructione, partim opere arquato. Cuius quidem operis à Slouinis proculdubio euerſi, adhuc extant veſtigia, atq; quibuſdam in locis inſcriptiones latinis literis nomina curatorum indicantes. Per idem quoque tempus Sigiſmundus Auguſtus Hungarorum ac Boemorum rex, Phariam, quam quidem Leſinam, vt dictum eſt, vocant, Braciam & Corcyram nigram, Inſulas habitatoribus ſatis frequentes, ſingulari benignitate in Rhacuſanos vſus, ditioni Rhacuſanæ adiunxit. Iam cæperant Rhacuſani prætores mittere, qui Inſulanis ius dicerent, quos cum viderent, Pharenſes præſertim, regendis populis minime idoneos, vtpote iuris dicundi literarum inſcitia imperitos (Rhacuſani enim ſoli pene mercaturæ per ea tempora dediti erant, pauci admodum literis, quæ nunc quoque

quę perraræ ſunt Rhacuſæ) dabant operam. Ad hoc quum audirent, Canalenſem agrum iniquè, & per ſummam iniuriam, veteribus poſſeſſoribus ereptum, adeo conſternati ſunt, vt, ni ſaniori auxilio vis prohibita eſſet, prætores vrbium violati fuiſſent. Itaque confeſtim conſilium ceperunt, ſeſe in regiam poteſtatem reſtituendi, adiutore imprimis Iaxia quodam ex Nareſiis principibus. Erat Iaxias, & per ſe Rhacuſinis infenſus, vt eſt inter pleroſque vicinos ex æmulatione odium. Itaque profectus in Hungariam adit Barbaram Sigiſmundi vxorem, cui ſe cordi eſſe haud quaquam ignorabat. Erat enim & ipſe ex Aulicis Auguſti, florentiq; ætate, ac forma corporis eximia, & regina fœminarum vitã, vergens etiam annis, nõ exuerat. Itaq; compoſitis criminibus in Rhacuſanos, perſuadet reginæ vt cum Imperatore agat, vt Inſulæ Rhacuſanis nuper attributæ, liberæ ſub Cęſaris imperio de cętero eſſent, ne Rhacuſanorum ſimul regendi inſcitia, ſimul tyrannide perditum eant. Sigiſmundus vxoris oratione inductus, dat Iaxiæ Nariſii literas ad Rhacuſanos, quibus iubebat eos Inſulis excedere, atque à poteſtate Rhacuſanorum omnino exemptas Iaxiæ tradi, Rhacuſanis oratoribus apud Cæſarem nequicquam nitentibus, ne inſulæ fidelibus ſociis, falſis Iaxiæ criminibus adimerentur. Sed crimen valuit eo maxime quod Rhatanei Canalenſiſq; agri diuiſio, eiectis veteribus colonis parum purgata eſſet, cum Inſulani alienæ cladis exemplum, metumq;, qui non vanus eſſe videbatur, in ſuam defenſionem contuliſſent. Itaque licet Rhacuſanorum ſtudium, & fides erga regem, omnibus ſatis nota eſſent, cupiditas tamen alieni agri cauſam eorum euertit. Nempe Rhacuſani non modo imperium inſularum quærebant, ſed etiam priuatas poſſeſſiones, prauo conſilio inito, ſibi vendicare conabantur, mercaturæ conſuetudine, proprium magis quam publicum emolumentum ſequentes. Quo autem ſtudio fidem cæteris in rebus ſemper coluerint Rhacuſani, eo maxime tempore declaratum eſt, quo Georgius Triballorum ac Dardanorum Rex, Stephani Nemagnæ ſucceſſor ferè vltimus, regno à Turcis pulſus, Rhacuſam vna cum familia ſe recepit, vi magna auri ſecum allata. Nam cum fidei Senatus Rhacuſani ſua omnia credidiſſet, Rhacuſani, neq; terrore Turcarum, quo fere Europa id temporis magnopere perculſa erat, neque vllo pręmio adduci potuerunt, quo minus fidem ſeruarent, quam profecto conſtantiam, Amurathum Othomannum Turca-

Sigiſmundus Auguſtus in Rhacuſanos valde munificus.

Stephanus Coſacius Boſſinas.

rum regem vehementer admiratum dixiſſe ferunt, vrbem haud facile perditum iri, in qua ſcilicet tanti ducitur fides. Cæterum, Rhacuſani haud quaquam contenti hoc tantummodo in Dardanum regem officio, conſuluerunt ei, vti confeſtim Hungariā peteret, fortunamq; recuperandi regni tentaret. Itaq; Rhacuſanis nauib. Scardonam deductus: inde in Hungariā profectus, breui ab Hūgaris quum opera Iani Huniadis regis Matthiæ patris, tū theſauro in militū ſtipendia erogato, quē ei (vt dictum eſt) Rhacuſani conſeruarant, in regnum eſt reſtitutus. Atqui recuperato regno, haud memor beneficii Dardanus rex extitit. Semper enim gratiæ Rhacuſanis referendę ſummo ſtudio incubuit, atq; adeo omnib. eos eſt ꝓſecutus officiis, vt etiam modū exceſſerit: nā pręter alia in Rhacuſanos beneuolētię indicia, vbicumq; ipſe imperitabat, ꝑmiſerit cuiq; Rhacuſano ciui debitorem ſuū indicta etiam cauſa, ac nulla magiſtratus interpoſita auctoritate, ob æs creditū nectere, atq; in neruo domi ſuæ tenere. Quo facto multi ex Rhacuſanis, id temporis ampliſſimas nacti ſunt opes, quib. ſane & publice & priuatim vrbs magnope eſt exculta. Cęterū, Rhacuſani, mente eorū, ſecūdis, vt fit, reb. ſublata, fortuna ſua haud modeſte vti cæpére. Itaq; cū Stephano Coſacio Volcatii filio Boſſinate, finitimo & amico (ſub quo aliquot regiones Dalmatiæ tunc erant) inimicitiis, ſtolide, ac optimo quoq;, & imprimis Iuliano Bono, Marioq; Reſtio diſſentientibꝰ ſuſceptis, adeo pertinaciter per ſummam etiā temeritatē armis contenderunt, vt abſumpta eo bello magna vi auri in externos milites, vltimū pene in diſcrimen, tum ab ſuis militib. tū ab hoſte libertatis amittēdæ deuenerint. Nam cōducti ab Italia milites, vidētes Rhacuſanos imbelles eſſe, & pręddæ expoſitos, conſiliū inierunt, vt vrbē prius direptā, alienæ ſubiicerent poteſtati. Quæ cōiuratio cū per quoſdā ciues, qui ſenſerant id agi, annunciata eſſet Rhacuſano Senatui, in re trepida ciuitati nō defuit conſilium: nempe milites ſceleſti cōſilii participes, per ſpeciē expeditionis extra vrbē ablegatos, poſthac vrbē ingredi non permiſerunt. Itaq; vrbs incolumis ab inteſtino hoſte conſeruata. Verum fugatis mox ab externo hoſte Rhacuſanis copiis, rebuſq; acciſis conſternata ciuitas, in deteſtabili ſcelere ſpem poſuit ſalutis. Erat Stephano Coſacio filius natu maximus patri, ob ereptam ſibi ab ipſo patre ſponſam, valde infenſus, quem cum Rhacuſani male animatum in parentem animaduerterent, hac occaſione ægrum animu clam adeunt, hortantur, ne

incæ-

inceſtum patris in ſe admiſſum, & tam inſignem iniuriam inultam eſſe patiatur. ſuam operam aduerſus communem inimicum, & fœda libidine pollutum pollicentur. tandem ſpe pecuniæ illecto perſuadent, vti à parente ad Turcas deſciſcat, patremque Turcarum incurſionibus vexet. Ad hæc ne belli quidem iure ſeruato, licitati ſunt hoſtis caput, pecunia percuſſori promiſſa. Nec ex altera parte Stephanus deſtitit externis auxiliis Rhacuſanos oppugnare. pactus eſt enim cũ Venetis, vt expugnata Venetorũ ope, vrbe Rhacuſa, præda rerum omnium Stephano, vrbs vero Venetis cederet. q; vbi ſenſere Rhacuſani, miſſo Romã quodã monacho Baſilio, qui poſtea ob hãc operã ſtrenue nauatam, Tribulienſiũ præſul creatus eſt, deferunt ad Nicolaũ V Rom. Pont. querelã, Venetos impietatis in Chriſtianum nomẽ accuſant, rogantq; Pontificẽ, vt ipſos Venetos à Stephani Coſacii, ſchiſmatici hominis ſocietate, & Rhacuſanę vrbis oppugnatione arceat. Pontifex literas extemplo ad Venetos cõſcribit, hiſq; reb⁹ diuinis interdicit, ſi vllũ auxilii genus aduerſus Rhacuſanos Boſſinati homini prꝗſtitiſſent. Atq; ita Veneti metu Pontificiæ cẽſuræ quieuére. ſed nec quies Venetorum, belli finẽ fecit. Nam filius Stephani, quẽ à patre defeciſſe demonſtrauimus, ita inimico animo regiones ad patris imperiũ ſpectantes, Turcaica manu ſibi adiuncta deuaſtando peruagatus eſt, vt hoc in primis certamen, Turcis aditum in Dalmatiam aperuerit, & Coſaciam familiam extinxerit, Rhacuſanamque ciuitatem, non modo tributariam fecerit: ſed etiam in Turcaicam ſeruitutem pene redegerit. Nimirum, ita plerumq; vſu venire ſolet, vt qui hoſtem alienis armis vincere nititur, iiſdem & ipſe ſuperetur: nec multo leuius victori, quam victo accidat. Quod quidem patrum noſtrorũ ætate Illyricis, Thracibus, Macedonibus, & Gręcis, his vero temporibus Italis euenit. quoniã alii dum Gallorũ ope, alii Hiſpanorum, aduerſarios ſuos oppugnant, omnes externum iugum ſubiere. Atq; hæc ſeruitus quanq̃ Rhacuſanorũ animos infregit; attamen, quantũ de dignitate dempſit, tantũ opibus eorũ adiecit. Etenim infirmitatis ſuę iam ſatis gnari in omnib. publicis actionib. metũ inde in cõſilio habentes, omiſſo amplificãdæ fortunæ ſtudio, ſublimiũ animorũ affectu ſolis vectigalib. incumbere: vnde & tributum Turcis commodius penderent, & ſuppeterent expenſæ ad vrbis cuſtodiam neceſſariæ. Sed iam procul ab incæpto tractus, eo vnde me Rhacuſana ciuitas auocauerat, reuertar. Nondum ad Danu-

Stephanus Coſacius Boſſinas.

Derencinus Dalmatiæ præfectus infœliciter cum Turcis pugnat.

bium, ad recognoſcendas, vti conſtitutum erat, Tranſiſtranas regiones, traiecerat Vladiſlauus, quum ei nuntiatum eſt, Derencinum Dalmatiæ præfectum, quem bauum appellant, in Carbanienſi agro, non procul ab Albio monte, aduerſus Turcas male pugnaſſe, exercitumque noſtrum occiſione pene deletum, quum temeritate atque imperitia ipſius præfecti, tum proditione, vt fama eſt, quorundam Choruatorum principum, quos ferunt Derencinum, ad conferendas cum Turcis manus, alieno noſtris loco, per fraudem impuliſſe; veritos ſane ne Bauus, quem ob quædam eorum admiſſa, à ſe alienatum ſuſpicabantur, ſuperatis Turcis in ſe arma conuerteret. Quæ quidem clades an dolo illius Choruati Principis accepta ſit, tametſi nondum eſt pro comperto, illos tamen ex eo prælio magnum conflaſſe odium nulli dubium eſt: qui ſcilicet è medio pugnæ ardore inter cædem effugerant, & quia viſi ſunt vix prælio commiſſo terga hoſti vertiſſe: & quia (quod imprimis odium accendit) ea ſtrage nobilitas Choruatica fere deleta eſt: agri vero abacto pecore vna cum agri cultoribus pene deſerti. Maxime autem hæc clades trium clariſſimorum virorum clade inſignis fuit, morte Ioannis Fregepanis Zethinenſium principis; Georgii Vlatchouii nobilis adoleſcentis, è Nariſio agro oriundi interitu; Captiuitate ipſius præfecti. E quibus Ioannes Fregepanis animaduertens equos ſuos (quod ſane robur fuit in noſtro exercitu) pene omnes cecidiſſe, paucoſq; labore, ac vulneribus feſſos adhuc in acie locum ſuum magis tenere, quam pugnare, malleq; mori quam hoſti terga dare, ne tantæ cladi ſupereſſet, quũ fuga periculum vitare poſſet, pugnans interficitur. Georgius vero primam tũc iuuentam attingens, dum obtruncat quendã, qui ſe ei in agmen hoſtium iuuenili ardore inuecto, obiecerat, tria vulnera lethalia à circumfuſis vndiq; hoſtib. in dexterum accepit latus, nec tamen animum deiecit: verum adhortatus eſt ſuos iam fugam ſpectantes, ne terga verterent, donec deficiente ſanguine cõcideret, hoſtiũ telis obrutus. At præfectus dolore amiſſi filii, qui adoleſcentia atq; animi magnitudine inconſultius pugnans ceciderat, haud ſatis compos mentis, dum hortatur pugnantes, pericula pariter adeundo, dũ fugientes reuocat, dum præliũ reſtituit, ab hoſtib. capitur, viuuſq; ad Bazetem Turcarum regem adductus eſt, à quo neq; blanditiis neq; crudeliſſimæ mortis denuntiatione impelli ad perfidiam potuit: quum eum per ſe Turcã diu verbis fatigaſſet,

vti

vti à Chriſtiana religione ad Mahometani ritus deficeret vitia, quo eo milite aduerſus Chriſtianos vti poſſet. Itaq; in cuſtodiam vltra Helleſpontum miſſus, veneno, vt ferunt, ab hoſtibus eſt necatus. Atq; inquirenti mihi, quanam potiſſimum cauſa, quaue noſtrorum culpa prædatoria Turcarum manus ab Hungaris fundi facile aſſueta, tantam ediderit ſtragem, compertum eſt, prædæ maxime auiditatem noſtris exitio fuiſſe. Nam cum Derencino nuntiatum eſſet, Iahiam Turcarum Strapatem, cum ſex millibus delectorum militum, inferiorem Dalmatiam (quam nunc Choruaciam dicunt) ingreſſum, gloriaq; incitatum, non tam ad prædam, quam ad præliũ faciundum veniſſe, & ipſe, licet ſtrenuus miles, dux tamen nouus, occaſionem gloriæ ſibi quoque oblatam ratus, ſtatuit haud ſatis exploratis ſuis, aduerſæque partis iuxta viribus confeſtim ad hoſtem pergere. Peruenerant iam Turcæ ad montem, inter Illyricas Alpes, aſperitate, ac ſylua ex proceris arboribus inſignem (Goſdenum incolę vocant) eo loci triduum ſe continent, incerti, vtrum in patentem campum deſcenderent, an ibi hoſtem operirentur. Acceperant enim ab exploratoribus ſuis haud contemnendam Hungarorũ manum in proximo conſediſſe. Hungari quoque cum aliquamdiu conſultaſſent, quonam in loco Turcis occurrerent, atque hinc metu periculi, hinc prædæ, glorięque auiditate diſtracti, ſententias variaſſent: (Quidam enim cenſebant, & hoc profecto ſalutare fuiſſet conſilium, in monte pedeſtribus copiis hoſtes inuadendos, nec vllo modo ſinendum, eos equitatu pollentes campum attingere. nam quum in noſtro exercitu mille tantum, & quingenti equites eſſent, numero longe ſuperiorem hoſtium equitatum haud quaquam ſuſtinere potuerunt pedeſtrib. copiis noſtris ad primum ſtatim præliũ ineuntium clamorem perterritis ac perturbatis) haudquaquam ad duodecim fere millia peditum Slauenorum in acie tunc fuerunt: Cęterum, cum ex agris nuper collecti eſſent, feroces illi quidẽ erant, ſed pene inermes, nec ſigna ſequi, nec ordines ſeruare, nec demum in acie hoſti oppoſiti ſtare aſſueti. Qui profecto ſi in montibus prælium fuiſſet commiſſum, eminus hoſtem fundis confecturi fuiſſent. Sed quoniam, ſi agreſtes victores extitiſſent, præda etiam potituri eſſent, idcirco maior pars equitum, qui fortitudinem temeritati & auaritiæ prætendebant, magna contentione in patentem campum, è montibus certamen traxere. Profecto, quoniam auxilia cataphra-

Goſdenus mons inter Alpes Illyricas inſignis.

Goſdenus mons inter Alpes Illyricas inſignis.

ctorum equitum, propediem ventura expectabant, nequaquam primo permittente: mox vniuerſis prælium poſcentibus, non auſus repugnare, in aciem copias eduxit, maxime ne, vt ſunt Hungari elatioris ſpiritus, pugnæ ſubterfugiendæ ſuſpicionem Choruatis pręberent. Hungari nimirum & Choruati perpetuas de virtute controuerſias inter ſe habent. neque enim Dalmatę, quorum pars potior eſt Choruatia, vi aut armis coacti, ſed cognationis iure in Hungaricam conceſſere ditionem. Itaque dum tuto conſilio, in quo ſane vera gloria conſiſtit, temeritas ac auaritia anteferuntur, Choruaticum nomen prope extinctum eſt. Aliquot interiectis diebus rurſus Turcę ſuperiori illecti fortuna, regionem illam adorti ſunt, ſed non eadem fœlicitate vſi, plurimos ex ſuis præda nequicq̃ tentata amiſerunt. Et quoniam quidam Turcarũ hac in expeditione à Dalmatis excepti ſunt, factũ memorabile duorũ captiuorum, Hallai, & Mechmetis ſilentio non prætereibo. qui quãuis obſcuro loco in Dardanis eſſent nati, nobiliũ tamen virorum ſunt imitati virtutem, & quæ Chriſtianis etiã admirationi ſimul & documento ſit futura. Forte quidam mercator Rhacuſanus, vbi illi in vinculis aſſeruabantur, negociabatur: qui tum fortunam captiuorum miſeratus (nam & Turcas, quatenus homines ſunt, odio haud habendos cenſeo) tũ pollicitationib. eorum compulſus, eos non parua pecunia domino ſoluta, redemit, Rhacuſamq; ſecũ adduxit. vbi cum Turcæ precium, quo mercatori ſatisfacerent, nõ inuenirent, petunt ad ſuos dimitti, affirmantes iureiurando ſe ad certã diem pecuniam allaturos. Oblatis igitur dextris, pignore fidei pręcipuo, domum abeųnt. Ipſe ni hęc vidiſſem, referenti fidem forſan haud quaquam haberem. Turcæ ad præſtitutam diem reuerſi, non ſolum debitam pecuniam non abnegarunt, ſed etiam mercatori cumulanter ſatisfecerunt. Quorum alter cum ex parte non eſſet ſoluendo, ſeſe mercatori, ne fidem falleret, vltro in ſeruitutem addixit: quoad integrum precium perſolueret: tanti fuit profecto apud barbaros illos, alioqui omnis fere humanitatis expertes, fidei datæ, ac iuramenti religio. Sub idem fere tempus accidit res euentus rari, atque ideo haud tacenda. Turcæ aſſueti (vt diximus) Dalmatas incurſionibus vexare, quoddam ignobile caſtellum, ad Vipanum amnem ſitum, ditionis Hungaricę, qua forte prædabundi ibant, oppugnare ex itinere ſtatuunt. In ipſo Caſtello tres tantummodo viri, ſiue loco

freti,

freti, ſiue ſubito hoſtium interuentu à fuga intercluſi ſubſtiterant, cæteris in proximos montes metu hoſtili dilapſis. Turcæ, quod locus eſſet defenſoribus vacuus ignari, propius ad muros paucos ſenſim ſuccedere iubent, Caſtellum ſibi tradi petunt, pollicentes cuſtodibus ſi ſeſe ſponte dediſſent, inuiolatos dimiſſuros. Illi vero abuſi hoſtium errore, deſtituti loci ſolitudinem diſſimulant, atque ne mora conſilium proderet, imperata ſe facturos per dolum promittunt. Itaque ludificantes hoſtem locumque inſidiis quærentes, denuntiant, nolle ſe niſi ab ipſo eorum duce fidem accipere; eiusque præſentis dextram contingere. interim (vtpote ſalutem fidei Turcarum commiſſam, mortemque iuxta rati, nec eam alibi, quam in hoſtium ducis nece conſiſtere) parant in muro, qua duci erat accedendum tormentum, quod bombardam vulgo appellari, ſupra dictum eſt. Dux igitur Turcarum hoſtilis fraudis prorſus ſecurus, ſpe dedendi caſtelli ſibi iniecta, lætus procedit paululum extra ſuorum agmen, equo inſidens phaleris inſigni, cæteroque habitu conſpicuus. Iamq; portis proximus ſublatam dextram fidei indicem de more oſtendebat. Tũ, qui in ictum intentus, agendæ rei tempus expectabat, ignem tormento celeriter admouet, vi cuius lapidea pila terribili fragore excuſſa, Turcæ frontem percuſſit, quem ſimul ac diſiecto cerebro iacentem ſui conſpexere, ſtatim fugam arripiunt. Itaque noſtri, tametſi metu Turcaicę perfidiæ ad fraudem, (quæ procul à Chriſtiano homine eſſe debet) neceſſario confugerint, haud vlla librandi arte, omnibus culturæ duntaxat agrorum illis in locis deditis, ſed Dei clementia certiſſimo ictu deſtinatum hominem excipientes, periculum euaſere; propterea quod diuina ope protectis, nihil non vel ſummis in periculis tutum: ruſus vana ſunt mortalium arma, nullus maximi theſauri vſus, inutiles militum ingentes copiæ, omnia vel recte excogitata, male ceſſura his, quos Deus vult eſſe deſtitutos. Quod profecto cum ſæpe alias, tum noſtra ætate in tribus (vt nunc eſt Italorum captus) opulentis Italiæ imperiis, Neapolitano, Mediolanenſi, & Veneto declaratum eſt. quorum mutationes, & miſerabiles caſus, quoad res ſuſceptæ permiſerint, ſuo loco narrabimus. Vladiſlauus, ea parte regni perluſtrata, quæ vltra Danubium veteribus Dacia dicta eſt, nunc (vt ſupra meminimus) ab Hungaris TRANSILVANIA nuncupatur, iam ad confluentes Thibiſci, (vnde

Turca fidei data iuramentique ſeruantiſſimi.

Pauli Ciniſii mors. (vnde Danubius mutato nomine, Iſter appellatur) peruenerat. Ibi cognouit Paulum Ciniſium vſq; ad Ciabrum amnem (Muranam dicunt incolę) fineſque inferioris Mœſiæ populandum progreſſum, atq; ingenti præda ex agro Turcaico abacta, ſubita correptum morte: ingemuitq; haud ſecus, quam ſi amiciſſimi mors eſſet nuntiata, tametſi dicto eius non admodum fuiſſet audiens. Nam, cum ille duobus fere annis antea, quam exceſſiſſet vita, vſum linguę ſyderatione amiſiſſet, atq; ideo Prouinciæ adminiſtrandę haud ſatis idoneus putaretur: abrogatam tamen vſq; ad obitum, rege inuito, obtinuit pręfecturam. Hic ſane vir humili natus loco per omnes militię gradus aſcendens, nulli ſecundus inter duces militum, ætate ſua extitit. ſępius cum hoſtibus Turcis maxime conſeruit manus, ſemperque fere victor diſceſſit. nec profecto vitæ finem votis ſuis minus reſpondentem ſortitus eſt. Nempe in expeditione aduerſus Turcas, & ipſe immori victorię ſemper exoptauit. Sub idem tempus allatum eſt ad regem, quæſtores eius, dum tributum iam diu inſtitutum, more conſueto à colonis regni exigunt, à Laurentio Vuilaceno malę habitos, atque aliquot principes Hungarorum in regem coniuraſſe. Nec ab hoc conſilio, quidam ſummæ tum authoritatis, tum integritatis viri (falſo vt exiſtimo nominati) quo regi maiorem inimici inferrent formidinem, abeſſe nuntiantur; Regis quoq; Matthiæ vxorem (credo ſpreti coniugii iniuria fama fidem faciente) inter coniuratos fuiſſe, rumor erat. qui quidem (vtpote vanus) huic fœminæ nulli extitit fraudi. Quę res etſi magnam regi incuſſerat ſollicitudinem, nequaquam tamen animum demiſit, ſiue aduerſariorum contemptu, ſiue inſita animo conſtantia. Itaque exploratis inimicorum conſiliis, confeſtim cum ſuo comitatu, & parua militum manu, quę præſto aderat, ratus celeritate anteuertenda eſſe hoſtium conſilia, nec his ad vires colligendas ſpatium dandum, Vuilocum accurrit, tormentis ad diruendos, ſi opus fuerit, muros, ſecundo Danubii amne ocyus conuehi iuſſis. Laurentius, cognito regis aduētu, Vuiloco profugit, monitis nequicquam ſuis, vti ſaltem arcem vrbis à regis impetu defenderent, ſeſe propediem, cum exercitu adiuncto Priore Vianenſi, & Iacobo Scytha affuturum pollicetur. Vuilacenſes, vbi vident regem, cum paruo exercitu muris ſuccedere, portis apertis armati erumpunt. Rex haud ſuſpicatus oppidanos extra muros pugnā inituros, nec equo ad rem militarem idoneo, ſed tolutario vehebatur,

tur,

Arx Vuiloc enſis Vladiſlauo deditur.

tur, nec ferreo tegumento corpus munierat. Itaque adhibito equi ſui greſſu, reſpicit ad equites, qui pone ſequebantur, nulla voce ad eos cohortandos edita. nam ſicut nullo agendi, ita & nullo eloquendi ſtudio tenebatur. Illi autem per ſe quid facto opus eſſet intelligentes, & erant omnes veterani milites, admiſſis equis impetum in oppidanos faciunt, eosq; in oppidum confeſtim compellunt: atque vna cum fugientibus, & ipſi portas irrumpunt. Vladiſlauus potitus vrbe iubet cuſtodibus arcis denuntiari, ni arcem extemplo dedant, ſe eos pro hoſtibus habituros Illi autem reſpondent, ſibi eſſe in animo regi obtemperare, ſed fidem qua eſſent Laurentio obſtricti, quo minus id fiat, obſtare: ſe itaq; omne periculum ſubire malle, quam prodere, quæ fidei ſuæ eſſent commiſſa. Cæterum, poſteaquam tormenta arci iam admota eſſe, neque Laurentium cum auxiliis, vti promiſerat, adeſſe animaduertunt, arcem & ſeſe in poteſtatem regis permiſerũt. Rex aliquot diebus Vuilaci moratus, dum milites, quos imperauerat, conuenirent, vti exercitu aucto, maiorem hoſtibus terrorem incuteret, tutiusq; eos perſequeretur, ad reliqua Laurentii oppida expugnanda contendit. quibus fere intra paucos dies in poteſtatem redactis, aduerſus Priorem & Iacobum Scytham profectus, nullo ferme negotio eorum conatus compreſſit. Nam cum illi confiſi auxiliis Maximiliani Cæſaris (cuius leuitatem nondum perſpexerant) nouas res in VLADISLAVVM moliti eſſent, ſiue eius ignauiam contemnentes, ſiue Regem peroſi, cui ſtudiis ac ſuffragiis ſuis aduerſati fuerant: tandemque cognouiſſent Maximilianum, neque poſſe ſaluo fœdere, neque etiam audere in Regem Hungarorum quicquam mouere: omiſſis inquietis conſiliis in poteſtatem Regis conceſſerunt. Quorum exemplum ſecuti cæteri coniurati, depoſitis armis ſeſe Vladiſlauo dediderunt; quos ille locis duntaxat ad inferendam regno iniuriam opportunis mulctatos, omnes, præter Priorem, ingenita ſibi clementia liberos dimiſit. Priorem vero, veluti omnium authorem diſſenſionum: in carcerem coniecit, indignum iudicans, qui ſtatim veniam impetraret, eo, quod iam iterum in gratiam receptus, bellum vicinis, contempto regis imperio, vltro intulerat. Hac coniuratione hunc in modum compreſſa, perturbationis quoque, quam his ſcriptis memoriæ prodidimus, iam fere exitus fuiſſet, ni Beatricis reginæ importunæ obſtitiſſent nuptiæ.

Caſus puellæ cuiuſdã lamentabilis.

Hæc enim fœmina decoris ad matronam ſpectantis penitus oblita, nulla etiam primi coniugis regis Matthiæ Coruini, generiſue clariſſimi habita ratione (fuit enim Ferdinandi Neapolitani Regis, viri in adminiſtrando regno longe omnium peritiſſimi filia) ad hoc immemor ſterilitatis ſuę, adeo exoptauit Vladiſlaui coniugium, quo ſola eſſet apud Hungaros reginæ nomine vocitata, vt cum tandem reſciſſet ab Hungaris eluſam, palam profiteri, Vladiſlauum iuſto ſibi congreſſum matrimonio, haud erubuerit. Nec ei ſatis fuit hanc iniuriam ab ſe confictam, priuatim intra parietes deplorare: verum etiam ſtulta quorundam amicorum perſuaſione, ad Romanum Pontificem eum deferre haud dubitauit, regemque ex iure vocatum, Pontificis ſubiicere iudicio. quo facto & proprio nomini turpiſſimam inuſſit notam, & VLADISLAVVM, ſimulque regnum Hungariæ maximo affecit incommodo, dum Hungari Regis cęlibatum publicis viribus, vt erat, plurimum deeſſe arbitrabantur. Quam ob rem ipſi Hungari ſuo capiti, dolo fraudis ſuæ, præmium infamiam cum graui Reipub. detrimento reportarunt. At profecto & culpa omnino carituri fuiſſent, & Lodouicum, nunc admodum puerum, virilis iam ætatis, regem, Vladiſlauo amiſſo, habuiſſent, ſi id ſtatim à morte Matthiæ Coruini ingenue negaſſent Beatrici, quod nec polliceri ei inconſulto Vladiſlauo honeſtum fuerat: nec propter fœminæ ſterilitatem erat vllo pacto promittendum. Quocirca non tam Beatricem (quam eius cupiditatem ſexus, & naturæ fragilitas aliqua ex parte excuſet) quam Hungaros accuſandos cenſeo. natura enim mulieribus, animus affectionibus obnoxius, eius tantummodo perturbationis victor fere euadit, quæ vel nullam, vel minimam (vt ita dicam) promittit voluptatem. Cuius quidem rei admonitus cogitatione, referam paucis miſerabilem cuiuſdam puellæ caſum, quæ dum nimio moderari nequit amori, magna omnium admiratione, ſibi ipſi mortem conſciuit. atque eo id libentius narrabo, quoniam & ea res in hanc incidit ætatem, & quo talis monimentum exempli, omnes à tam fœdo reuocet ſcelere.

Erat cuidam agreſti Macedoni Philipienſis agri filia nubilis, apud quem cum quidam, florenti ætate Rhacuſani, mercatores forte diuerſati eſſent, vnus eorum, (qui quidem ſicut forma cę-

teris

Caſus puellæ cuiuſdã lamentabilis.

teris præſtabat, ita & moribus leuior erat) conſpicatus puellam facie, vt inter agreſtes ſatis eleganti hoſpitumque aduentu admodum lętam, conuerſus ad eam ſciſcitatur per iocum, velletne Latini generis virum habere. Macedones enim vt & mediterranei Illyrici, maritimi Dalmatæ, partim quia Romana literatura vtuntur, partim quia ritu religionis cum Romanis conueniunt, Latinis hominibus adnumerant. quam vocem tametſi puella hilari accepiſſet animo, nullum tunc prę pudore reſponſum dedit: ſed extemplo ad ſororem natu maiorem accurrens, verba, quæ hoſpes habuiſſet, defert: nec diſſimulat ſe hoſpitis amore deperire. rogat itaque ſororem, vt in domeſticis hortis collectos flores ad hoſpitem amantis puellę nomine ferat: indicetque eius animum in ipſum hoſpitem. Rhacuſanus acceptis floribus, quo commodiore hoſpitio vteretur, ſpe magna futuri matrimonii puellam explet, affirmans, nullam vnquam in vxorem præter ipſam ducturum. Nec huiuſmodi iocus latuit puellæ parentes. Itaque & ipſi, vt fit, delectati puellę ſimplicitate, hilariter vna cum hoſpitibus illum diem duxere, ignari quam magnam peſtem ille iocus filiæ eſſet allaturus. Poſtero die Rhacuſani mercatores, ſpe maturæ reuerſionis puellæ iniecta, abeunt.

Non ita multis poſt diebus, quidam item Macedo, qui rem pecuariam exercebat, inter eius generis homines ſatis diues, accedit ad hunc virum, quem diximus Rhacuſanos hoſpitio accepiſſe, filiamque eius eam ipſam, quæ Rhacuſanum adamabat, procatur. pater conſulta vxore, vtpote cum qua communem illam filiam habebat, opilionis voluntati ſtatim aſſentitur. Verum, cum non explorato prius puellæ animo, res perfici nequiret, mater ad ſe filiam vocat, indicatque ei, quemadmodum eſſet à patre opilioni deſponſata. Puella (vtpote cuius animus Rhacuſano dudum addictus erat) ſtatim vbi hęc audiuit, obortis lachrymis cœpit capillos, genasque vnguibus lacerare, ſeque alterius viri ſponſam eſſe, aſſeuerare. PARENTES puellæ rati, dandum eſſe puellari ſpatium perturbationi, haud aſperius filia obiurgata opilionem dimittunt, inito cum eo conſilio, vt puellam, nactus rei agendæ opportunitatem, raperet.

Puella igitur cum forte ad hauriendam aquam, de more extra

Caſus puellæ cuiuſdã lamentabilis. pagum profecta eſſet, à latente in inſidiis proco, quem maxime oderat, excipitur, deductaque in proximam ſiluam tacito ſuorum (vt dictum eſt) cònſenſu, comprimitur. Quæ quidem per vim ſtuprata, vbi domum ægra animi regreſſa eſt, iniuriam ad parentes, eorum conſilii prorſus ignara, defert. Illi vero dum & domeſticæ famæ conſulunt, & filiæ iram mollire conantur, ſuadent, vti eum virum quem ſors obtuliſſet, libenti animo acciperet: nec putaret externum & ignotum hominem conterraneo, & ei qui nec genere, nec fortunis eſſet ab ipſa contemnendus, anteponendum. Puella igitur animaduerſa parentum voluntate, eos perinde ac pudicitiæ ſuę proditores auerſata, hortum domui adiunctum ſola petit, ibique amore ſimul & ira furens laqueo ſeſe ex arbore ſuſpendit, atque ita interiit.

LVDOVICI TVBERONIS DALMATÆ ABBATIS COMMENTARIORVM DE TEMPORIBVS SVIS

Liber Sextus.

ABSOLVTA ſeparatim, veluti in principio huius operis polliciti ſumus, ſuperioribus libris regni Hungariæ perturbatione, ad ea, quæ illam conſequuta, quęque ex ea prope nata ſunt, enarranda ſubinde accedam; rebus nuper tranſactis recentiores quaſque contexens, ne propoſiti, ac rei ſuſceptæ oblitus, non tam temporum meorum, quam vnius tantummodo gentis euenta videar commemoraſſe: tametſi præſcriptis finibus ſtylus haud quaquam excedet, niſi quatenus res exteræ inſtituto operi cohærere videbuntur.

Andrea Caſimiro Polonorum Rege iam vltima ſenecta morbo extincto, Albertus eius filius, de quo ſæpe diximus, regnum, non tam Senatus, procerumq; voluntate, quam matris iniit ſuffragatione. Polonorum enim bona pars principum, veriti ferox Alberti

berti ingenium, ſtudiis ſuis in Vladiſlauum Hungarorum regem inclinabat, ius gentium timori ſuo prætendentes (erat enim Vladiſlauus, vt ante dictum eſt, liberorum Caſimiri omnium natu maximus.) Igitur vxor Caſimiri, tametſi Polonos principes magna ex parte conciliaſſet Alberto, ratatum, vti res ſeſe habebat, non niſi Vladiſlaui interpoſita authoritate Polonos paſſuros Albertum in Polonia quiete regnum obtinere, regni Polonici rebus, ſimul & liberorum proſpiciens concordiæ, hominem ex ſuis, cuius fidem erga Albertū exploratam habebat, Oratorem ad Vladiſlauum filium in Hungariam mittit. Huic mandat, vti ſalutato rege matris nomine, huiuſcemodi eum, amotis arbitris, alloquatur oratione. Quanquam, rex Vladiſlaue, propter inſitam humanis mentibus regnandi cupidinem, plerique mortalium in magno imperio ſummam conſiſtere gloriam putant: quandoquidem tamen regnum faſtidire, quam accipere, & modeſtia potius vincere præſertim ſuos, quam imperio maximo, laudis eſſe ſolet: propterea quod alterum armis, ac fortunæ beneficio plerumque paratur, in altero animi excelſitudo, & humanitas (à qua quidem homines appellationem traxerunt) omnino eluceſcit, cui profecto tanta ineſt vis, vt plerumque multo maiora, quam quæuis potentiſſima arma, efficiat. Nec longe huius rei exempla petam, quum & recentia, & tuæ propria laudis præſto ſint. Sextum decimum annum te agente, Vladiſlaue, non magis fortuna quam domeſticæ & paternæ continentiæ fama, ad Boemorum regnum, (quod quidem Matthiæ Huniadi magnopere id petenti vt probe noſti deſtinatum erat) prouexit, tuæ potiſſimum humanitatis gloria te regem Hungarorum creauit. Huius tantæ virtutis laudem non confirmabis modo, verum etiam ſummopere aucturus es, ſi inſita tibi modeſtia, ac animi magnitudine, erga fratrem hoc tempore vſus fueris. Qui quidem licet omnium conſenſu in regnum paternum, quia tu illud non poſtulaſti, ſuffectus ſit; tamē non niſi tua voluntate, & illud inire & adminiſtrare, animo propoſuit: eo, quod poſt pacem tecum factam, non libertatem ſuam modo, ſed & vitam tibi debere Albertus ingenue fatetur: nec iam quicquam concupiſcit, quod profecto aut tibi, aut iuri gentium poſſit aduerſari. Vt igitur regnum ei comprobes, non ſolum mater, & fratres tui, abs te contendunt: verum etiam omnes Poloni proceres, concordiæ maxime ac publici boni ſtudioſi, ſummis precibus petunt. Dices

Oratores ab vxore Caſimiri ad Vladiſlauum miſſi oratio.

 ces

Oratoris ab vxore Caſimiri ad Vladiſlaum miſſi oratio.

ces forſan, Albertum gratiam tuam factis ſuis non promeruiſſe? At hoc profecto tuam gloriam multo magis celebrem reddet. nam quanto maius officium in ipſum vltro contuleris, tanto magis tuam commendabis humanitatem. Etenim præterquam quod non eadem ſunt propinquorum, & cæterorum hominum in dandis accipiendiſque beneficiis iura (eſt enim quid proprio iure, in gratiam ſuorum, aliquando remittendum, atque etiam poſſeſſis diſcedendum) qui prouocatus beneficio remuneratione in quempiam vtitur, is quidem grati ſolummodo hominis nomen ſibi adſciſcit: at qui vltro confert commoda, is demum beneficus ac liberalis merito ab omnibus appellatur. Hæc enim virtus diuinæ imitatrix naturæ nihil cauſa agit, ſed eius gratia in quem ſuo duntaxat delectata officio, vtitur beneficentia. Atqui haud abs re tua futurum eſt, Vladiſlaue, ſi Albertus cognouerit, non magis Senatus ſui ſtudio, quam tua voluntate regnum paternum obtinuiſſe. Nam & te ſecum ſyncerè in gratiam rediiſſe, iam hoc potiſſimum erit argumento. Et ſi quid forte veteris offenſæ apud eius animum reſederit, huius meriti delebitur magnitudine. atque extinctis omnibus odii reliquiis, hoc officium imo in eius pectore, permanebit. Qui enim poterit vnquam tanti beneficii obliuiſci? quo ſcilicet regnum paternum tibi iure gentium debitum, ſe habere tum demum legitimum iudicabit: cum tuo id permiſſu accepiſſe ſenſerit. Quod ſane regnum, perinde ac præfectus tuus, non ſine maximo commodo tuo eſt adminiſtraturus. Ad hoc quis dubitat vel ſi Polonorum rex eſſes declaratus, quin Hungari viciſſim & Poloni ægerrimè ſint laturi, ſuum regem, alterutro regno diutius abeſſe? cum vtrumque regnum ob immenſam terrarum latitudinem, aſſidua regis indigeat præſentia. Si igitur, Vladiſlaue, quod petimus, in fratrem contuleris, & apud Hungaros qui magis præſentes vereri conſueuerunt reges, quam his ipſis dum abſunt parere, tuto ſemper regnabis: & Poloniam tuo prope imperio obtinebis: nempe, Albertum hoc maximo omnium beneficio deuinctum, obſeruantia atque cultura præfectum, vt paulo ante dixi, habebis: viribus potentiſſimum regem, charitate fratrem tui amantiſſimum. Facile Vladislauo, ſimul in omnem humanitatem ſuapte natura propenſo, ſimul quieti dedito, Polonus orator perſuadet, quum præſertim nollet fraternum amorem vlla iniuria exhauſtum videri. Huc accedebat, quod in rem

ſuam

Vladiſlauus Alberto fratri per oratorem eius petita côcedit.

ſuam fore arbitrabatur, fratrem aliena opera regem conſtituendum, moxque potentia æqualem prope ſibi futurum, tanto beneficio beneuolum potius reddere, cæteriſque hanc præripere gratiam, quam ei nequicquam forſan, & non ſine proprio aduerſari periculo. quum ſtudia hominum pro tempore, veluti marini æſtus, modo in hanc, modo in illam ferantur partem. Itaque legatos ad Albertum confeſtim miſit, qui ei de regno gratularentur, ſimul & ad mutuum eum amorem hortarentur. Non ita multo poſt, Vladislauus regnum Boemiæ quinque annis poſtquam inde abceſſerat, inuiſurus, Pragam (Sedes ea regni eſt) maximo apparatu profectus eſt (Hungari enim per ſtudium opes ſuas Boemis oſtentandi, magnam vim auri atque argenti, tum in veſtem precioſam, tum in equorum phaleras contulerant) qui vbi Boemiam ingreſſus eſt, his qui à Romano ritu diſſentiunt, magnum incuſſit timorem. Quippe Vladislauus Boemos, quos hęreticos noſtri appellant, ſemper auerſatus eſt. Et quia illi regis ignauiam penitus cognitam, contemptui habebant, & quia in his, quæ ad religionem pertinent, eius imperio nunquam audientes fuere. potuiſſetque tunc Boemos, vt nonnulli arbitrati ſunt, in Rom. Pont. redigere poteſtatem, ſi bonæ ſpei capacior extitiſſet · illorumque metu abuti voluiſſet. quamuis vel ſi aduerſus hæreticos Vladiſlauus mouiſſet arma, auocaſſet eum ab hoc incæpto noua Alberti in Getas expeditio, quos Valachos appellari ſupra docuimus. Nam vbi audiuit Polonos Valachiam ingreſſos, confeſtim Hungariam repetiit. Porro, Valachia, cuius pars ad ortum ſolis æſtiuum ſpectans Moldauia dicitur (antiquis Dacia appellatur) à Tranſiſtrana Hungaria montibus tantum ac ſiluis ſeiuncta eſt. qui quidem montes à Carpato in Auſtrum excurrentes, vſque ad Iſtrum fere amnem protenduntur. Huius incolæ regionis in parte magis, quam ſub imperio Hungarorum degunt. Ab Hungaris lingua & inſtitutis differunt. Romana enim lingua, licet non incorrupta, vtuntur. Cum Turcis, à quibus Iſtro flumine diuiduntur, multis annis varia fortuna bellum geſsêre.

Tandem magis populationibus, quam pręliis feſſi, tributi penſione finem incurſionibus impoſuere. Nolebât autem Hungari hâc regionem, vtpote ab antiquis regibus in ſocietatem aſſumptam, à Polonis occupari. Itaq; non mediocris militû manus eo confeſtim

miſſa,

Vladiſlaus Alberto fratri per oratorem eius petita concedit.

miſſa, quæ Valachis ſubſidio foret, ſi Poloni vim inferre conarentur. Quod quidem eo promptius ab Hungaris factum eſt, ne Albertus ſuperatis Valachis, iterum regnum Hungariæ bello laceſſeret. Vix enim vnquam ſuſpicio tolli poteſt, vbi aliqua, inter reges maxime, offenſa interceſſit. Cæterum, Albertus victoria recenti elatus (bis enim poſt acceptum regnum cum Tatharis (gens Schytarum eſt Tauricæ Cherroneſo accola) prælio commiſſo proſpere pugnauerat) iam in Moldauiam, qua hæc regio Roxolanos attingit, cum ingentibus copiis ingreſſus erat: per ſpeciem quidem bellum confeſtim cum Turcis geſturus: re vero Getas (quos Moldauios vocant) imperio ſuo adiuncturus. quibus ſcilicet in ditionem redactis de proximo bellum Turcis inferret. Sed nihil diu ſimulari poteſt. Nam quod Albertus longe alia, quam quæ præ ſe ferebat, animo agitaret, mox detectum eſt. Turcæ duo caſtella, à Baiozete Turcarum rege de Moldauiis aliquot ante annis occupata, præſidiis obtinebant: Monocaſtrum alterum, alterum Celias incolæ vocant. vtrumque autem in Getico agro ipſius Iſtri ripis impoſitum eſt. Igitur Albertus (vt dictum eſt) ſimulans, amicum ſe Getis eſſe, atque aduerſus Turcas propugnatorem, defenſoremque futurum, pollicitus erat, antequam quicquam rei gereret, hæc caſtella oppugnatum ire, receptaque Moldauiis reſtituere. Sed cum animo propoſuiſſet, prius quam Turcas aggrederetur, Moldauiam in poteſtatem redigere: quo præterquam quod Geticæ fidei parum credendum putabat (differunt enim Valachi à Rom. eccleſia non religione, ſed ritu ſacrorum) ſuo non alieno arbitratu, ſociorum viribus, operaque in Turcas vteretur: omiſſis interim Celiis, & Monocaſtro, munitioribus Getarum locis præſidia imponebat: per ſpeciem tutandæ Moldauiæ, æque ac regem imperioſiſſimum ſeſe gerebat. Stephanus Carabogdanes eo tempore Moldauiis imperitabat, vir licet ætate iam exacta, animo tamen ad bellum ſatis promptus. Is plane perſpecto Alberti conſilio, ſimul ſuis ipſius viribus imparem ſe ei iudicans (neque enim ſolo Hungarorum auxilio ſatis confidebat, vtpote ab Vladiſlauo Alberti fratre miſſo) Turcas à quibus, vt diximus, tributi penſione in amicitiam receptus erat, in auxilium concire ſtatuit, quo ſcilicet Polonis maiorem incuteret metum, quippe Turcarum nomen, id temporis ob imperium partim in Aſia, partim in Europa late patens, maximum erat. Geta igitur regem Turcarum ad bel-

ad bellum aduerſus Polonos ſumendum, hunc in modum per epiſtolā eſt hortatus. Stephanus Carabogdanes Baiazethi Ottomano regum maximo ſalutē. Compulſus Polonorū terrore, qui à me nulla iniuria laceſſiti, ſed ꝓfunda dominandi cupidine, ingentibus copiis, procurationis quidē meæ, verum imperii tui regiones adorti ſunt, à tua iam defeciſſem ſocietate: ni animo propoſuiſſem eodem fidei tenore erga te perpetuo permanere: & talis in te ſemper eſſe, qualis fui cum primum tecum amicitiam inſtitui, cæpique annuo colere tributo tuæ fortunæ magnitudinem: quæ te non modo finitimis gentibus antetulit: ſed etiam cæteris orbis regibus altius euexit. Itaque niſi mihi maturè ſuppetias tuleris, ſalua quidem ſociali fide, quam profecto quantum in me erit, ad vltimum præſtiturus ſum, non me poſthac, ſed Polonum, cuius ſane viribus omnino impar ſum, conterminum habebis. nam qui mihi parent, licet & ipſi tibi ſint deditiſſimi, malunt tamen voluntario officio pacem à Polonis redimere, quam bello victi iugum accipere, atque imperium pati. Scito autem Albertum haud ea ſpe impetum feciſſe, quo ſcilicet abactis duntaxat noſtris pecoribus (hæc enim iniuria ſolum præter libertatem, nobis ab externo hoſte inferri poteſt) ad ſuas ſedes reddita nobis pace reuertatur. Etenim nobis exploratum eſt, illum noſtras ſedes tanto animo concupiſſe, quanta quiuis maximi animi atq; imperii rex concupiſcere poteſt. Caue igitur ne hic hoſtis, poſteaq̃ me oppreſſerit, tibi quoq; mox graue exhibeat negotium. nam ſi me ſuperato, te laceſſere cæperit (quod quidem ſe propediem facturum denuntiat) profecto cæteri Chriſtiani (quibus ſane Polonos bello impares eſſe cōſtat) etiam oppugnare audebunt. Atqui velim te non fugiat, Chriſtianis Europæ accolis longe difficilius eſſe, bellum aduerſus te incipere, quam gerere. Putant enim ſibi ad huiuſce expeditionem ac coitionem authorem magis, quam vires deeſſe. quippe ſiue mari, ſiue terra res gerendæ ſint, omnia illis affatim ſuppetunt, arma, equi, varii generis tormenta, naues, rei nauticæ peritia, pecuniæ, pedites, equites, militaris artis ſcientia, ducum virtus & animi magnitudo. Quare non minus è re tua, quam mea feceris, ſi precibus meis admiſſis, confeſtim dederis operam, vt quamprimum ſciant Romani ritus Chriſtiani, te non modo inuictum, ſed ne leui quidem iniuriæ eſſe opportunum. Quo facto & mihi tutelæ tuæ commiſſo, è dignitate tua conſultum erit &

Stephani Carabogdanis ad Turcarum regē epiſtola.

R impe-

Turcæ Chriſtianos ſibi amicos faciunt, vt incautos opprimant.

imperio tuo maxime cauebis. Hæc Geta ſecutus ſane conſilium, nec Chriſtiano homini ſatis honeſtum, nec imperio ſuo in poſterum ſatis tutum. Nam vt apud Dalmatas in prouerbio eſt: *Quodcunque ſolum Turcæ equorum ſuorum vngulis attigerint, illud de cætero ne vernis quidem imbribus reuireſcere, aut herbis veſtiri.* Quo ſane prouerbio arguitur tum ſtultitia, tum impietas, qui ope communium hoſtium ſuas vlciſcuntur iniurias; cum longe præſtet ob Chriſtianæ reip. vtilitatem regno potius cedere, quam Turcarum armis illud retinere. quippe quorum amicitiam maximis iniuriis ac demum libertatis precio Chriſtiani ſemper pararunt. Turcæ enim cum Chriſtianis nulla alia cauſa amicitia iunguntur, niſi vt demum opprimãt incautos. Vnde qui illorum fidei minime credunt, maxime tuti ſunt. Baiazetes literis Stephani Carabogdanis acceptis, extemplo eos, cum quib. de grauioribus negotiis conſultare conſueuerat, ad ſe conuocat, atq; ad eos ex literis refert. nemini res contemnenda viſa. Itaque omnium conſenſu exercitus, qui Polonis reſiſteret, paratus eſt, iuſſuſque in citerioribus Iſtri ripis caſtra ponere; mandatumq; duci, vt ſi ex vſu eſſe arbitraretur, Iſtrum traiiceret, ſed manus cum hoſte haud prius consereret, quam fidem Getarum experiretur. Verebatur enim Turca, ne quam fraudem Valachi molirentur: eo quod arbitrabatur eos (vt fere & cæteros Chriſtianos) malo eſſe in Turcas animo. Et quia ſæpius illa gens, potius quo fortuna vocaret, quam fides, inclinarat arma. Igitur poſteaquam Turca animaduertit, Carabogdanem ob vaſtatam regionem ſuam iuſta ira in Polonum accenſum: opemq; abſq; vllo dolo implorare, partem fere tertiam copiarum traiecit, duas reliquas in iiſdem caſtris reliquit, ne ſociorum agris multitudine hominum oneri eſſet, cum præſertim expeditio haud magnis copiis indigeret, propterea quod graue Moldauiæ (vt arbitror) Polonis cælum omnem pene exercitum cum ipſo duce valetudine tentauerat; magnaque pars Polonorum, quæ maxime laborum inſueta, rerum neceſſariarum inopiam, longinquamque militiam moleſtius tolerauerat, morbo abſumpta erat. Valachi Turcarum auxiliis freti, confeſtim è montibus, ad quos cum familiis animaduerſo Polonorum hoſtili animo confugerant, deſcendunt. his enim mos patrius eſt, hoſtem in patentibus campis nequaquam operiri. verum exuſtis vicis & pabulo corrupto, iuga montium petere, atque inde ex occaſione præliis hoſtem laceſſere. Itaque coniuncti

iuncti cum Turcis haud procul à Polonis conſedére, aduerſa hoſtium valetudine magis, quam viribus confiſi. At Poloni, ſimul ſuorum ac regis ægritudine, quæ quidem eorum incæpta vel maxime irrita fecit. ſimul noua Valachorum audacia, Turcaiciſque auxiliis, quæ ab ipſis Valachis de induſtria iactata, multo maiorem vero putabant eſſe, perterriti, omittendæ expeditionis atque ad patrias ſedes reuertendi capiunt conſilium, ſero temeritate ſua animaduerſa.

Turcæ Chriſtianos ſibi amicos faciunt, vt incautes opprimant.

Præmiſſis igitur cum modico præſidio carris, quibus impedimenta vehebantur, iter propter radices montium, qui Moldauiam ab Hungaris diuidunt, arripuére. haud tamen raptim cum agmine incedentes, ne valetudine correptos hoſtibus trucidandos relinquerent: ſimul ne profectio fugæ ſimilis videretur. Quæ res hoſtium animos vehementer ſolet excitare. Quod vbi Valachi animaduertunt, ocyus Polonorum iter præuertere ſtatuunt: atque antequam Poloni valle & ſaltibus excedant, in eorum impedimenta irruere, iuſſis Hungaris Turciſque extremum fugientium agmen carpendo turbare. Non defuit conſilio fortuna. Nam Valachi regionum notitia celeriter ſuſceptum iter per diuortia emenſi, Polonorum impedimenta partim ex aduerſo his oblati; partim à latere inuadunt: & ne quid terrori deeſſet, quidam è iugis montium decurrentes, miſſilibus hoſtem, metu ſimul & valetudine ad repugnandum ſegnem vrgebant.

Itaque Poloni multiplici malo circumuenti dum magis ſaluti quam ſarcinis conſulunt, magna ex parte impedimenta cum aliquot millibus, qui hoſtilem impetum ſtrenue pugnando ſuſtinuerant, amiſere, atque in patriam regreſſi ſunt, precium inconſultę expeditionis dedecus non ſine detrimento reportantes. Cui autem dubium eſt, Albertum, in Getas temere motum eſſe? quippe quibus tantum libertatis ſtudium ineſt, vt neque finitimis Turcis, (quorum armis tot iam Chriſtianorum regum imperia deleta ſunt) neque Hungaris (quibuſcum vetus ſocietas, vt ante dictum eſt, illis intercedit) ſeruire vnquam animum induxerint; cum vtraque gens eos bello ſæpius tentaſſet. Tales ergo non vi cogendi erant: verum beneficiis conciliandi, atque mercede potius in partem, quam in ditionem trahendi. Præterea ſummæ dementiæ fuit, cum Polono tantummodo tyrone milite, laboriſque intole-

Poloni inconſulte agentes clade magna afficiuntur.

rantiſſimo Turcas, gentem in armis duram, crebriſq; expeditionibus exercitatam, bello laceſſere, non deductis prius in ſocietatem Hungaris. qui quidem ſoli fere hac tempeſtate cum Turcis pugnare nouerunt: eo q; inſito quodã odio quotidianis prope prœliis cum his cõtendunt, maximoq; ob id ipſum illis terrori ſunt. Quod ꝑfecto ſi Albertus feciſſet, haud vllã ſuſpicionem eius in Moldauiã acceſſus, Hungaris loci opportunitatem timentibus, prorſus mouiſſet. quæ quidem lues multorum fons errorum regum inuicem animos vel maxime diſſociat, atq; in diſcordiã impellit. Carabogdanes, poſteaq̃ Poloni eius finib. exceſſerant, Turcas hoſtium ſpoliis munifice donatos, recipi vltra Iſtrum, & terram ſuã externo exercitu exonerari iubet, legatoſq; cum donis fortunæ ſuæ congruentibus, qui de ope allata Baiazethi gratias agerent, miſit: remq; vti geſta erat, indicarẽt. Quod eo conſilio fecit, ne Turcæ, qui nomine tantum, nõ armis iuuerant, totam profligati Poloni gloriam ſibi apud regem, haud ſine Chriſtianorum contemptu vindicarent. cum eius maior pars tum ad Getas, tum ad Hungaros pertineret. Non contemni enim ab eo, quo cum nulla firma ſocietas eſſe poteſt, non modo glorioſum eſt, verum etiam valde tutum. Etenim *Turcæ, ſi quando nobiſcũ fœdere coeunt, haud noſtro illud, ſed ſuo metiuntur emolumento.* Baiazethes cognitis, quæ in Moldauia geſta erant, animum in Chriſtianos, diu metu fraterno coercitum, vehementer exacuit. Iam enim Gemius Ottomanus Baiazethis frater veneno necatus interierat, quem Rhodiorum equitum princeps (magnum illi magiſtrum vocãt) Innocentio VIII. Rom. Pont. venditũ (vt mox oſtendemus) Alexander VI. inſecutus Pontifex Rõ. è cuſtodia eductũ, Francorũ regi Carolo VIII. inuitus tradiderat. cuius ſane interitus Chriſtianos, Turcis præſertim cõterminos non mediocribus affecit incõmodis. propterea q; Bazethes, qui antea frenis quibuſdamve compedibus vinctus continebatur, ſublato fratre, non ſecus ac fera beſtia refractis clauſtris erumpit in noſtræ religionis gentem. atque exinde occaſionem quæſiuit, qua vel his Chriſtianis, quibus cum illo pax erat, modo hii opportuni eſſent iniuriæ, arma inferret. Itaque Carbaliam à Catarenis, propter acerbas fructuum exactiones, ad Turcas deficientem, quum per fœdus inter Turcam & Catharenos id fieri non liceret, ſuo adiunxit imperio. Eſt autem Carbalia DALMATIÆ regio ſinui imminens Rhizonico. Agri eius fructus Aſcrinienſes

(quos

(quos nunc Catharenos dicunt) priuſquam illa regio ad Turcas defeciſſet, perceperunt. Cæterum, occurrebat animo, eorum ritu, qui compoſitis actionibus ſeſe in ſcholis declamando exercent, noſtratium impendentes ſimul & recens acceptas deplorare calamitates, quam quidem nunc inſtitutarum rerum ordo exigit commemorare, atque ea ſtylo perſequi, quę profecto neque ſine graui mœrore monimentis mandare queunt: & in maximum eſſent Chriſtianos principes odium inductura, modo id à lege hiſtoriæ nõ abhorreret, & ius ac facultas orationis meę, rei geſtæ exęquare poſſet atrocitatem. Equidem animaduertens, cum cæterorum Chriſtianorum, tum patriæ meæ periculum, vix mihi temperare poſſum, quin eos principes, ne dicam immaniſſimos gentis ſibi creditæ prædones, qualicunque accuſem oratione. qui ſane aurum, fragile emolumentum ſecuti, mortem (vt fama eſt) Gemio Otomano nefarie intulerunt; propterea quod illo viuente (vt paulo ante demonſtratum eſt) nunquam vllam aduerſus Chriſtianos alicuius momenti expeditionem Bazethes ſuſcipere auſus eſt. Nam cum ſexdecim prope annos, vſque ad fratris obitum regnaſſet, nulla ferme arma in Chriſtianos mouit, nec quenquam de his locum cœpit, prętérquam duo ignobilia circa Iſtrum caſtella, Celias, Monocaſtrumq;: quæ quidem in Carabogdanis (vt dictum eſt) fuerunt ditione, magisque ab incolis deſtituta ſunt, quam ab hoſtibus vi capta. Sed antequam ad Chriſtianorum clades accedam, quæ Gemii interitu conſecutæ ſunt, eius viri fortunam, quo res paulo ante perſtricta magis in aperto ſit, paucis attingam. Quod vt facerem, ea vel cauſa potiſſimum adductus ſum, ne videar quempiam tanti ſceleris falſo inſimulare. Quum Mechmetes Otomanus cognomento Magnus, qui de Gręcis Conſtantinopolim cepit, plures liberos ex ſeſe genuiſſet, duos tantummodo virilis ſexus, Bazethem & Gemium, ſibi ſuperſtites reliquit. Bazethi Amiſſiam vrbem, cum magna Galatię parte, Gemio Pamphyliam viuens adhuc pater attribuerat, vnde ſcilicet illis ad victum & cultum ſumptus ſuppeterent. Vterq; igitur ſummopere amicos, fautoresq; ſibi parabat, atque ſic ambo certa fere ſpe, æquali prope animo ad paternum aſpirabant imperium. nam quod minori ætas detrahebat, id virtute & paterno iudicio, ac gratia ſatis compenſabatur. Quum igitur Mechmetes fato eſſet functus, quidã purpuratorum, qui quidem Gemio erat deditus, eum confeſtim per

Carbalia Dalmatia regio.

Rhodus inſula, vnde milites Rhodii nominati.

litteras de patris obitu certiorem facit: hortaturque, vt quamceleriime Conſtantinopolim aduolet, atque aduentum fratris præuertat.

Verum, cum litteræ ab Ahmeto Coſicio Bazethis genero, (qui per id tempus Myſiæ in Aſia præerat) forte eſſent interceptę, occaſio oblata eſt Bazethi prius, quam Gemius Conſtantinopolim accederet, ſedem regiam paternumque theſaurum (qui quidem Conſtantinopoli aſſeruabatur) occupandi. quo vbi potitus eſt, nihil obſtitit, quo minus ſtatim rex appellaretur, nempe prætorianos ingenti donatiuo allectos in partes ſuas traxit. Turcarum n. animi nulla alia re magis, q̃ largitione, conciliantur. quanquam ſunt, qui id gloriæ non Ahmetho Coſſicio, ſed cuidam Muſtaphæ Epirotæ tribuant. Qui ſane dum Bazethem contenderet, nuntiatum illi paternam mortem, inciderat in quendam, idem nuntium Gemio ferentem; à quo cum percepiſſet, quo iter haberet, fingit ſe quoq; eodem properare, atq; parum cautum obtruncat. Quo facto & Gemio mora iniecta eſt, ſedem paternam inuadendi, & Bazethi ſpatium datum Conſtantinopolim, antequam frater quicquam noui conſilii caperet, perueniendi. Bazethes igitur accepto regno, vt à pietate illud auſpicaretur, patri regio more iuſta magnifice perſoluit: mox militibus præter conſuetum ſtipendium, iterum ſatis large donatis, confeſtim aduerſus fratrem, qui iam in Bithyniam (qua ea Myſiam attingit) ingreſſus erat, Pruſſæque vrbis ſuburbia diripiebat, exercitumque miſit cum inſigni duce Achimathe Hiedio, qui Hydruntem oppidum in Salentinis paucis ante menſibus Mechmetis magni auſpiciis expugnarat, atroxque Regi Neapolitano Ferdinando bellum conflauerat. Bis itaque commiſſo pręlio Gemius tandem profligatur, fugaque in Cariam, mox Alicarnaſſum delatus eſt. Inde tuto acceſſu impetrato, Rhodum ſeſe recepit. Inſula hæc Lycię adiacet, vrbemque nobilem eodem nomine vocitatam habet. eam ſacerdotes, qui & equites Rhodii dicuntur, imperio obtinent; diuumque Iohannem, eum quem noſtri Baptiſtam nuncupant, patronum habent, ac tanquam tutelarem Deum colunt: cuius & imaginem in vexillis & ſignis militaribus depictam gerunt. fundos, ex quibus magna percipiunt commoda, per omnes Chriſtianæ ditionis regiones poſſident. Nemo fere in eorum collegium admittitur, niſi illuſtribus ortus ſit parentibus. atque cum

quis

quis eorum ſacris initiatur, ſacramento adigitur, ne duobus armatis hoſtibus per metum cedat. In quatuor autem claſſes diſtributi ſunt, quem ipſi (vt diximus) magnum magiſtrum vocant. Vna claſſis diuinis tantummodo intereſt rebus, ſacrificiaque procurat, nec in bello verſatur, niſi hoſtis alienæ religionis eos laceſſeret. Reliquę tres dignitate & fortunis inter ſe diſtinctæ armis deditæ ſunt.

Rhodus inſula, vnde milites Rhodii nominati.

Prima enim eſt eorum, quos ipſi Principes vocant. Hi ſacerdotiis opulentis, atque ampliſſimis inſtructi, magnum amicorum clientiumque numerum, ſemper habent apud ſe, quorum ſane opera belli tempore maxime vtuntur. His alii ſicut cenſu, ita & dignitate inferiores ſunt: licet & ipſi genere haud obſcuri ac fortunis etiam mediocribus præditi ſunt. Poſtremi ſunt nullo ferme honore, niſi quem virtute propria compararunt; vtpote qui neque ſanguinis nobilitate, neque prouentibus, quos quidem nullos ex poſſeſſionibus capiunt, ſatis cenſeri poſſunt. Ad hos cum Gemius quinquaginta circiter fidis clientibus comitatus, profugiſſet, credens apud Chriſtianos, & hos quidem religione ſacros, fidem inuiolatam fore, atque aliquid inde ſubſidii afflictis rebus acceſſurum, ſtatim in cuſtodiam traditus eſt. Interiectis aliquot diebus Rhodii equites ex collegii decreto mittunt ad Bazethem cum his mandatis Oratores, vt ſcilicet, ſi vellet, fratrem in perpetua teneri cuſtodia, ſolueret quotannis quadraginta millia nummûm aureorum: arbitrantes eo conſilio, & regem Turcarum ſibi valde obnoxium futurum; & apud reliquos Chriſtianos id ſplendori fore. Bazethes primo Rhodios, vt precium pro nece Gemii mallent accipere, quam eum viuum cuſtodire, tentauit (ratus vt erat) eius morte regnum ſibi ſtabilitum iri. Verum vbi aliquamdiu fraternum caput nequicquam licitatus eſt (haud enim Rhodiis ère ſua fore videbatur, prodito Gemio, tantum Bazethi demere metum) oblatam accepit conditionem. At Rhodii ſimul Turcarum propinquitatem, animumque inimicum, ſimul validas vires formidantes Gemium naui oneraria impoſitum in Galliam auexerunt, ibique in quodam caſtello ſuę ditionis, in libera cuſtodia teneri iuſſerunt. Ea tempeſtate Matthias Huniades Coruinus, quo cum Turcæ, vtpote finitimi, bellum continenter gerebant, Hungaris imperitabat. Is ſperans, ſi

Gemi-

Innocentius VIII. Turcam captiuum à Rhodiis mercatur.

Gemium in poteſtate haberet, non ſolum facile conſecuturum, vt Bazethes intra fines ſuos ſeſe contineret, atq; inualidior viribus fieret (certo enim ſciebat Gemium à popularibus ſtudio, vt fit, nouarum rerum valde deſiderari) verum etiam ſe bonam imperii partem eo facto Turcis adempturum: quippe arbitrabatur Bazethem fraterno metu nullam pacis conditionem ab ſe dictam recuſaturum: legatos ad Lodouicum Francorum Regem Turcam petitum mittit. Gallus (nondum enim vt arbitror, Deus propter ſcelera noſtra à Turcis auerſus erat) ne Rhodiorum animos offenderet, negat ſe Hungaro quod poſtularet iure præſtare poſſe, excuſans Turcam haud quaquam eſſe ſui iuris, vtpote quem Rhodii per ſeſe cuſtodirent. Non ita multo poſt Innocentius VIII. Pont. Rom. & ſibi amplum fore putans, regem Turcam tributarium habere: & tanto auro, cuius quidem ſacerdotes hac tempeſtate maxime auidi ſunt, potiri cupiens, oblata Rhodiorum principi dignitate, qua Cardinales ſacerdotes Rom. Eccleſię inſigniti ſunt, agit cum illo, vt Turcam ſibi traderet. Rhodius non paruum fortunæ ſuę additamentum exiſtimans, in collegium Cardinalium cooptari, accepta conditione, hominem ſuę fidei commiſſum, huiuſcemodi facile permutat magiſtratu. Itaq; vidimus, ſi Deo placet, non pecunia modo, quod iam ſolenne eſt, ſed etiam perfidia, atq; humano ſanguine ſacerdotia apud Chriſtianos parari; ſi Chriſtiani appellandi ſunt, qui nihil prętер nomen habent Chriſtianorum. Mortuo Innocentio Alexander VI. Pontificatum pecunia adeptus, Gemium in Caroli octaui Francorum regis, tunc Neapolitanum regnum petentis, coactus (vti ſupra dictum eſt) permiſit poteſtatem, dato ei prius veneno haud quidem præſentaneo, ſed quod ad occultandam facinoris inuidiam aliquot diebus mortem protraheret. Ferunt autem, hunc Pontificem adeo deplorata vita atq; ad extremum perditum fuiſſe, vt omnia ſacra pretio venderet. Quoſdam inſuper Cardinales diuitiis notos veneno ſuſtuliſſe dicitur, quo eorum pecuniis liberorum ſuorum ex adulterio ſuſceptorum fortunam augeret. Quare eius ætate per totum fere Chriſtianum orbem hi verſiculi paſſim decantabantur:

Vendit Alexander claues, Altaria, Chriſtum,
Emerat iſta prius, vendere iure poteſt.

Vnde omnibus perſuaſum eſt, ipſum Pontificem, qui verius carnificis nomen obtinere debuit, Venetis quoq; non ſolum conſciis, ſed etiam

etiam internuntiis, propter ſimultatem quam cum rege Carolo habebant, ingentis pecuniæ pactione ad hoc ſcelus à Bazethe eſſe inductum. qui quidem in ſecuritatem ſuam (vt dictum eſt) fratrem è medio, tolli magnopere optabat. Atque in hunc maxime modum Chriſtiani, Turcis præſertim finitimi, à quibus minime oportuit, pene proditi ſunt. nam Bazethes domeſtico metu liberatus, ſtatim animo conſilia volutare cœpit, Chriſtianos aperte oppugnandi, atque opportunitate rerum gerendarum, quę ad illam diem haudquaquam patuerat, vti.

Alexander VI. carnifex potius quam Pontifex habendus.

Itaque, vbi Turcæ, qui in Bazethis regno alicuius numeri erant, regis animum iam erectum, atque ad bellum inclinatum animaduertunt, ſpe nouarum expeditionum (hi enim nihil minus quam ocium ferunt) confeſtim pro ſe quiſque arma, equos, clientes ſummo ſtudio parare cœperunt, ducemque imprimis aduerſus Polonos omnibus conciliabulis identidem flagitare: id maxime agentes, ne non ſine Turcarum dedecore Alberti Polonorum regis minæ impune tranſmitterentur. Igitur ex veteribus prouinciarum præfectis Balys Marconius (qui & ipſe ab Otomano longa cognatione genus ducebat) ratus, vt erat, iam tempus aduenisſe, quo Bazethes facile ad bellum impelli poſſet, ad eum accedit, atque data facultate dicendi, ita dixit. Nemo præfectorum tuorum, Rex Bazethes, ante hac eſt auſus ad te vllam nouam expeditionem ſuſcipiendam adhortari: tametſi animi tui magnitudo & gloriæ ſtudium omnibus tuis ſatis perſpecta eſſent, eo quod neminem latebat, te non niſi iuſtis cauſis arma conſueſſe in hoſtem mouere: atque eos tantummodo bello perſequi, qui te iniuria vltro affecerunt. Nunc autem prouocatus à Polonis gente deſide, omniumque ignauiſſima permitte, vti per me illi intelligant, quibus viris tuum munitum ſit imperium, & quam temere quieſcentem laceſſerint leonem. Certum eſt enim mihi, ſi me iuſto exercitui pręfeceris, Poloniamque prouinciam mihi deſtinaueris, eam gentem tantis cladibus afficere, vt de cętero non modo non minentur Turcis, qui ductu & auſpiciis Othomanorum bonam Aſiæ atque Europæ partem ſubegerunt: verum nomen quoque eorum perhorreſcant. Nam ſi per te licuerit, quidquid agri inter Tyram & Carpatum montem ad regem Polonum pertinet, populabundus peragrabo, Rhoxaniiſque mancipiis, omnes regiones, quæ tibi parent, explebo:

S terras-

En laudes Christianorum per eos Turca veriſſime prædicatas.

terraſque regni tui, quæ hę cultoribus vacuę ſunt, captiuorum multitudine frequentiſſimas reddam. Nec putes quicquam periculi ab illis gentibus nobis impendere poſſe. Luxu omnia ibi fluere audio: Baccho tantummodo indulgent, & Veneri: quorum ſcilicet ſacra per totum annum ab illis continenter celebrantur: vt neque Orientem, neque Occidentem quiſquam ſolem eorum vnquam aſpiciat. Æſtate nihil præter choreas puellarum ac iuuenum cibo, potuque madentium, per vrbes & pagos ſpectare licet. Per totam vero hyemem veluti inſecta animalia, quę hyberno tempore ſubterranea petunt loca, in cellis caldariis abditi, perpetua item crapula graues iacent, corpore pariter & animo torpentes. Quare magis nobis timendum eſt, ne ob illius tam deſidis gentis ignauiam haud ſatis egregiam potius reportemus victoriam, quam vt vllum illic incommodum capiamus. Hac Marconius oratione traducto in ſuam rege ſententiam, Poloniam obtinuit prouinciam. Magna igitur Turcarum manu coacta (hi enim rapto, vt plurimi viuunt) ad Iſtrum, qua hic amnis Peucem circumfluit Inſulam, profectus eſt. Hoc in loco luſtrato exercitu ex omnibus copiis circiter quadraginta millia hominum, qui armis & equis erant inſtructiores, delegit, atque cum his traiecto Iſtro in Moldauiam perrexit. Ibi ad ſex millia Valachorum, quorum ira in Polonos nondum deferbuerat, cum eo ſeſe coniungunt. His ducibus ad Tyram amnem, qui Dacos & Tatharos diſterminat, acceſſit. His in locis aliquot dies moratus, dum & exercitum ex itinere defatigatum reficeret, & Tathari, qui nunc terras mari adiacentes inter Tyram & Tanaim incolunt, in partem prædę vocati ſeſe Turcis aggregarent. nam & ipſi Turcaico ritu Chriſtianorum regiones incurſant, prædęque & latrociniis maxime ſtudent. Cum hoc agmine Balys Tyram dextrorſum, Scythicos montes è læua habens, qua minime regio eſt vicis frequens in Septentrionem inceſſit. Quindecim dierum iter abſque vllo maleficio emenſus, ne per tumultum præda prius è manibus elaberetur, quam regio, quæ euaſtanda erat, hoſtilem ſentiret incurſionem, atque ita in Roxanorum agro vicis admodum frequenti, non procul à radicibus montium, qui Polonos à Roxanis ſeiungunt, conſedit, caſtris in quodam tumulo paulo editiore communitis: exploratiſque omnibus circa lo-

ca locis, ne qua forte eſſent inſidiæ, nec non præſidiis diſpoſitis, qua venturum hoſtem ſuſpitio erat (allaturum enim opem ſuis Albertum omnes credebant) copias prędatum emiſit. Igitur hinc Tathari, inde Turcę ac Moldauii conſcenſis equis, quos ad id temporis manu duxerant, quo his inter excurrendum recentioribus vterentur, Roxanos vicatim ſine vllis fere viribus habitantes, veluti indagine vndique circumuentos adoriuntur. Et eſt regio incurſionibus propter patentes campos admodùm opportuna. At illi inopinato malo exterriti, quum alioquin armorum eſſent inſueti (tantummodo enim agriculturæ ſtudent) neque ſeſe armis defendere, neque diffugere regionibus vndique obſeſſis, ac armato hoſte completis nituntur: ſed veluti pecora in manus hoſtium vna cum omnibus fortunis inciderunt. Clades regioni illatas, cædes hominum, rapinas, Pagorum vaſtationem, ſacrarum ędium incendia, raptus virginum ac puerorum, cæteraque quæ prædones & fœda factu & relatu haud honeſta in captiuos ediderunt, ſilentio tegam: ne ea narrando eleuem ea, quæ ſane ætate noſtra miſerrima euenere: quum ignauia tum diſſenſionibus principum Chriſtianorum. qui quidem, dum quiſque alienæ inuidet gloriæ, nulla prorſus coire poſſunt ſocietate, aut in communem hoſtem opportune componi. Centum prope millia hominum capta eſſe feruntur, nullo fere prædonum in populatione vulnerato, nedum interfecto, pręterquam circiter quingentos, qui profecto haud hoſtili ferro, verum cuiuſdam vici ab ſe capti incendio fortuito noctu effuſo periere, vna cum tribus millibus captiuorum. Poſtea quam aliquot dies populando abſumpti, prædones ſuas quiſque ſedes cum præda, quæ cuique obtigerat, repetiuere, nullo non ante libidinis ac crudelitatis genere in Roxanos edito. Nam ne quid poſtremo calamitatis infeliciſſimæ deeſſet genti, omnes qui aut valetudine, aut ſenio itineris laborem pati nequiebant, interfecti ſunt, hoſte barbaro ac omnium immaniſſimo, beneficii loco ſęuiſſimam inferente mortem: quam ſane miſeriarum finem corporibus ita afflictis prædicabant eſſe. quanquam non captiuorum fortunæ ea crudelitate conſultum volebant: ſed ſęuitiam ſuam, eorum morte exſatiare, quos in ſeruitutem adducere non poterant.

Roxani incurſionibus opportuniſſima regio.

Cæterùm, Marconius, quum poſt quartum tandem à profe-

Orig. Turcarum.

ctione menſem commiſſum ſibi exercitum ad Iſtrum reduxiſſet, eo regius quęſtor, qui mancipia recenſeret, regique quintum quodque mancipiorum caput, de more acciperet, à Conſtantinopoli acceſſit. Is, dum inter recenſendum quemque præſtantiorem forma captiuum, Regi eum attributurus, ſeligit, pene à quodam Marconii milite interfectus eſt. nam cæteris tenui tantum murmure indignationem prę ſe ferentibus, eo quod regis deſidia, æquale prope emolumentum cum his acciperet, qui acerbiſſimos labores ac ærumnas in expeditione paſſi fuiſſent, ille collectam iram haudquaquam verbis effundens, ſtricto enſe in quęſtorem irruit, occiſurus eum, ni circumſtantes inhibuiſſent commilitones. Atqui licet huius viri dolor, ac indignatio haud omnino iniqua foret, ſi non etiam rixa & gladii eductione, quod apud Turcas capitale eſt, extitiſſet: mox tamen factus læſæ maieſtatis reus, dignas audacia ſua pœnas dedit. Palo enim nemine hoc ſupplicium deprecari audente, Bazethis iuſſu affixus eſt. Eadem nimirum ſeueritate Turcarum reges in ſuos, qua domini in ſeruos imperium exercent. Cæterum, quoniam de Turcis, quæ quidem gens, partim in Aſia, partim in Europa latiſſimum noſtra tempeſtate obtinet imperium, in pluribus huius operis locis mentio non modo facta eſt, ſed etiam facienda; haud alienum videtur, eius gentis primordia & mores, atque quonam modo tantum imperium ſit adepta, commemorare. De Turcarum antiqua patria, duplicem famam apud Scythas authores reperio. nam alii Turcas ab Hyperboreis montibus digreſſos eſſe opinantur. Alii, quibus & ipſe aſſentior, Scythas eſſe Aſiaticos affirmant, atque ex illa regione, quam nunc vulgo Cathaiam appellant, aduenisſe. Satis enim mihi exploratum eſt, Turcas communes prope ſedes cum Tatharis intra Caucaſum montem habuiſſe: nam & eiuſdem fere linguæ homines ſunt: Tatharosque ad Tanaim fluuium profectos circa Męotidem conſediſſe. Turcas vero meliores ſedes expetentes tranſgreſſos Caucaſum in Albaniam irrupiſſe, anno ſalutis humanæ quinquageſimo quinto ſupra ſeptingenteſimum. Inde per Albanum agrum ad CYRVM amnem acceſſiſſe, moxque Armeniam maiorem occupaſſe. Deinde cum Perſis & Saracenis gente Arabica diu varia fortuna decertaſſe, tandem à Saracenis pacem ſedesque in ASIA quietas hac conditione

impe

impetraſſe: videlicet, vt Machometani ritus acciperent religionem; atque aduerſus Chriſtianos Gothifredum maxime atque Balduinum fratres, cognomento Bolionios bellum geſturi ſecum arma coniungerent: cæteroſque Romanæ religionis homines Aſia arcerent. Qua quidem accepta conditione, totius ferme minoris Aſiæ imperium, præter quaſdam maritimas ciuitates breui ſibi adiunxerunt, pulſis inde partim Græcis, partim Perſis ac Saracenis regulis. Poſt aliquot deinde annis extincta penitus apud Turcas regia Hunchariorum prole, imperium in plures diuiditur principatus. nam quiſque fere præfectorum, eam, cui præfuerat, regionem aſſumpto ſibi regio nomine inuaſit. Hi autem Turcarum Satrapæ, Molio Huncharıæ familiæ regi vltimo ſuperfuiſſe dicuntur: Othomanus, Hermenes, Scarchanus, Germenes, Andınus, Mentheſes, Caramanus. Ex quibus quidem Halladolii, ab Hermene orti, atque Caramanii ad noſtram vſque ætatem durarunt. Imperio à pluribus occupato, confeſtim ex æmulatione, vt fit, odium, mox bella inter duces exorta ſunt: ſæpiuſque clades inuicem acceptæ, redditæque. Per idem tempus Othomanus vnus (vt dictum eſt) ex Hunchariı præfectis (cuius progenies Conſtantinopolim, cum tot Aſiæ atque Europæ regionibus nunc tenet) in regione maioris Phrygiæ circa Dorylum oppidum Satrapeam obtinebat, viculum quēdam cum familia ſua incolens, quem ab ipſius Othomani nomine Othmanliam Turcæ appellarunt. Qui quidem animaduertens Aſiam inteſtino bello ardere; nec quenquam vnum ex Turcaicis principibus eſſe, qui publicæ rei ſtuderet, collecta clientum, paſtorumque ac agricultorum manu, cæpit in vicinum agrum impetum facere: atque hoſtilem in modum prædas agere: ſuiſque capta liberaliter diuidere. Et vbi vidit Aſiaticorum principum diſcordia ac publici ſtatus negligentia, latrocinia ſua impunita eſſe: vicorum ac caſtellorum oppugnationi animum mox adiecit: breuique in tantam fortunam creuit, vt cuiq; Aſiæ præfectorum viribus par eſſet. Itaque quum duces pace tandem compoſita, in gratiam rediiſſent, Aſiæque ſatrapeas inter ſe diuiſiſſent, partem Myſiæ addita maiore Phrygia Othomanus obtinere permiſſus, vt eſſet, qui Conſtantinopolitanum Imperium euerteret. Deſtinauerat enim Deus (vt rei euentus affirmauit) Græcorum nomen delere; propterea quod non modo ius Rom. ſpreuerant Pontificis: ſed etiam à recto Chriſtianæ religionis ritu iam fere de-

Orig. Turcarum.

S 3 fece-

Origo Turcarum. fecerant. Nactus itaq; regnum Othomanus non ſe ac ſuos ocio, deliciiſque corrumpi paſſus eſt: ſed quoque finitimo, Chriſtiano maxime, cuius generis mortalibus Aſia hoc quoq; tempore incolitur, virib⁹ ſuis impari hoſte deſtinato, vicinũ agrum incurſare, prędas agere, hoſtẽ terrere, & indies imbecilliorem reddere, ſuos rebus captis allicere, promptioreſq; ad militiæ labores tolerãdos efficere. Quibus quidem artibus breui maximum & apud ſuos & apud exteros adeptus eſt nomen. Itaq; inflatus maritimas Aſiæ vrbes, quæ in ditione Imperatoris Conſtantinopolitani erant, aggredi, morbo extinctus eſt: ſepultuſq; in vico, quẽ diximus ab eius nomine Othmãliam vocari. Poſt hũc Orchanus regnũ accepit, qui quidẽ parentem, non animi ſolum magnitudine ac virtute; ſed etiam imperio ſuperauit. nam ad parentis regnũ totam fere Bithyniã adiecit, expugnata prius Pruſa vrbe in radicibus Olympi montis poſita: in qua ob cultorum frequentiam ſedem regni conſtituit. Quam ſane vrbem intra paucos dies in poteſtatem redegit, Græcis qui in ea præſidio erant, eam dedentibus, dum auxilium Conſtantinopolitani Imperatoris, qui per id tempus cum finitimis in Europa bellum gerebat, deſperant. tametſi ſunt qui dicant, Orchanum de priſcis Turcis (quorum paulo ante mentionem fecimus) Pruſam cepiſſe. Iamque Orchanus ad Caramani imperium aſpirabat, bellumque ei inferre parabat, ſolus cupiens in minori Aſia regnare, quum eum ab hac expeditione maior ſpes fortè oblata auertit. Per idem enim tempus Ioannes Palæologus Cõſtantinopolitanus Imperator, bello à Thracibus ac Bulgaris (gens Roxolanorum eſt, Macedoniam incolens) vehementer premebatur, nec prorſus his reſiſtere poterat. Itaque peſſimo capto conſilio: & quod non modo Græciæ, ſed etiam bonæ parti Europæ, perniciem erat allaturum, cum Orchano fœdus iungit. rogat mox eum ſub ſtipendii pactione, vt in Europam cum copiis ſuis traiiciat, Thracumque ac Macedonum agros incurſet. Turca primum per dolum haud ſe tranſiturum Helleſpontum dicere, fingens ſe non audere exercitum in Europam tranſmittere, niſi prius in poteſtatem ſuam Seſtos (nunc tenuis vicus, olim vrbs nobilis, & apud poetas magni amoris commercio celebris) cum Callipoli traderetur. Quod vbi haud difficulter Orchanus impetrauit, ratus Græci dementia abutendum eſſe, totam inſuper Cherſoneſum cum Lyſimachia paucis poſt menſibus hoc prætextu petit.

Quo-

Quoniam, inquit, ad excurſiones faciendas Turcis equorum multitudine opus eſt: qui quidem ſine latioris ſoli ſpatio ali nequeunt, quo id commode fieri poſſit, oportere totam Cherſoneſum ſibi tradi. Obcæcatus erat Bulgarorum odio Græcus Imperator, propterea nihil penſi habuit, dummodo vel propria ruina ſuas iniurias vltum iret. Itaque Cherſoneſum quoq; confeſtim non quidem ſocio (quæ enim firma ſocietas inter homines diuerſę religionis eſſe poteſt?) ſed hoſti infeſtiſſimo habendam permiſit. At Orchanus præter ſpem nactus loca idonea ad regiones Chriſtianorum (quod ſummopere optabat) depopulandas, mirum in modum lætari, frequentiq; incurſione Græcorum hoſtes vexare. Interdum ſocios quoque Græcos prædæ auiditate iniuria afficere, rapere, abigere quæ caſus obtuliſſet, commoda ſua tantum (vt pleriſque barbaris mos eſt) curare, ſociorum damna nihili facere. Expoſtulationibus iniuriarum imperitiam modo regionum, qua pacatum ab hoſtili agro haud dignouiſſet, cauſari, iuſtas modo prædandi cauſas (ne vis ratione carere videretur) ſtruere. Atque quo Aſiaticos quoque Turcas, illos maxime, qui alienæ erant ditionis, in ſuas traheret partes, vltra Helleſpontum precioſam ſupellectilem, formoſas puellas pueroſque (quibus ſane rebus Turcæ maxime capiuntur) tranſportare, atque emere cupientibus copiam facere, nec non interdum quibuſdam etiam dono dare· denique nihil prætermittere, quo animi ſuæ ſectæ hominum conciliari poſſent. Quæ vbi Græci, ſero iam peſte præcordiis recepta, percepere, ſtatuunt cum finitimis Chriſtianis in gratiam redire, & communi peſte Europam liberare. Cæterum, dum magis dicendis ſententiis tempus teritur (vt ſæpe fit) quam vlla expeditio ſuſcipitur, Græcus Imperator diem ſuum obiit, cui Orchanus quoque haud multum ſuperuixit, Humorathe primo regni ſucceſſore relicto: qui comparato quammaximo (vt tunc erant Turcarum opes) exercitu confeſtim Helleſpontum traiicit, ſuperatoque Melante amne ad Hebrum, qua Hadrianopolim interfluit, perrexit; lateq; agros nullo hoſte obuio populatus eſt, atque ingenti quum pecorum, tum hominum præda abacta, Callipolim eſt reuerſus. quam ſane vrbem in Cherſoneſo ſitam vbi operibus ac præſidio muniuit, in Aſiam ſe recepit. Bazetes inde imperio à patre accepto regnat, qui pacis quam belli artibus clarior fuit. Hic dum Myſiam ius dicendo peragraret, nuntiatur ei, Tatharos du-

Origo Turcarum.

Bazethes primus. ros duce Thamerlano in minorem Aſiam impetum feciſſe, iamque ab illis Iconium obſideri. Porro Thamerlanus priſcos Turcarum reges longa cognatione attingens, minorem Aſiam iure cognationis vendicare videbatur, nulla ſane Mollii Hunchari i vltimi (vt dictum eſt) priſcorum Turcarum regis ſobole extante: nec pati poterat Othomani paſtoris quondam progeniem regnum Hunchariæ familiæ debitum obtinere: eo magis, quia non deſunt, qui affirmant, Mollium fraude præfectorum, & imprimis Othomani veneno necatum eſſe. Bazethes eo nuntio exterritus, confeſtim cum exercitu Iconium proficiſcitur, manumque cum Tatharo infelici euentu conſeruit. nam captus eo prælio turpiſſime vitam in ſeruitute finiuit, præter cætera dedecora, quibus à victore inſolenter afficiebatur. Quotieſcunque Tatharus, vt cibum caperet, accumbebat, Turcam catenatum, iuxta lectum alligari iubebat, & oſſa è menſa proiecta rodere veluti canem cogebat. Non ita multo poſt Tatharus ſeditione domeſtica in patriam reuocatus, minorem Aſiam reliquit, Turciſque huius diſceſſu libertas reſtituta eſt. Qui principibus ſuis Pruſam conuocatis, Muſiam cognomento Fulmineum, Orchani pronepotem regem ſufficiunt. Hic pace in Aſia cum finitimis compoſita, cum omnibus copiis, quas contrahere potuit, Helleſpontum traiecit, bellum cum Græcis geſturus. Cum quibus licet varia fortuna diu pugnauerit, ſæpius tamen victor quam victus diſceſſit. Iam aſſiduis populationibus Græcorum ac Thracum vires attriuerat: nec quiſquam ex finitimis populis erat par illi armis. Itaque finitimis Chriſtianis omnibus rebus exhauſtis inſtandum ratus, Hadrianopolim obſedit, breuique ea potitus eſt, fugato rege Vncaſino, qui cum Turcis pro portis Hadrianopolitanis prælium infæliciter commiſerat. Atque cum ſitus vrbis, & regio inter Melantem & Hebrum amnes admodum ferax placuiſſet, huc ſedem regiam è Pruſa tranſtulit. Hoc mortuo Bazethes ſecundus regnat, qui dum auiti & paterni imperii fines in Europa prorogare nititur, tranſgreſſus Neſton amnem vſque ad Strymonem proceſſit. Non tulére hoc Dardani, ac Macedonum reguli: verum confeſtim coactis copiis Turcę (qui iam Strymonem quoque traiecerat) occurrunt, atq; non procul ab hoſte caſtra ponunt. Cæterum, cum poſtero die pugna eſſet ineunda, Lazarus Dardanorum rex duces ſuos ad cœnam vocat, obiecturus inter cœnandum Miloni, ex purpuratis vni proditionem, cuius à

quodam

quodam æmulo per inuidiam apud ſe erat criminatus; eo conſilio, *Bazethes*
vt aut in conuictum ſceleris animaduerteret(ſolent enim Illyrici at- *ſecundus.*
que Macedonici vino æque ac tormentis arcana elicere) aut eo innoxio comperto ſeſe ſuſpicione exoneraret. Itaque dum ſe pro inſtanti pugna, licet hilari, non tamen nimis largo inuitarent vino, rex ad Milonem conuerſus, pateram argenteam mero plenam dextera tenens, propino, inquit, tibi Milon vinum hoc vna cum patera, licet proditionis apud me ſis inſimulatus. Ille nullam conſcientiæ notam vultu præ ſe ferens acceptum hauſit poculum: deinde aſſurgens, ad regem ait: Rex Lazare, quoniam nec iurgii, nec diſceptationis nunc tempus eſt, hoſte iam prope in acie ſtante, craſtino die re ipſa oſtendam, & delatorem meum falſum & mendacem, & me in regem meum integra eſſe fide. Milon, quo & proditionis culpam in ſe, vt erat, nullam fuiſſe oſtenderet, & quod receperat, re ipſa præſtaret, prima luce omnibus inſciis conſcendit equum, & lanceæ, quam gerebat, cuſpide auerſa (quod quidem transfugæ, ac pacatum inſigne apud Illyricos eſt) ad caſtra Turcarum accedit. Erat celebre apud Turcas quoque Milonis nomen. Itaque cõfeſtim in tabernaculum ad regem eius aduentu admodum lætum eſt admiſſus. Ibi Turcarum ritu, humi procumbens regem adorat, ac dum ſubmiſſo capite porrectam regis manum deoſculatur, educto clanculum pugione, quem ſinu abditum attulerat, ſtomachum Turcæ iterato ictu haurit, atque dum ſeſe è tentorio eiicere conatur, à regii corporis cuſtodibus intra tabernaculum confoſſus interiit. Huius facinoris monumentum adhuc extat Pruſæ manus Milonis argento incluſa, ac Bazethis tumulo affixa. Principes Turcarum tametſi regis nece vehementer eſſent commoti, haud tamen in luctum proiecti, ſatis ſagaci conſilio eam & ab hoſtibus ſimul, & à ſuis, qui caſum regium nondum perceperant, cælant. Et eſt gens tegenda ſuorum aduerſa fortuna obſtinati ſilentii, neque metu neque ſpe vox elici poteſt, qua, quod principes cælatum volunt, prodatur. Itaque priuſquam res magno Turcarum periculo emanaret, in aciem copias educunt: & quod pro regis gloria erat faciundum, id pro ſua quiſque ſalute agens, magnis in hoſtem animis inuehuntur. nec ſegnius pugnam capeſſunt Chriſtiani. Atrox igitur vtrinque prælium excitatur. Cadunt paſſim hinc Turcæ, inde Chriſtiani. Iam Turcę vix impetum Dardanorum ac Macedonum ſuſtinebant; locoque paululum ceſ-

Lazarus Deſpotes cum Turcis conſligit.

ſerant alii, fugamque alii ſpectabant. Tum duces Turcarum altiore voce, quo fugitis, clamant, viri Machometani? à tergo Strymon, læua Ægeũ pelagus obſtat fugæ: nonne honeſtius eſt, virorum more in acie cadere, quam tergo hoſtibus dato vndis ritu pecorum obrui? quo ceſſit ille animus, viri Turcæ, quo tranſmiſſo Helleſponto Europæ imperium concupiſtis? an idcirco hucuſque progreſſi ſumus, vt Bulgaricæ genti, noſtra ignominia, decus & gloria paretur? Non hæc ducum adhortatio modo, ſed etiam, (vt ſæpe fit) ſalutis deſperatio pectora Turcarum accendit. Itaque reſumptis animis multo acriorem priore pugnam redintegrant, & ſeſe iterato clamore in hoſtem inferunt. Quod vbi vidit Dardanorum rex Lazarus (& erat ipſe quoque acerrimus bellator) Turcis qua impreſſionem faciebant, protegentibus eum Dardanis equitibus, præſenti animo occurrit. Sed iam eius equi defecerãt vires. nam ab ortu ſolis in octauam prope horam pugna protracta erat. Itaque rex cernẽs nouum de integro prælium ortum eſſe, relicto feſſo equo in recentiorẽ parua interpoſita mora tranſilit. quo quidẽ facto rem omnem euertit, propterea quod illum ſubito nõ conſpectum ſui cecidiſſe rati, vehementer turbantur. Viderant enim regẽ paulo ante ſuo, ſimul & hoſtili cruore (inter primos enim pugnarat) oppletum. Turcę perterritis acrius inſtant, hoſtemq; & pauore perculſum, & labore feſſum haud difficulter in fugã conuertũt. Rex errore ſuorum intellecto inſignis cultu, per aciẽ diſcurrens, conatus eſt primo Dardanos ad pugnã reuocare: ſed vbi vidit ſe adhortatione nihil proficere, omnium auribus metu obſtructis, & ipſe fugæ ſeſe mandat, fortunam (quæ vt alio loco diximus, nihil aliud eſt quam Dei conſtitutio, præter opinionem hominum eueniens) maxime incuſans; magis enim diuinæ iræ, quam hoſtili virtuti ſuorum pauorem adſcribebat. Quam quidem opinionem vel potius omen, ipſius regis exitus ſtatim comprobauit. Nam dum paulum via militari declinans victores effugere cupiens, in foueam virgultis tectam, quæ forte ad feras capiendas facta erat, incidit, collapſuſque vna cum equo, ab inſequẽtibus hoſtibus exanimis opprimitur. Turcæ, qui paulo ante prope deſperauerant ſalutem, læti tanta victoria, ſub occaſum ſolis ſe in caſtra recipiunt, atq; adorata luna (vt his mos eſt) prius q̃ cibum caperent, inferias regi ſuo patrio ritu (haud tamen ibi corpore eius ſepulto) dederunt. Poſtridie eius diei, quo hæc geſta ſunt, Bazethis

filium

Mechmetes primus. Hyſladiſmirus, & Humorates ſecundus.

filium abſentem Mechmetem primum, qui eo tempore Pruſæ erat, omnium conſenſu regem dicunt: conſtituto prius præfecto, qui per abſentiam regis exercitui præeſſet, & regiam in eos haberet poteſtatem; atq; interim de controuerſiis inter eos exortis cognoſceret. Curato deinde regis cadauere, plauſtroque impoſito, atq; Pruſam ad ſepeliendum ferri iuſſo, Hadrianopolim proficiſcũtur, haud tam regio caſu triſtes, quam victoria læti. eo nouum quoq; regẽ, quo ibi regnum iniret, accerſunt. Ab hoc rege nihil fere dignum memoratu aduerſus Chriſtianos actum eſt: præter populationes & vnũ inſigne Turcaica clade cũ Illyricis regulis ad Drinum amnẽ prælium. Huic ſucceſſit Hyſladimirus, qui Græcos, Macedones, Thraces, Mœſos, itidẽ populationibus valde vexauit. Cum Sigiſmundo quoque Cæſare ad Nicopolim in Tribalorum agro, quũ eo ex Hungaria ille Imperator ꝓceſſiſſet, æquo marte ſemel pugnauit. Hunc ſecutus eſt Humorates cognomento magnanimus, rex mea ſentẽtia, & bello & pace clariſſimus. Hic totã Thraciam, præter Conſtãtinopolim, imperio ſuo adiunxit. Dardanos, Tribalos, Mœſos, Macedoniã cum tota fere Græcia, excepta Pelopõneſo, ſubegit. Decies cum Chriſtianis manum collatis ſignis conſeruit. Nam cum deuictis Mœſis vſq; ad Danubium & Pannonios perueniſſet, Hungaros in ſe concitauit: adeoq; acrem hunc hoſtem habuit, vt iam nõ pro alieno ſolo, ſed pro ſuis ſedibus inter Ænum & Rhodopen coactus ſit cum his decertare. Eo enim vſque Hungari duce Sigiſmundo Cæſare progreſſi tandem, neſcio quo fato, ibi à Turcis callido hoſte fere victores profligati ſunt. Habuit præterea bellum Humorathes cum Vladiſlauo Polono, qui poſt Albertum Sigiſmundi generum regnum Hungariæ obtinuit. Qui quidem Rom. Pont. ſuaſu rupto fœdere, ac per inducias infælici euentu, cum Turcis pugnauit. Nam dum inter dimicandum in caſtra hoſtium pro victore ſeſe gerens inconſulte irruit (alterum enim Hungarorum cornu, cui Ianus Huniades Matthiæ Coruini pater præfuerat, Turcas aduerſos in fugam cõiecerat) interfectus eſt, vna cũ Iuliano Cæſarino Cardinali ſacerdote, magna Veneti populi infamia. Porro Veneti, ne Hungaris vrbs Conſtantinopolitana Græcorum voluntate traderetur: (tunc enim denuntiabant Græci, ſe eam vrbem aduerſus Turcas defendere non poſſe) dicuntur Turcaicũ exercitum, clam Chriſtianis in Europã ex Aſia ſuis nauibus traieciſſe, quo Humorates maiorib. copiis

Venetorum fraus. Hungaris occurreret. Iam enim Hungari Græcis opem allaturi, in inferiorem Mœſiam ad Meſembriam (Varnum incolę dicũt) caſtra poſuerant. Malebant autem Veneti ſibi potius quam Hungaris Cõſtantinopolim dedi. Quæ quidem improba cupiditas Venetos in odium Chriſtianorum regum ſemper induxit, & maximis cladibus ſæpius affecit. Quandoquidem regibus valde deforme videtur, mercatores armorum imperitos, & qui vitæ humilitate pudendis artibus, ſordido quęſtus genere, cæteris opificibus pares ſunt, imperium amplecti, atque regum magnitudini ſeſe in æquo ponere. Sed non eſt victa cum rege, Hungarorum virtus. Hi namque Iano Huniade præfecto conſtituto, adeo obſtinatis animis bellum cum Turcis geſſere, vt Humorate è Mœſia pulſo, regnum quoque Dardanorum Georgio, nepoti ex fratre illius Lazari, de quo ſupra meminimus, reſtituerint. Hic eſt ille Georgius, qui (vt proximo volumine diximus) amiſſo regno Rhacuſam cum magna vi auri ſe receperat, Rhacuſaniſque tum conſultoribus, tum deprecatoribus apud Hungaros vſus, regnum egregie recuperauerat, Turcis vltro cedentibus atque coitionem Chriſtianorum metuentibus. Homurate extrema ætate extincto regnum Turcarum filio Mechmeti ſecundo ceſſit. Qui quidem, ſicut perfidia, auaritia, libidine, ac crudelitate, ita & imperio omnes ante ſe Othomanos reges ſuperauit, eodem anno quo regnum iniit Conſtantinopolim cepit. Deinde Peloponneſum, pulſo inde Græco rege occupauit, & demum quicquid terrarum Iſtro amne, & mari Ægeo atque Ionio continetur, cum toto fere Illyrico, præter maritimam Dalmatiæ oram, atque eas regiones, quæ vltra Naronem & Vrpanum amnes Hungaris regibus parent, in poteſtatem redegit, principibus regionum, quos interpoſita fide ad ſe euocauerat, nefarie necatis. Verum, vti celeriter, ita non ſine ſuo ipſius periculo tot regna ſubegit. Nam cum per Illyricum inexplorato, vtpote ſecurus hoſtium, regulis, vt dixi, contra fidei religionem interfectis iter faceret, in eum Nomades Illyrici, quos Valachos vulgo dicunt, duce Vladiſlauo Coſſicio è montibus, qui Dalmatas à Mœſis dirimunt, decurrentes impetum fecerunt: atque ita eius agmen perturbarunt, vt bona ex parte Turcæ, in fugam ſeſe relictis impedimentis coniicerent. Sed quia agreſtes præda contenti, hoſtem elabi permiſerunt, nihil ea eruptione factum, præterquam Turcæ cautiores redditi. Vniuerſam præterea Mechmetes mino-

rem

rem Aſiam, cum tota fere Euxini maris ora armis domuit. Ex Europæo Ponti latere vſq; ad Iſtri oſtia, atq; Arpiſpolim. Ex Aſiatico vero vſque ad Phaſim fluuium ſub imperium ſuum coegit: omiſſaq; ora Scythiæ maritima, quæ inter Iſtrum & Carcinitem ſinum interiacet, Tauricam Cherſoneſum de Tatharis cepit: nec minore cura regnum tutatus eſt, quam auxerit. nam nihil ferme ex his, quæ imperio ſuo adiunxit, præter duo oppida, amiſit: quorum alterum in ripis Saui amnis ſitum eſt, qua is Sirmenſem agrum, Meſiçumque interfluit, (incolę Sabatiam dicunt) Mechmetes ipſe exædificauit, quo inde Pannonios Turcæ incurſarent: alterum ad Vrpanum amnem ab Illyricis regulis conſtructum Iaizam (vt ſupra dictum eſt) vocant. Vtrumq; Hungari duce Matthia Coruino pulſis inde Turcis, vi ceperunt, atq; prędidiis nunc quoq; obtinent. Bis tantum cum hoſte per ſe acie conflixit. Semel cum Hungaris, à quibus haud mediocri cæde apud Taurunum oppidum in confluentibus Saui & Danubii ſitum (nunc Nanderalbam incolæ dicunt) eſt repulſus. Iterum ad Euphratem, cum Caſſano Medorum rege. vbi & optimum quemq; ex ſuis in acie amiſit, & hoſtis regis filium interfecit. Hic adeo incerta ab his regibus victoria tunc pugnatum eſt, vt ab hoc prælio vterq; pro victo diſceſſerit. Quin etiam ſæpius & in Aſia cum variis hoſtibus, & in Europa cum Hungaris maxime per præfectos pugnauit. Quos etſi frequentibus vexauerit incurſionibus, nunquam tamen acie ſuperare potuit. Sed contra ſępius eius exercitus ab his cęſus eſt. Quod cum ſæpe alias, tum illa maxime expeditione accidit, qua Mechmetes in eam partem Daciæ, quam Hungari Tranſiluaniam vocant, copias prædatum miſerat. nam ex quadraginta millibus hominum vix quinta pars exercitus domum reuerſa eſt, cęteris regis Matthię Coruini auſpiciis, ductu vero Stephani Bathoris eo prælio interfectis, quo Cereris campum (ager eſt Albæ Iuliæ) ſtrages Turcaica nobilitauit. Cæterum, Mechmetes cum circiter duobus & triginta annis regnaſſet, dum aduerſus Syrię & Ægypti regem proficiſcitur, in confinibus Myſię & Bithyniæ, non procul ab Olympo monte vita exceſſit. Sunt tamen qui aſſerant, opera Bazethis filii, qui patri in regnum ſucceſſit, veneno ſublatum eſſe, non, quod id quisq; pro comperto habeat, ſed (vt opinor) ab odio, quo pater filium, propter eius ignauiam proſecutus eſt, ducitur coniectura. Satis enim conſtat, Mechmetem de necando Bazethe cogitaſſe, quo Gemius

Venetorum ſtaui.

T 3 (de

Mechmetes propter Gemii amorē Bazethem necare cogitabat.

(de quo ſupra meminimus) regni hæreditatem acciperet. Hunc enim pater propter animi magnitudinem, & vnice amabat, & magni faciebat. egregiumque regem eum fore, & qui Othomanorum nomen eſſet ſummopere illuſtraturus, putabat. Nec mirum eſt, Turcas tantum imperium breui adeptos eſſe, quandoquidem pręter Chriſtianorum quum deſidiam, tum diſcordiã, quę maxime hoſtili nos iniuriæ exponit, his ſunt præditi moribus: quos ſane (modo non obſtet Dei volũtas) imperium neceſſario ſubſequi ſolet. Etenim genus hominum eſt, laboris, inediæ, vigiliæ, ęſtus ac algoris toleratiſſimũ: animi ad omnia pericula & ipſam mortem ſubeundam pro gloria & regis ſui amplitudine promtiſſimi. Vitam parcam, ac duram, atq; ab omni luxu alienam, ducunt. Maior anni pars aut ſub dio, aut ſub tabernaculis, fronde ſeu culmo intectis, agitur. atq; quum iter faciunt, vel in expeditionibus ſunt, ſi ſol æſtiuus feruet, aut imber inceſſerit, eadem penula ex ſubcoactis facta equum pariter & dominum protegit. Cibus his ſimplex & parabilis eſt: potus, lac, aut purus, vt fere & cæteris Machometanis, fontium liquor, vel quum genio indulgent, melle conditus. nulla apud eos ars aut diſciplina in maiore habetur precio, quam quæ decertandi vſui eſſe poteſt. atque idcirco ſagittandi atque equitandi peritiſſimi ſunt. Tanta his ineſt belligerandi cupiditas, vt grauius fere ocium, quam morbum ferant. Hoſtibus ſuperatis nihil ſibi arrogant: ſed totum Deo acceptum, referunt. Si forte, vt ſæpe fit, vincuntur, ſuæ in Deum impietati aduerſam adſcribunt fortunam. Et cum apud eos nulli ſit dedecori paupertas, neque diuitiæ, neque generis vetuſtas quempiam honeſtiorem reddunt: quem quiſque ſibi armis ac virtute ſplendorem parauit, eo ſatis clarus eſt. Atque idcirco ad gloriam augendam maiorum nobilitatem nemo deſiderat. Hoſpitalitatem adeo ſanctam habent, vt cum quo ſemel cibum ſumpſere, eum vel hoſtem factum, atque in acie occurrentem violare nefas putent: exiſtimantes etiam, in quolibet diſſidio ius amicitiæ haud eſſe ſpernendum. Ad hæc fidem plerique & iuſiurandum tanti faciunt, quanti non modo fortunas omnes, ſed & ipſam vitam. Fama ſatis conſtans eſt, raro vnquam Turcam inuentum eſſe, qui amotis etiam arbitris, atque ſub nullo ſcripto ſibi creditam abnegaret pecuniam; & qui id ſceleris commiſerint, eos graues apud inferos pœnas luere arbitrantur. Regem ſuum poſtre-

mo tanta colunt veneratione, vt quoſdam morti à rege deſtinatos, in certam iuiſſe perniciem conſtet, nec vllo pacto induci potuiſſe, quo fuga periculum euitarent: ne ſcilicet aut vitæ amore, (qua ſane nil iucundius eſt mortalibus) aut per contumaciam regium neglexiſſe imperium videretur. Licet obiter huius rei vnum duntaxat exemplum notatu dignum, quod me puero accidit, commemorare.

Turcæ quibus morib. & virtutibus ornati ſint.

Erat apud Mechmetem Othomanum ſecundum, Bazethis principem, Satrapes Mechmetes Angelus, ex Illyrico oriundus, patria Dardanus inter omnes purpuratos gratia eminens. Is ira percitus, regis filiũ, eo quod vxorem eius in publicis balneis conſtupraſſet, veneno clam necauit. Quandoquidem rex in filium pro tali admiſſo facinore animaduertere noluiſſet, quum maior pœna apud Turcas adulteris conſtituta ſit, quam, qua pater filium, in regni maxime ſpem genitum, poſſit afficere. Et quod libido magis Mechmethis Angeli, quam matrimonium violatum eſſe videbatur. quia cum ſinguli Turcarum plures habeant vxores, nullam fere pro iuſta ac legitima obtinent. Vbi hæc res ad regem ab his delata eſt, qui Mechmeti Angelo gloriam & tantam fortunam, vt fere fit in regum aulis, inuidebant, ceterisque indiciis deprehenſa, rex domeſtico ſimul mœrore, ſimul ſatrapis ſcelere permotus, ei mortem multis, antequam inferret, diebus propalam minatus eſt. Amici quos regis animus in Mechmethem Angelum haud latebat, lachrymantes ſubinde orare, ſuadere vt imminentem peſtem fuga euitaret: ſeſeque vitæ comites, quacunque pergeret, libenti animo affore periculum ſuum conſilio adiicientes. Ad hæc ſatrapes, immortales, inquit, gratias vobis habeo, amici, quod mei magis, quam veſtri memores fortunam meam ruentem, non ſecus ac ſtantem incredibili fide proſequimini. ſed meum non eſt, turpem transfugę vna vobiſcum ſubire notam, atque amicorum cariſſimis tanti dedecoris ſimul & periculi eſſe cauſam: atque alienum ſcelus, meum ipſius fuga, patriam relinquendo, facere, in exilioque per dedecus degere ſtudio conſulendæ vitæ, ſi non regia nunc vi, at certe morbo mox omnino interiturę. Proinde, quemcunque exitum mihi dederit fortuna, cum haud inuitus ſubibo. Atque ita vultu interrito, eodemque animo, quo locutus erat, collum laqueo frangendum carnifici

præ-

Principes Imperatoris Turcarũ alii præ a lijs in Poloniã ſe mitti contendũt.

præbuit. His de Othomanorum origine atq; imperio, Turcarumq; moribus dictis, ad ea, quæ intermiſeram, iam regrediar.

Ingenti præda (vt ſupra docuimus) cum cæterarum rerum, tum hominum è Roxano agro abacta, cognitaq; Polonorum ignauia, Turcarum animi ad Poloniam denuo incurſandam vehementius, quam antea, inflammantur. Igitur expeditio in Polonos iterum decernitur: haud tamen ſine quorundam purpuratorum certamine; dum ſibi quiſq; hanc prouinciam demandari nititur. Sat emolumenti atque gloriæ Ballim Marconium è Polonia reportaſſe, pro ſe quiſque apud regem contendebat: atq; haud eſſe æquum, neq; ex vſu regio fore, vni duntaxat tantam ſplendoris materiam præberi, quum gloria immodica humanus animus maxime inſoleſcat. Quin etiam oportere aliis quoque virtutis explicandæ, dari occaſionem, quo exteris nationibus teſtatum ſit, non vnum duntaxat, ſed complures eſſe apud Turcarum regem duces, qui aliqua polleant virtute. Quum his vocibus, quas ſcilicet cuiq; ſua cupiditas, aut alienæ gloriæ dolor effuderat, regem moueri Marconius intellexiſſet, haud mediocriter animo turbatus, regem adiit, atq; dicendi impetrata poteſtate ita diſſeruit. Etſi ſuperuacaneum puto, Rex Bazethes, apud te ſuſpicionem refellere, qua in mei odium, tuis auribus æmuli mei obſtrepunt, nacti criminum occaſionem, ex ea victoria, qua te Deus maximis laboribus meis in Polonia honeſtauit: quoniam & calumniæ naturam (quę eſt prudentia tua) tibi ſatis notam eſſe ſcio: & quia ſi ętas mea (iam enim ſeptuageſimum prope annum ago) ab hac ſuſpicione me parum vindicaret: certe idem tanti temporis fidei tenor, quum in parentem tuum, tum in te maxime perſpectus, ab ea me prorſus eximeret, ſecurumque iam diu cognita redderet integritas. Non poſſum tamen de iniquitate aduerſariorum meorum non conqueri, qui quidem non modo impudenter, ſed etiam ſcelerate, & mihi virtutis pręmia, & tibi maximam nominis ac gloriæ acceſſionem corrumpere conantur. Etenim non mediocris eſt ęmulorum ſimul impudentia, ſimul iniquitas, tantopere contendere, vt mihi ea auferatur prouincia, quam ego, vti tuũ nomen apud omnes gentes illuſtrius facerem, non modo primus, ſed etiam ſolus, ducum tuorum aggredi auſus ſum; ſpretis tot immenſi itineris laboribus, ac hoſticis periculis. quę profecto, ſi hoſtis prudentior fuiſſet, nobis proculdubio (tantus extitit tui honeſtandi

omni-

omnibus ardor) erant ſubeunda. vix enim ſexageſimo à profe-ctione die, multis ingentibus fluminibus, atque paludibus tranſ-itis, montibus aſperrimis ſuperatis, &, quod his non minus gra-ue eſt, vaſtis terribili ſolitudine campis peragratis, regnum Al-berthi prope confecti itinere commeatusque inopia attigimus. Quid vero tuis auſpiciis geſſerimus, quantumue tibi gloriæ fructus-que hæc expeditio pepererit, velim ipſe per te me tacente repures, ne ea parum prudenter iactare videamur, quæ ſane magis tuæ for-tunæ, quam noſtræ virtuti tribui debent. Ea nimirum conditione omnes tuos natura in lucem edidit, vt quicquid decoris virtute ſua, induſtria, vigiliis, labore, parare poſſet, id totum te maxime illuſtraret. Cæteris vero tuorum tantum ex eo laudis accederet, quantum tu ipſis permiſiſſes. Nemo enim remigi potius, quam nauis gubernatori rei nauticæ bene geſtę aſſignat decus. nec co-lono pręter conſtitutam ſtipem, licet ille laborem ſuum in co-lendo agro impenderit, ſed domino cedunt prouentus. Atque id quidem recte inſtitutum eſſe affirmauerim, vt is ſcilicet maxi-mum eius rei ferat fructum, cuius potiſſima ipſe extiterit cauſa. Propterea quod, ſicut cœleſtia corpora à ſole, ſeu à cœlo empyreo lumen ſuum mutuantur, & quemadmodum vniuscuiuſq; animan-tis membra totam vim ſuam à capite, ſeu à corde trahunt; ita, qui ſub regibus ætatem agunt, ab ipſo rege omnem virtutis materiam, tanquam à fonte deducunt. Cæterum, nec æmulis meis, Othoma-ni proli, Dei munere, florentiſſimæ vnquam deerit virtutis o-ſtendendæ occaſio, modo his ſatis animi adſit, pro regis ſui, ac Turcaici nominis gloria, labores & pericula, vt viros decet, ſub-eundi: quandoquidem innumerę pene Chriſtianorum regiones Turcaicis armis adhuc intactę ante oculos expoſitæ iacent: vnde ſa-ne non minus ſplendoris, quam fructus reportari poſſe, nulli dubiũ eſſe debet. Cognoſcant non ſolum Poloni, ſed etiam cęterę nationes Bazethem viris fortiſſimis abundare. Vicina nobis eſt Hungaria. Ei contigui ſunt Alemani. Nec procul abeſt Italia, ſicut armis militiæ diſſuetudine prope nuda, atq; admodum imbellis, ita opibus ob ter-ræ fælicitatem, & mercaturam, cui ſoli dedita eſt, refertiſſima. Vide quot pateant (modo abſit liuor) clariſſimarum viæ expeditionum: quot rationes in promptu ſint virtutis exercendæ. Ad tuam igitur, regum maxime, ſpectat æquitatem, ne æmulorum inuidia me (vt ita

Oratio Marconii ad Bazethem.

Balys Marconius iterum bello contra Polonos gerendo Dux deſtinatur.

dicam) iam ſegetibus maturis, ab eo deturbet agro, in quem vacuum primus ipſe veni: quem antehac intactum meo proſcidi aratro, in quem denique ſemina manu propria ieci. vnde licet quidquid rex conſtituerit, exequendum eſt (regi enim perinde ac Deo parendum eſt) ſi hæc mihi optio tua benignitate daretur, malim nutu tuo vitam mihi eripi, quam aduerſariorum obtrectatione, ea prouincia immerito ſpoliari, quam ſane tua fretus fortuna ita euaſtaui, ita attriui, vt iam nihil magis, quam te Turcarumque arma illa gens extimeſcat. Poſteaquam Balys perorauit, extemplo rex vultu ſolito lætiore ei manum (quod quidem haud tenue apud Turcas beneuolentiæ ſignum eſt) porrexit: ducemque iterum aduerſus Polonos, magno cæterorum præfectorum dolore creat. eo quod vti æquum, ita & tutum viſum eſt, veteri ac perito belli imperatori, illam demandari expeditionem. quandoquidem (vt ſupra demonſtratum eſt) hic vir Poloniæ fines Turcis primus aperuit. Sed mens hominum ſucceſſibus cæca, haud ſæpe futuros prouidet euentus. nam Balys nimium ſuę ſpei indulgens, extremo fere autumno in expeditionem profectus, non modo vacuus præda domum reuerſus eſt (nempe Poloni cognito hoſtium aduentu, in munitiora ex agris loca demigrant) ſed etiam inde rediens circa Iſtrum, coortis ſubito tempeſtatibus, adeo male habitus eſt, vt ex octuaginta prope millibus hominum, qui ſecum in expeditionem iuerant, vix tertiam partem domum reduxerit. Equorum inſuper centum millia, vt fama eſt, amiſſa ſunt. Singuli enim vel infimę fortunæ homines, binos in expeditionem ducunt equos; vno in itinere, altero cum hoſtilem agrum incurſant, vtuntur. Turcę igitur dum Poloniam petunt, ad temporis incommoda, veſtis inopiam addunt. nam quo eſſent in itinere expeditiores, veſte tantum qua per æſtatem vti conſueuerunt, ſeſe muniuerant, rati, ſi eos forte ſeuerior hyems deprehendiſſet, ſpoliis hoſtium ſe à frigore defenſuros. Verum his longe ſecus, quam ſperauerant, res cecidit. regreſſi enim pene ſeminudi è Polonia, circa Iſtrum (vt diximus) adeo atroci vexati ſunt tempeſtate, vt paucis diebus magna ex parte interirent, nec quiſquam ferme ex gregariis ſuperfuiſſet militibus, inſolita vi frigoris ſæuiente, niſi propere in Mœſiam traiectos, mitius cœlum, & pagi Turcaicæ ditionis excepiſſent. Circumiſtrana terra niue gelu concreta, oppleta erat: in ea corpora

fame,

fame, ac longi itineris labore defatigatā ſternere cogebantur: eo, quod à Dacis Moldauiis propter iniurias, dum in Poloniam proficiſcerentur, illatas, tectis haudquaquam accipiebantur. Itaque, eo præſertim die, quo Non. Ianuarii illuxit, decem millia fere hominum frigore exanimata, in vtraque Iſtri ripa conſpecta ſunt. Cernere erat, humana corpora cadaueribus iumentorum permixta paſſim iacentia, alia gelu contracta atq; extincta, alia ita torpentia, vt vix tenuis ſpiritus his ineſſet, nonnulla extremis pedum ac manuum digitis, auribusque & naribus aduſtis, adeo fœde deformata, vt ſimiliora inuſitatis quibuſdam ſimulachris, quam humanis corporibus eſſe viderentur. Nunquam vno prælio tantam cladem Turcas aut accepiſſe, aut intuliſſe memorant. Itaque re, vt fit, in religionem verſa varias huius calamitatis cauſas ſuo quiſque ingenio interprete vſus extitiſſe arbitrantur. Alii Marconii impietatem merito à Deo mulctatam affirmabant, eo quod ſibi potius, quam Deo, ad quem ſane Turcæ omnia referunt, Roxanam victoriam attribuiſſet. Alii ſe. qui res mortaliũ magis conſilio q̃ fato regi cenſebant, imprudentiam præfecti accuſabant, q; in regiones perpetuo fere frigore damnatas, alieno reb. gerendis tempore copias induxiſſet. Nec deerant ex Christianis maxime, qui hanc Turcarũ cladem in Bazethis transferunt crudelitatem, atq; ex Mauerdini Hadrianopolitani ortam ſupplicio crederent: quem ſane nolentem à Chriſtiana deficere religione, igni necari iuſſerat. Hic vir licet, vt accepi, publicanus aliquot annis fuerit, atq; haud ſatis honeſte, ingentes nactus opes (vtpote qui ne à fœnore quidem ſeſe continuerat) cum Turcis eius fortunæ inuidiæ ſimul & ſuſpicioni eſſe cepiſſent, productis falſis teſtib. contemptæ Machometanę religionis (q; quidem apud Turcas capitale habetur) accuſatus eſt, atq; in carcerem coniectus. Sed quia talē virum occidere incõſulto rege veritus prætor, ad quem hæc cognitio ſpectabat, quid facto opus eſſet, cõſulit regem. Bazethes, alioqui rex iuſtiſſimus, diuitis rei (vt quidam credidere) auro religionis prętextu potiri cupiens, mandat prætori, vti re diligenter inquiſita, ſi Mauerdinus ſceleris conuictus fuerit, lege in eum vteretur, ni ſpreta Chriſtiana religione ſacris Machometanis q̃ primum initiari pateretur. haud ſane hac in re imitatus paternam prudentiam. Ille enim cognito Machometis aſtu ac religionis vanitate ſtultam ludibrio habuit ſuperſtitionem. Hoc nuntio accepto prætor tribu-

Mauerdin' capitalis criminis accuſatur.

Mauerdinus capitalis criminis accuſatur. nal aſcendit,atq; ſtrue lignorum ad terrorem circumſtantium Chriſtianorum conſueto maiore compoſita, reum, ſicut erat, catenis vinctum carcere educi,atq; ad ſe attrahi iubet, ſilentioq; per apparitorem indicto, ita cœpit: Quam vellem Mauerdine in aliena religione cenſenda, Turcarum mentem habuiſſes, noſtrumque morem eſſes imitatus. neque enim eo calamitatis nunc deueniſſes, vt tibi aut contemptu eius religionis, in qua natus es, & iam conſenuiſti, aut morte acerbiſſima, Turcaicis legibus eſſet ſatisfaciendum. Nos enim CHRISTVM, quem vos Deum eſſe affirmatis, in omni ſermone appellare honorifice ſolemus, pœna ei grauiſſima conſtituta, qui de CHRISTO quicquam per contemptum obloqui, aut vllam vocem eo indignam proferre auſus eſſet: nec ſane immerito. nam ſicut illum, præter morem humanæ naturæ nullo genitali ſemine procreatum eſſe arbitramur: ita omnes mortales anteceſſiſſe, nulli dubium eſt. Quum igitur nos extra veſtra poſiti ſacra, CHRISTVM tanti facimus, cur tu aduerſus noſtras leges in Mahometem tam impie inuehi auſus es? qui quidem itidem Deo (vt putamus) acceptus, & in paucis charus fuit: Turcasque perinde ac vanę ſuperſtitionis, ac ſtultitiæ arguere non dubitaſti: quum pro certo haberi debeat, Machometem æque ac Moyſen & Chriſtum veritatem mortalibus nuntiaſſe. Immo, aliquanto ipſius Moyſæ pariter & CHRISTI ritu, licet ex vtroque dogmate Machometes ſuam religionem compoſuerit, Deum iuſſiſſe, Machometanis legibus humanum genus deinceps teneri oportere. Quemadmodum enim prioris teſtamenti tabulæ, conditis poſterioribus irritę fiunt, ita & mos ſuperiorum, vbi noua ſucceſſerit lex, tollatur, neceſſe eſt. Nam ſi regibus antiquas leges, recentioribus inductis abrogare licitum eſſe arbitramur: multo magis id Deo licere credendum eſt: vtpote in cuius poteſtate ipſos reges eſſe conſtat. Atque idcirco impietate tua eam nobis neceſſitatem impoſuiſti, vt te iam ſenem virũ nec fortunis, nec dignitate cõtemnendum, aut ad nouã religionem ſuſcipiendam cogerem; aut, ſi noſtris ſacris initiari nolueris, in te Turcaicis legibus animaduerterem. nam ex his duobus tibi alterutrum eſt ſubeundum. Eſt enim Machometanis legibus cautum, ne rationibus, ſed vi & gladio in defendenda religione, vtamur. Ad ea Mauerdinus ſalute fere omnino deſperata, & ob id elatiore animo, ita reſpondit. Si tantummodo de religione veſtra à me, vt obiici-

obiicitis, violata, mihi eſſet cauſa dicenda, haud omnino ſaluti meæ diffiderem; fretus, non minus regii prætoris æquitate, quam mea ipſius innocentia; propterea, quod meis moribus, & vita præterita facile illud crimen reuincerem: quod ſcilicet ſubornatis teſtibus, & his hominibus, qui ſemper famoſi & corruptiſſimi habiti ſunt, ſuffultum eſt. Etenim, ſi, dum iuuenta, vt fit, incautior eſſem, de me nihil tale vnquam auditum eſt, haud conſentaneum eſt; à me, iam ſene id eſſe admiſſum, atque eo, qui neque leges veſtras ignorat, & his auctus eſt fortunis, quæ quidem vel ferociores ætate timidos, ac cautos poſſunt efficere. Quare velim & te, prætor, qui hoc in magiſtratu regis fungeris munere, & regem ipſum rogatos eſſe, ne quid grauius in me innoxium, atque obiecti criminis omnino expertem inconſulte ſtatuatis. Ad gloriam enim tanti regis pertinet, ſpreta perditorum hominum calumnia innocentis vitam conſeruare, atq; in hoc parentis ſui, prudētiſſimi regis mores imitari: qui ſane, quum propter cæteras eius virtutes, tum propter hoc maxime laudibus effertur, quod nunquam vllis teſtibus in caput cuiuſquam ſuæ ditionis hominis, credendum eſſe cenſebat, cuius maxime ſpectata eſſet integritas. Propterea quod falſi teſtes (cuius quidem generis hominibus hæc corruptiſſima ætas maxime abundat) facile precio parari poſſunt. Num credis, prudentiſſime prætor, accuſatorem meum hos difficulter inueniſſe, qui nullo periurii reſpectu in meum teſtantur caput? certe, paruo conducti ſunt precio: &, ſi verum audire vis, ipſi ſeſe accuſatori vltro obtulerunt: dum vel minimam vtilitatem maioris faciunt, quam hominis vitam. neque enim hi in cœtu hominum quocunque modo interficere dubitabunt, modo id impune liceat, qui quidem in ſiluis maiorem vitæ partem per latrocinia tranſegerunt. Atque idcirco ſi his accuſatoribus ac teſtibus morti addictus ſum, nō mediocre ſolatium vel hac ex parte morituro eſt, quod nemo me non per calumniam interemptum iudicabit, cuius ſcilicet vita, & mores, dicta factaque in magnis paruiſque rebus huic accuſationi minime congruunt. Proinde ſtultum eſt credere, religionis prætextu impotentiſſimæ notam cupiditatis contectum iri: fama mendacio inſtructa vix tridui ſpatio durat: deinde haud ſecus quam factitius color ardentiore ſole colliquatus, euaneſcit. Si igitur religionis veſtræ à me temeratæ, nec ipſe mihi conſcius ſum (ego enim quanquam ſolam Chriſtianam religionem, in qua ſane mihi Dei

Manerdinus ad capitalem ſui accuſationem reſpondet.

Mauerdinus ad capitalem ſui accuſationem reſpondet.

munere, naſci contigit, veram eſſe exiſtimo, Machometi nunquam detraxi: nec ab his profecto accuſor, quibus fides merito habenda eſt) precor, ne mihi alia res, quam cuius reus ſum, apud vos inuidiæ ſit. Nemo enim niſi eius ſceleris, quod commiſit, cuiuſue conuictus eſt, damnari debet. Et profecto cęteri mortales externa bona magni faciunt; nos Chriſtiani, quæ humana bona dicuntur, magis neceſſaria hominibus, quam magna eſſe ducimus. Vnde fælicitatis humanę non adeo ignarus ſum, vt propoſito vitæ periculo malim fortunæ bona, quam propriam amplecti ſalutem. Si fortunæ meæ, magnitudine forte ſua, vobis ſuſpectæ petuntur, auferte eas, libens his cedo, ſit in tuto religio, & quam Chriſto debeo, fides. Nec putetis me (cui ſane iam ingraueſcente ætate fatum, lege naturæ diutius differri nequit) mortis metu hæc dicere: quæ quidem Chriſtiano viro longe fælicior, quam ipſa vita eſt, præſertim ei, qui, ne à vera deſciſcat religione, occumbit: ſed veſtræ duntaxat exiſtimationis, & gloriæ cauſa (nam damnatione mea proculdubio perpetuam ſubituri eſtis labem, quandoquidem ne veſtræ religionis hominibus, quibus ipſe notus ſum (ſum autem multis & his non poſtremis viris notus) nunquam perſuaderi poterit, me quicquam tale admiſiſſe.

Satis enim conſtat, Chriſtum Dei ſapientiam ſuis non iuſſiſſe, vt alieni ritus irriſione, ſed vitæ ſanctitate religionem tuerentur. Atque idcirco, ſicut non cogimus quemquam ad ſacra noſtra ſuſcipienda, ita à veræ religionis cultu, vi aut tormentis deterreri nequimus. Quare nemo inimicorum meorum ſibi perſuadeat, me vllo mortis genere propoſito poſſe auerti a religione, quam & ipſe Machometes (quem vos Dei nuntium appellatis) approbauit, aſſerens Chriſtum è ſpiritu diuino natum, veritatem mortalibus indicaſſe. A veritate autem, maximo Dei munere accepta, cui veſtræ etiam ſectæ author adſtipulatur, dimoueri nefarium eſſe, quis niſi rationis prorſus expers, non videat? Hæc vbi Mauerdinus dixit, extemplo clamor Turcarum in eum, quaſi obiecta parum purgaſſet, accuſatorum inſtinctu ſublatus eſt; hoc quidem conſilio, ne forte iudex, quem rei oratione, vtpote vera, haud parum motum eſſe apparebat, dilato ſupplicio accuſatorum fraudem deprehenderet. Itaque prætor, circumſtantis metu turbæ, ne ſcilicet iure apud regem accuſari poſſet, quod Chriſtianos digniores fide,

quam

quam Turcas eſſet arbitratus, confeſtim Mauerdinum prius minis, modo precibus, nequicquam fatigatum, vti in ſectam Machometanam traduci pateretur, palo è media lignorum ſtrue eminenti admoueri iubet, ac ferreis alligari catenis, vbi flamma per carnificem excitata inter orandum exuſtus eſt. Hunc exitum vitæ perditorum hominum ſcelere, Hadrianopolitanus habuit, ne à vera deficeret religione, ſortitus plane mortem perpetuo celebrandam præconio, & dignam eo Chriſtiano, qui in cœtu Romani ritus natus eſſet. quámquam ad fælicitatem conſequendam, quæ poſt hanc vitam Chriſtianos manet, diuerſitas ritus nihil obſtat, modo adſit ea religio, quam Apoſtoli diuino ſpiritu pleni per terrarum orbem tulère. An autem huius viri iniuſta damnatio, cauſa eius cladis, quam Turcæ in Polonica expeditione acceperunt, extiterit, nec ne, eius viri iudicium ſit, cui vitæ ſanctitate diuina voluntas, mortalibus ſane ſi verum fateri volumus, occulta, innoteſcere poteſt.

Mauerdinus comburitur.

Cæterum, ne Turcarum animos illa calamitate confractos eſſe Hungarus & vicinus, & per ſe grauis hoſtis arbitraretur, Boſſinenſis Satrapes, nulla fœderis habita ratione (pax enim inter Hungaros & Turcas erat) contractis quingentis circiter partim equitibus, partim peditibus, prædatum in eam partem Dalmatiæ, quam Choruatiam appellant, eſt profectus. Quod vbi Ianus Coruinus Dalmatiæ præfectus cognouit, & ipſe dimiſſis, per regiones ſuæ prouinciæ, nuntiis ad trecentos equites celeriter contrahit. Atque vt ſunt Hungari elatioris ſpiritus, ne numero militum, ſed virtute potius ſuperior eſſe videretur, cum hac tantum manu obuiam hoſti progreditur: nec tamen fortuna deſtituit temeritatem. Erat apud Ianum quidam Dalmata Cara Michael nomine, vir & animo & corporis viribus in paucis memorandus: miles quondam fuerat Regis Matthiæ Coruini, verum ab eo ad Turcas metu iudicii transfugerat, quum latrocinii cuiuſdam eſſet accuſatus. Aliquot poſt annis Matthia extincto in Hungariam redierat, multis apud Turcas præclaris facinoribus æditis: quibus quidem viri fortiſſimi nomen adeptus fuerat.

Is igitur cum centum tantummodo præeſſet equitibus ab ipſo Iano ei attributis, fretus virtutis ſuæ famæ, rem ſummæ audaciæ eſt aggreſſus. Præmiſſus enim à Duce cum turmalibus duntaxat

Cara Michael Dalmata vir fortiſſimus.

ſuis ad explorandos hoſtes, adeo alacri animo occurrentes Turcas eſt adortus, vt eos ſtatim in fugam conuerteret. In qua quidem fuga plus quam dimidiam illorum partem occidit, nullo ferme ex ſuis amiſſo. tanta profecto fuit, ſiue Turcarum formido, quæ quidem rem vel maxime ſolet euertere; ſiue Michaelis virtus, ſiue fortuna quam (vt ſæpius diximus) vbique pro Dei voluntate accipimus. Nec circa Danubium per idem tempus res quietæ inter Turcas & Hungaros erant. Milon Belmuſius natione Mœſus Hungarorum ducum haud poſtremus, forte domi in Tibiſcienſi agro agebat. Itaque feſtum ſacroſanctæ reſurrectionis diem celebraturus, ad ædem Diuæ virginis (quæ haud procul à domo eius ſita eſt) vna cum filio & ſexaginta circiter comitibus proficiſcitur, diuiniſque ibi rebus Græco ritu peractis ad epulas, & largiorem potum de more patrio conuertuntur. Deinde vbi ſatis epulati ſunt, partim ad varios luſus, partim ad quietem pro ſuo quiſque ingenio ſeſe conferunt. Non latuit hoc Turcas, qui Semenderiam vrbem in ripa Danubii in Mœſico agro à Stephano Deſpoto exædificatam, Taurunoque circiter 20. millibus paſſuum diſtantem, præſidio obtinebant. Namque pridie quam eo Belmuſius acceſſiſſet, venturum eum Turcæ per quendam transfugam acceperant. Itaque præfectus Turcarum euocatis circiter trecentis equitibus, prima vigilia traiecto Danubio, tribus fere millibus paſſuum à ſupradicto fano in quadam valle occultus conſedit, quum noctu eo perueniſſet. Ibi paululum & ſeſe quieti dedit, & cæteros quieſcere iubet. Mox hominum & equorum curatis corporibus tenuique cibo more Turcaico confirmatis, ſexta diei fere hora, ratus, vt euenit, eo tempore Mœſos vino graues futuros, quadraginta tantum equites progredi, & Milonem leui certamine laceſſere imperat: atque ſi hoſtis in ſe irrueret, ſenſim cedere, donec eum ad vallem pertraherent: vbi ipſe expeditus cum reliquis equitibus rei gerendæ expectabat opportunitatem. Milon, vt ei nunciatum eſt, Turcas adeſſe, equum (præſto enim erat) confeſtim aſcendit: idem cæteros ſuorum facere iubet. Coactis itaque in vnum ſuis paululum deliberabundus, hæſitauit, vtrum ferro decerneret, an prælium fuga vitaret, Verum poſtea quam paucos Turcarum conſpicatus eſt, fraudis ſecurus, pene cum inermi & ſemiſomni ex recenti crapula turba, in hoſtem impetum facit, ratus ſibi vel imparato ad pugnam indecorum fore cum paucis hoſtibus non dimicaſſe,

tamet-

Milon agros Turcarum late populatur.

tametſi ad conſeruandam fortitudinis famam, nihil minus faciat, quam temeritas. nam ſicut pugnare, quum neceſſitas cogit, aut ſpes victoriæ ſubſit, fortis viri eſt, ita certamen interdum detrectare, quum id ratio ſuadeat, prudentis ducis eſt. non enim ſemper fælicitas temeritati ſufficere poteſt. Turcæ vt edocti erant inſtantibus cedunt. Chriſtiani vero eos fugientes vſq; ad inſidiarum locum inſequuntur: ibi pro numero vtriuſque partis atrox prælium exortum eſt. Pluresque Turcarum quam Chriſtianorum interfecti ſunt, verum paucitate noſtrorum, vulnereque Belmuſii patris, & quod Belmuſius filius temere in hoſtem inuectus ceciderat, maiorem cladem Chriſtiani accepiſſe viſi ſunt. Milon Turcarum fraude, ſuo vulnere, & filii morte ira inflãmatus, vbi ex prælio domum reuerſus eſt, omnes captiuos Turcas, quorum nõ paruum numerum apud ſe habebat, è cuſtodiis eductos, crudeliter excruciatos interficit, atq; ita ſeu dolori ſuo indulſit, ſeu antiquorum ritu, quem ſane pleriq; Illyrici, veræ religionis inſcitias, quibuſdam in rebus adhuc retinent, manibus filii parentauit. Nec contentus captiuorum nece (nondum enim ira ex dolore concepta mẽte deceſſerat) vt primum per vulnus licuit, exercitu partim ex ſuis, partim ex amicorum militibus, ac clientibus coacto, hoſtium fines ingreſſus, agros late populatus eſt; nihilq; crudelitatis in hoſtes, quos caſus obtulit prętermiſſum, nõ ætate confectis, non mulieribus, non infantib. pepercit. Cæterum, hæc Turcarum in Milonẽ fraus, haud mediocrẽ regi Vladiſlauo conflauit inuidiã, poſtea q̃ res, & vulgi rumore, vt fit, & ipſius Milonis querelis per Hungariam diſſipata eſt. Fremebant paſſim plebs, principeſq;, voces regia indignæ maieſtate audiebantur: quippe iam haud diſſimulãter dolore verecundiã vincẽte, Vladiſlauũ ſegnẽ, deſidem, ignauum appellabant. Vtpote cuius animum, nec gloriæ cupiditas tangeret, nec infamiæ turpitudo morderet: rurſus manus ad cœlum tendentes Regem Matthiã Huniadem Cor. amiſſum quaſi viuẽtem impares deſiderio implorabãt. Hunc vnicũ regem fuiſſe pdicabant, qui non modo ciues ſuos ab externa vi tutari, ſed etiam imperium ſuum augere noſſet; Vladiſlauum cum perfida Turcarum gente fœdere iungi, nempe qui plura nefanda facinora per pacẽ & inducias, quam dum bellũ gerunt, perpetrent; incurſiones in agros de improuiſo faciant, populationes, ſpolia, raptus exerceant, nihil tuti arma deponentibus relinquant, quippe queis nihil veri, nihil ſancti, nulla

X pror-

Bazethes cum Vladiſlauo Hungarorum rege renouat fœdus.

prorſus iuriſiurandi religio ineſſet. Hæc aut his ſimilia prout dolor animi iratis verba ſuppeditabat ab Hungaris tum in Vladiſlauum, tum in Turcas merito iactabantur. Nam ſicut Turcæ priuatim fidem egregie coluntita vbi publica affulſit vtilitas, omne ius faſque præ ea contemnitur. tantum nimirum his ineſt vel malis artibus imperii augendi ſtudium.

LVDOVICI TVBERONIS DALMATÆ ABBATIS COMMENTARIORVM DE TEMPORIBVS SVIS

Liber Septimus.

BAZETHES ſublato (vt ſupra dictum eſt) fratre, atque ob id ipſum metu domeſtico liberatus, veluti ex ſomno experrectus, non iam prædatoria manu Chriſtianos vexare: verum totis imperii viribus cum his cõgredi ſtatuit, nullo non Chriſtianorum hoſte deſtinato. Cęterum, ſicuti vniuerſos magni facere, ac timere, ita ſingulos vehementer contemnere. Quum igitur ægre ferret, Venetos (cum quibus ſane pacis tempus iam exierat) quaſdam vrbes maritimas in Græcia atq; Illyrico poſſidere, ipſo mediterraneis regionibus imperitante, omni ſtudio ad eas in poteſtatem redigendas incumbit; eoq; magis, q; ad cuſtodiam regni ſui pertinere arbitrabatur, maritimam oram ſuis obtineri præſidiis: ne aliquando ea loca ad ſe oppugnandum hoſtibus aditum præberẽt. Valde enim eum, propter Italiæ propinquitatem, perterruerat Gallorum in regnũ Neapolitanum duce Carolo VIII. aduentus: quum præſertim eum haud lateret, Chriſtianis, qui in eius ditione eſſent (eſt autem horum maxima per vniuerſum regnũ multitudo) non animum, ſed ducem ad defectionem deeſſe. Habebant autem in poteſtate Veneti præter quædam ignobilia in Illyrico oppida Naupliam, Methonem, & Coronẽ in Peloponneſo, in Ætolia Naupactum, Corcyram quoque inſulam Epiro adiacentem. Adhæc accedebat ſuſpicio aduerſus ipſos Venetos nuper exorta. Audierat enim Bazethes, eos cum Gallis pace facta, nouum fœdus percuſſiſſe, atque Lodouici Sforciæ odio, per quem ſane ſtetit ne Veneti Piſis (ea eſt Ethruriæ vrbs) potirentur, Lodouicum Genebium, ſeu Aurelien-

Bazethis cum Vladiſlao Hũgarorum rege renouat fœdus.

relienſem Francorum regem in circumpadanam Italiam accire. Etenim Turcæ, quanquam Venetos contemptui habebant, Gallorum tamen, quos nondum nouerant, arma haud parui facere. Cæterũ, ne, dum ipſe arma in Venetorũ vrbes moueret, Hungarus occaſionem ſecutus, eius conſilia turbaret, cũ Vladiſlauo Hungarorũ rege, haud ſane ob ſegnitiẽ inuito, per bienniũ renouat fœdus, principib. Hungaris huic paci tũ propter Turcarum perfidiã aduerſantib. tum, quia cum Turcis fœdere coire haud honeſtum eſſe videbatur. Turca igitur pace cum Hungaro compoſita, ad res maritimas animũ adiecit. Cæterum, cũ Venetos longarum nauium numero, reiq; nauticæ peritia, haud parum valere, venturoſq; ſuis ſubſidio arbitrarẽtur, atque ob id ad rẽ aggrediendam eſſet cunctantior, hortatu quorundã purpuratorum ſuorum, quorum principes erant Alexander Trapezuntius, Achimateſq; Coſſicius Dalmata, trecentarum nauium claſſem, in Bithynia, & reliqua Propontidis, atq; Helleſpõti ora ædificari iuſſit, vt ſcilic. quod ſuorum peritiæ deeſſet, numero nauium penderetur. Porro Alexander vt pleriq; Græci, odio in Latinæ literaturæ gentẽ inſito in Venetos inuehebatur. Coſſicius vero Venetis infenſus erat, eo quod cum Bazethis auſpiciis aduerſus Ægyptios bellum in Cilicia gereret, captuſque forte eſſet in prælio, regem Ægyptium Venetorum inſtinctu de ſe necando cogitaſſe opinabatur. Accendebat præterea Achimatis odium, ſuſpicio quædam, qua credebat nonnihil paterni theſauri apud Venetos eſſe, quem ſane vxor Latcouii fratris, qui vltimus Coſſiciorum in Illyrico regnauit, ſecum Venetias attuliſſe ferebatur. Illa enim amiſſo viro regnoq;, eo ſeſe cum paruo filio ex Latcouio genito habitatum contulerat. Exaſperabat inſuper ipſius animum fratris Latcouii filius, eo q., cum ipſe puerũ per nuntios multa ei pollicendo, vt ad ſeſe veniret, ſæpius hortatus eſſet, illeq; ad patruum ire abnuerat, ne eius coactu à Chriſtiana deſciſceret religione, putauit Venetorum id factũ eſſe cõſilio. Sed & quidã Chriſtiani principes (vt fama eſt) Venetum coquentes bellum, Turcaica arma concitabant. Cuius quidem belli furia, & fax erat Lodouicus Sforcia, Maurus cognomento, Mediolanenſiũ tyrãnus, flagitioſus homo, atq; ad perturbandã Italiam natus. Nã ſocietatem & cum Turca inierat, dum Venetos ſimul timet, ſimul eis tantum inuidet imperium. Igitur vbi Veneti accepere (qui ſane id temporis maris Adriatici imperium non minus ſtultè, quam iniquè

Andreas Zancanus legatus ad Turcam.

vtpote omnibus gentibus commune, & ob id non ſine acerbiſſimo humani generis odio,ſibi vẽdicabant) Turcas tantã claſſem parare, & ipſi ad rem maritimã ſolito maiorem curã conuertũt. nihil tamen aperte factũ prius,q̃ Turcæ animus,& conſilia ſatis cognita ſunt. Itaque miſſo ad Turcã veluti ad amicũ cum donis regiæ Venetæq; item fortunæ congruentibus legato Andrea Zancano,viro magis ſtolida facundia,quam literis inſigni,placuit Turcaico ritu ab eo quærere, vtrum in pace à parente eius facta,deinde ab ipſo renouata, permaneret?& quid tanti maritimi apparatus ſibi peterentur? quandoquidẽ cautum eſſet fœdere inter Venetos & Turcã facto,ne claſſis Turcaica per pacẽ inconſulto Senatu Veneto,Ioniũ pelagus attingeret. Etenim Veneti,cum cæteris inſulis,tũ Corcyræ vehementer timentes,ſuſpicabãtur Turcã eo claſſem miſſurũ.Sane, ſatis cõpertum habebant,Bazethẽ valde cupere,Corcyra inſula,ꝓpter Italię propinquitatem,potiri. Rex, tametſi admodũ inſolens ea ꝓcunctatio eſſet viſa,nihil tamẽ aſperius ad ea,q̃ Venetus ſciſcitatus erat,reſpõdit: ne non oratorẽ modo,ſed & hoſpitẽ,contra Turcarũ morem, cõtumelia affeciſſe videretur.Quandoquidẽ dona Veneti Senatus nomine allata(q̃ ſane non niſi ab amicis Turcæ accipere ſolẽt) haud aſpernatus erat. quando etiam accepiſſe iniuriam, non autẽ intuliſſe videri volebat.nam Turcæ ſemper fraudi honeſtatẽ prætexunt, ſimulationeque omnes fere mortales ſuperant. Cæterum,Achimates Coſſicius (& ipſe enim colloquio intererat) cognito regis animo,ad oratorẽ conuerſus:Quæ eſt,inquit,hæc inſolẽtia, Veneti, à rege omniũ maximo ſuarum actionũ,ac conſiliorum rationes exquirere? quum vobis ſatius ſit,vel quacunq; conditione pacẽ cum Bazethe habere, modo liceat vobis mercaturam veſtrã exercere,quam ei nequicq̃,& cum maximo veſtro obluctari detrimento.Nam ſi ei ſtomachum feceritis, quingentarum nauium claſſe inſtructa, Adriaticum ſinum inuadi iubebit, atque Dalmatia Iſtriaque occupata, inde faucibus ciuitatis veſtræ obſeſſis, neceſſario vos de imperio non ſolum, verum etiam de ſalute decertare coget, pro qua, ſcilicet opificum veſtrorum vulgus, & ſellularii, Turcaico militi oppoſiti,egregie pugnabunt. Quare inducite tandem in animum, vos intra pelliculam (vt dicitur) continere:& diſcite, mercatori imperium conuenire,perinde ac aſino ephippium. Cæterum, neq; Zancano animus ad reſpondendum defuit. His enim verbis eum tunc vſum ferunt.

Etſi

Etſi Senatus Venetus nihil magis optet, quam, vt rex pacem & ami- *Andreas Zancanus orationi Turca reſpondet.*
citiam à parente eius inſtitutam, deinde ab ipſo renouatam, atque tot annos à Venetis integra fide cultam, conſeruet: tamen ſi pergat laceſſere, Venetis quoque nec opes, nec animum vnquam defuturum, non modo ad ſeſe ab hoſtibus tutandum, verum etiam ad fines imperii ſui proferendum. Orator ab hoc colloquio è regia egreſſus, triremem, qua Conſtantinopolim aduectus erat, repetebat, cum eum regius lictor conſecutus, regiis verbis iuſſit, quamprimum ſoluta naui extra fines regni enauigare. Non deſunt inſuper qui dicant, quaſdam naues à rege ſubmiſſas, vt Venetam triremem Helleſponto egredientem adorirentur, atq;, ſi poſſent, vna cum vectorib. ſubmergerent. At ego tantum ſcelus Bazethem haud iuſſiſſe arbitror. quandoquidem & Zancanus, ne viſo quidem vllo hoſte in patriam cum comitibus ſuis incolumis regreſſus ſit, & rex ille ita iuſtitia inſignis vixerit, vt hanc fere ſolam laudem ab omnibus ſemper tulerit. Veneti animaduerſo Bazethis hoſtili animo, qui claſſi præeſſet, Antonium Grimanum, virum ſicut mercatura ac diuitiis (quibus ſane rebus Veneti imprimis ſtudent) inſignem, ita bellicę artis prorſus rudem, creant. Nam Veneti, licet in terreſtribus expeditionibus, externis & militibus, & ducibus vtantur, è ſuo tamen corpore homines nauibus pręficiunt. Quinq; & viginti triremes è nauali ſuo (in quo ad centum ædificatas naues ſemper habere dicuntur) deducũt, inſtructasque nautis, ac claſſicis militibus, in Corcyram inſulam proficiſci iubent. Eodem quoque paucis poſt diebus Grimanus quoque profectus eſt, imperatis Iſtrię, ac Dalmatiæ maritimis vrbibus, quæ in Venetorum ditione erant, circiter decem triremibus, totidem Cretæ inſulæ, quinq; Corcyræ, Apuliæ ciuitatibus, quas pignoris nomine id temporis Veneti tenebant, quatuor. Iam Turcarum claſſis omnibus neceſſariis rebus inſtructa, in Cherſoneſum Thracium contracta erat, ſignumq; proficiſcendi expectabat. Itaq; Bazethes deſignato claſſis præfecto Thaude Coſſicio, imperat naues ſoluere, atq; Helleſponto educi, in Euboæamq;, inde in ſinum Saronicum contendere. Conſtabat autem hęc claſſis ex centum triremibus, centumq; & quadraginta Dioretis, additis quinquaginta varii generis turritis nauibus, quas inter raræ vna magnitudinis erat, vtpote quatuor millium amphorarum capax. In hanc præter commeatum, ingentem belli apparatum, multipliciaq; armorum ac tor-

Thaudes Coſſicius p Turcam claſſi cōtra Venetos mittenda præficitur.

mentorum genera;ligneam inſuper turrim Turca contulerat,quam fruſtatim circumferri, promontorioq; Patrenſi (quod ex aduerſo Ætoliç,mille circiter paſſuum interuallo,à Naupacto diſtat) imponi conſtituerat,quo inde Venetos Corinthiacum ſinum cum nauibus ingredi , ſuppetiasq; Naupacto ferre(quam ſane vrbem oppugnare ſtatuerat)facilius prohiberet.

Per eoſdem dies rex quoq; Conſtantinopoli cum ingenti exercitu egreſſus,Hadrianopolim petit.Inde per Macedoniam Theſſaliam peruenit.Ibi bona copiarum parte vni ex purpuratis, Muſtaphæ Argiuo,attributa, cum in Ætoliam Naupactum oppugnatum proficiſci iubet.Ipſe caſtris poſitis non procul ab Othu monte circa Peneum amnem ſubſiſtit, euentum oppugnationis expectaturus; ratus,oppugnationem ignobilis,vt nunc eſt,vrbis, quam per ſe ſubiret,regi parum conuenire:ſimul vt ex proximo, ſi vſus poſtulaſſet, auxilia ſuis poſſet ſubmittere. Statuerat enim non niſi vi capta,aut oppidanorum voluntate dedita Naupacto,ex illis regionibus abſcedere. Nam,cum totum Corinthiacum ſinum, (quem nunc Patrenſem vocant)in ditione haberet,Naupactum in faucibus ipſius ſinus ſitam,à Venetis obtineri ęgerrime ferebat. Venetus imperator vbi recognouit Turcarum claſſem ſoluiſſe,atq; Ægeum mare petere, relicto Corcyræ ſatis firmo præſidio in Peloponneſum Methonem verſus cum om̄nib.nauibus,quas compararat, contēdit: Senatumq; Venetum de Bazethis terreſtri itinere,eiuſq; claſſis magnitudine,ac profectione certiorem facit:numerumq; nauium ſibi augeri petit: tametſi nauium numero (vt fama erat) Turcaicæ claſſi haud multo impar erat,quum ea ex triremib.magna ex parte conſtaret,arte vero nautica, cuius Turcæ tunc non admodum periti erant, longe ſuperior.Quapropter Veneta id arte à Grimano factum eſſe pleriq; putabant.Solent enim illi pro inſita prudentia, quam quidem timiditatem atque ignauiam malunt appellare, & boni militis inopia,hoſtem magis apparatu,& ſpeciē ipſa rerum,quam veris virib. terrere, magisq; conſilio vel auro,quod mercatorum omnino eſt, quam armis imperium augere:atq; idcirco ſicut ad hanc diem, haud ſæpe ex ſuis expeditionibus magnam reportarunt victoriam,ita nec multū iacturæ fecerunt. Veneti igitur ad eas triremes, (de quibus dictum eſt)ſexdecim longas eius generis naues,quibus ipſi ad conuehendas merces vtuntur, & ipſæ terno ordine remis aguntur, (groſſas vulgo vocant)

vocant) armis militibusq; inſtructas, cum onerariis ſexaginta adiungunt, Metonemq; ad Grimanum proficiſci iubent. Nec confiſi hoc nauium ad hoſtem terrendum numero, à Lodouico Aurelienſi in locum demortui Caroli VIII. Francorum regis ſuffecto, cum quo amicitiam (vt dictum eſt) nuper contraxerant, precib. impetrant, vt illas circiter duodecim turritas naues cum quatuor triremibus ad Grimanum auxilio mitteret, quas ſane Maſſiliç, & in cæteris Narbonenſis prouinciç locis, Galliarũ nobilitas, d opem Rhodiis ferendã, ſuo ſumptu armauerat. nam & Rhodii id temporis Turcas propter vicinitatem vehementer timebant. Iam Bazethes cum ſuis copiis in Beſalia (vt dictum eſt) ſubſtiterat, quum Thaudes Coſſicius prçfectus regiæ claſſis (qui amiſſis naufragio circa Eubœã V. & XX. longis nauib. Suniũ promontorium prætervectus, ad Munychiã, Atticæ locũ, iam appulerat) cũ per nuntium docet, Venetã claſſem nauium numero haud multũ infra Turcaicam (erant n. ad centum & 50. naues) Methone ſtatiua habere. Per eundem quoq; nuntium quid ſibi faciendũ, quoue cum claſſe progrediendũ eſſet, ſciſcitatur. Rex, tametſi eo nuntio admodũ motus eſſet (neq; n. Venetos tam breui temporis ſpatio, tot naues cõfecturos putarat) tamen miſſis 12000. partim peditum, partim equitum cũ Achimate Coſſicio, id muneris ſibi vltro depoſcente, qui & claſſicis, ſi res poſceret, ſupplemento eſſet, & Peloponneſi littorib. obequitãdo, maritimas Venetorũ vrbes territaret, hoſtileſq; naues, ſi poſſet, aliqua ex parte diſtineret. Iubet claſsẽ Corinthiacũ ſinum (quem Rhion ſcriptores vocant) petere, Achimatem ducem ita ſequi, vt imperium magis communicatum cũ illo, q̃ Thaudi ademptum videretur, ne is collegam ſibi adiunctum in contumeliã verteret, & ob id inter eos diſſenſio, regiis reb. cladem allatura oriretur. tametſi rex ex eo nuntio Thaudem & rei nauticç parum idoneum eſſe deprehenderat, nec per ſe ſatis animi, ſi præliũ committendum eſſet, habiturum. Per idem quoq; tempus mandat Alexandro Trapezuntio (is eius Dalmatiæ partis, quam vulgo Boſſinam dicunt, ſatrapes erat) Iadeſtinum agrum, quo Veneti pluribus in locis hoſtilia arma ſentirent, populari: qui quidem latronis ritu Diomedis promontorium ex improuiſo adortus (nõdum enim bellum Venetis Bazethes de more indixerat) tanta clade eam regionem vaſtauit, vt ſupra quinque millia agricultorum capita cum ſeptuaginta millibus pecorum inde abegerit. frumenta inſuper omnis

Rhodii Turcas ob vicinitatẽ valde metuũt.

Iadeſtini per Turcam circũuenti.

omnis generis, vineas, oliueta, & cætera id genus, vnde Iadeſtinis maximi ſuppetebant prouentus (& eſt ea regio pro habitu Dalmatiæ agri vberis) funditus euertit, his, quæ aſportari nequiuerant, igni demum immiſſo. Ferunt autem Turcam memorabili dolo, triduo antequam incurſionem faceret, clam ſeiunctis à cætero exercitu quibuſdam equitibus, aliquot Siſenſis agri agreſtes excipi iuſſiſſe. Quod vbi prætor Siſenſium cognouit, confeſtim ad Turcam mittit, qui iniuriam coram expoſtularet, captosque ex fœdere repeteret. nondum enim Bazethes bellum Venetis (vt paulo ante dictum eſt) indixerat. Zatrapes Græco aſtu (Trapezo enim (vt ſupra demonſtrauimus) Græcorum colonia, erat oriundus) ſimulata amicitia vultuque ita compoſito, vt præ ſe ferret grauem in prędones indignationem, captiuos conquiri, repertosque ſtatim reddi ſuis iuſsit. atq; quo maritimis Dalmatis prorſus demeret metum, ac incurſionis ſuſpicionem, profecturum ſe aduerſus proximos Pannonios fingit. Huius rei fama ad Iadeſtinos Turcarum incurſionem vehementer formidantes celeriter perfertur: fidesque famę propter hanc captiuorum reſtitutionem, habita. Tametſi à quibuſdam Hungaricæ ditionis Dalmatis per litteras nuntiatum erat Iadeſtinis, vt ſibi Turcarum haud paruam coactam manum, atq; in maritimam oram proculdubio excurſuram cauerent. Itaq; Iadeſtini in maximas inciderunt calamitates, quum hoſtium dolo, tum ſua ipſorum imprudentia. neque enim alicuius fuit conſilii, authore communi Chriſtianorum hoſte, metum, qui ſane eos conſeruare poterat, deponere. & amicis plane vtilia ſuadentibus credendum erat. Paucis poſt diebus circiter quingenti Turcæ, partim equites, partim pedites, prædæ incitati auiditate, rurſus in maritimos Dalmatas incurſionem fecerũt. qui quum temere in agrum Scardonitanum natura montibus aſperis munitum, penetraſſent: locorum anguſtiis, ſimulq; Coſſuli, ex eo genere Illyrici hominis, qui ſe Romanos putant, aſtu, pene interclusi, vix inde, ad quadraginta ex ſuis amiſſis, præda nequicquam petita, euaſere. Id ſane tenuis admodum ſolatii fuit Dalmatis pro tot cladibus per eos dies acceptis. Thaudes, accepto regis edicto, extemplo Maleam verſus cum Achimate nauigat. mox ſuperato Aſineo promontorio (in quo coronę vrbis ſita adhuc extat) Methonē (vbi Venetam claſſem conſtitiſſe ſupra docuimus) proficiſcitur. Verum cum aduerſo vento coorto proſequi iter nequiſſet, in inſulam

tribus

tribus millibus paſſuum, à Methone diſtantem (Sophiam vocant) ſeſe cum claſſe recipit, locatis ad fauces portus, in quo ſubſtiterant, omnibus onerariis, ac turritis nauibus. Venetus imperator, cum prope in conſpectu hoſtis erat, claſſe è portu educta duo millia paſſuum in altum cum omnibus nauib. ſuis prouehitur: conuerſiſq; in hoſtem proris veluti pugnaturus, atq; ex latiore maris ſpatio naues ſuas remis concitaturus conſiſtit. At Turcæ exiſtimantes, Venetos pugnę ſe haud commiſſuros (neq; enim eos latebat, Senatum Venetum ſolere ſuis ducib. in expeditionem proficiſcentib. mandare: ne vnquam ſummā rerum, fortunę, atq; vniuerſi certaminis periculo committāt) è portu Sophiæ tertia diei hora progrediuntur, nauesq; remis agebantur propter littora curſus dirigebant, onerariis illarū latera in hoſtem vergentia claudentibus. Quum ita Turcæ, haud minus formidantes, quam formidoloſi, nauigarent. Andreas Lauredanus, vir vt inter Venetos non militiæ, ſed mercaturæ deditos, audacia inſignis, (ſuane ſponte, an Imperatoris iuſſu, parum mihi conſtat) cum tribus ingentis magnitudinis nauibus, quibus ipſe præerat, Turcaicam nauim eam ipſam, quam tormentis oneratam ſupra demonſtrauimus, à cæteris aliquantum ſpatii diductam aggredi ſtatuit; ratus, ea ſuperata, nonnihil animi ſuis adiici poſſe, ſimul & de Turcarum audacia demptum iri. Ex his autem tribus nauibus Lauredano attributis vna Armeria, alia Cretēſis, tertia Pandaurea, ex alio latere in hoſtilem nauim impetum facit. Cretenſis vero nauis dum ſe quoq; Turcaicę naui celeriter admouere conatur, hoſtilis tormenti ictu depreſſa, peſſum iuit. Quum igitur duę Venetæ naues Turcaicam nauim circumſtetiſſent, ferreiſq; manib. iniectis colligatæ eſſent, acerrimum inter ſe excitarunt certamen, neutro claſſis duce, ſubſidia ſuis ſubmittente, ſiue mutuo metu, ſiue, quia vtrique ducum forte mandatum erat, ne cum vniuerſa claſſe concurrerent. Itaq; cum duas ferme horas pugnatum eſſet, victoriaq; neutro adhuc inclinaret, pari quoq; deſperatione, ignis vtrimq; viciſſim in aduerſas naues coniectus eſſet, vnaq; cum nauib. homines eodem incendio abſumpti ſunt, pauci admodum ex vtraq; parte, qui ſcilicet ſeſe pręcipites in mare dederant, atq; ad Turcaicas triremes adnarāt, ignem euaſerunt: quorum aliquot hoſtili metu abutentes à cætera claſſe ſeiunctę ſuos pariter & hoſtes recipiebant: hos quidem, vt ſpoliatos aut occiderent, aut in ſeruitutem adducerent: illos vero, vt

Andreas Lauredan⁹ Venetus inſignis.

Y conſer-

Turcæ Chriſtianos ſeruituti minus idoneos interficiũt, & in mare abiiciunt.

conſeruarent. Turcę enim Chriſtianos quos ſeruituti minus idoneos putant, prius diligenter excuſſos ſubinde interficere, atque in mare præcipitare. Dum hæc geruntur, reliqua Turcarum claſſis Cypariſſium abſq; vllo tumultu cepit portum (abeſt à Methone duodecim millia paſſuum) Iuncum vulgo dicunt. Veneti quoq; Turcas ex toto inſecuti pone inſulam, cuius obiectu portus, in quem hoſtis ſeſe receperat, efficitur, trium millium paſſuum interuallo, iactis anchoris conſtiterunt, deliberaturi, quidnam poſtridie eſſet agendum. Neque enim Turcas ibi prẹter vnam noctem, vt euenit, moraturos arbitrabantur. Eodem die, paulo ante ſolis occaſum, Maſſylienſis claſſis (quam à rege Francorum miſſam ſupra docuimus) ſe cum Veneta claſſe coniunxit, maximoq; clamore ac plauſu lætitiæ indice, ita vt Turcę quoq; haud læto animo id audirent, excepta eſt. Itaq; præfectis nauium (quos triarchos vocant) ad prætoriam nauim accitis, conſulitur, quonam modo hoſtium curſus, ſine vniuerſę pugnę diſcrimine impedirent: atq; ab ingreſſu Corinthiaci ſinus arcere poſſent. Putabant enim Veneti ſi quid forte aduerſi in prẹlio caderet, remp. quoq; totam eodem caſu extemplo euerſum iri. Itaque omnium ſententiis præter Gallos (qui tota ſimul claſſe hoſtem inuadendum cenſebant) eodem inclinatis conſtituunt Turcarum claſſem è portu egredientem onerariis primum triremibus, quæ (vt diximus) ſexdecim erant, adoriri. (Sunt autem hę triremes ſicut cæteris longis nauibus haud comparandæ, ita robore multo ſuperiores) deinde Gallicas emittere in hoſtem naues, quibus ſane hoſtis (tãtum his roboris inerat) roſtro ſuarum nauium nocere non poterat: neque etiam propter altitudinem oppugnatu faciles erant: Venetus demum imperator cum reliqua claſſe in perturbatum hoſtem (ita enim futurum arbitrabantur) impetum citra periculum faceret, totamque rem ex tuto gereret. Ibi Gallus Maſſylienſis claſſis præfectus, ſublato riſu, Rectum ſane, inquit, ac ſalutare conſilium, à vobis initum eſt, Veneti; ſed quid poſſunt bene conſulta, niſi ea fueris mature executus? imo, ſicut extremi ingenii eſt, non excogitare, quę in rem ſunt; ita turpiſſimum, modo adſit efficiendi facultas, à recte adinuentis per ignauiam deſiſtere. Putasne Antoni Grimane, ad te nihil agentem, vltro acceſſuram victoriam? Scito igitur neque eum, qui non iaculatur, ſigno vnquam potiturum; neque eum, qui non pugnat, victoriam conſecuturum. Turcæ ſiue per occul-

Conſilium bonũ executioni mãdandũ eſt.

tos nuntios, ſiue coniectura aliqua, ſiue fama timoris, quo Veneti in committendis prælιis vtuntur, cognito Chriſtianorum conſilio, tertia fere vigilia, ſubſolano leniter flante ſublatis velis è portu ſenſim, atque ſine vllo ſtrepitu (Gallorum enim auxilia vehementer timebant) procedunt. Patrasque oppidum verſus, inde Rhion intraturi, contendunt, & ipſi non niſi neceſſitate coacti diſcrimen pugnæ ſubituri. Iam circiter quindecim millia paſſuum perfecerant Turcæ, quum rubente aurora hoſtes eos conſpicati inſequi cœperunt. Itaque deficiente ſub ſextam fere horam vento, illos conſecuti ſunt. Subſolanus enim ſicut æſtiui ſolis exortu, vehementer flat, ita à meridie langueſcere primo, mox cadere, fauoniumque ab occidua regione, quo ſol ipſe tendit, excitare ſolet. Quandoquidem littora, præſertim ſinuoſa, qualia Dalmatiæ ſunt, vnde hanc duco coniecturam, ictu ſolarium radiorum percuſſa, talis exiſtit cauſa motionis: atque idcirco ab ea regione, ad quam ſol inclinat, ventus etiam vtplurimum exoriri conſueuit. Turcæ igitur à vento in Malacia, ac tranquillitate deſtituti vix ſeſe iam commouere poterant. Quare conſpecta Veneti in poſtremas hoſtium naues è tormentis eminus miſſilia adigere, ſeque ad pugnam expedire cœperunt. At Turcæ neceſſitate animos acuente, proras in hoſtes conuertunt, ita demum cõcurſuri, ſi ad littora, quę quidem à ſuis copiis ſubſidii ferendi cauſa infeſta erant, effugium non pateret. Cæterum, Veneti vbi animaduertere, Turcas dimicationem (vt ipſi credebant) haudquaquam ſubterfugere, ſtatim in pelagus prouecti puppes hoſti dederunt, nec prælium vlla ex parte committere auſi ſunt. Quos Turcę, eorum formidine abuſi, dum per quatuor mille ſtadia probra ingerendo inſequuntur, vnam ex onerariis Venetam triremem (quas diximus groſſas vulgo appellari) alteram Gallicam, turritam nauim curſu adepti ſunt, quæ ſane aut nauigandi tarditate, aut claſſicorum audacia à reliqua claſſe abiunctæ in hoſtes inciderunt. Itaq; has duas Chriſtianas ad lx. Turcaicæ circumſteterunt naues. reliquę enim inſtitutum tenentes iter Cyllenium promontorium (quem locum vulgo Papam vocant) Patris ſex & xxx. millia paſſuum diſtantem ſenſim petebant.

Igitur ex his aliæ Venetam triremem inuaſerunt: pars alia numero nauium ac hominum multo maior Gallicam nauim adorta eſt. Magna vtrinque ſtrages tormentis, ac miſſilibus iam edita

Gubernatoris nauis fortitudo.

erat; quum quidam Turcarum (etenim hoſtibus admoti rem lanceis ac gladiis cominus agebant) in Venetam tranſiliunt nauim. Quod vbi nauis gubernator animaduertit, qui quidem Illyricis parentibus Venetiis ortus erat, haudquaquam animum demiſit. Itaq; præfecti magis quam gubernatoris munus obiens (præfectus enim genere Venetus, ordineq; patricius, atq; ideo belli prorſus inſuetus, metu imminentis periculi in inferiorem partem nauis ſeſe abdiderat) cohortatus ſuos, vt pręſenti animo pugnarent, atq; hoſtes temere inſilientes, repellerent, cogerentq; præcipites ruere in vndas, nec formidarent periti rei nauticæ, imperitiſſimos. Haud irrita cohortatio fuit. Chriſtiani enim totam in virtute ſpem reponentes, negotio non defuerunt. Itaq; magna vi in hoſtem conuerſi, Turcas qui in Venetam nauim tranſgreſſi erant, partim obtruncant, partim exturbant, non ſine manifeſta Dei ope. nam cum acerrimam tres fere horas Veneta triremis oppugnationem ſuſtinuiſſet, ſubito ventus è terra coortus eam in altum abripuit, cum ſuisq; coniunxit. Eodem quoq; vento Gallica nauis vſa, ſeſe ad ſuos recepit, octo longis hoſtiũ nauibus tormentorum ictibus demerſis: ſuorum vero paucis vulneratis; paucioribus interfectis. Galli enim, vt fere & cæteri Oceani accolæ, in nauali bello mira vtuntur diſciplina, adeoque operibus ac tormentis inſtruunt naues, vt pene nulla vi expugnari queant. Etenim prælium turritis maxime nauibus inituri, quicquid aperti, inter proram & puppim eſt, id totum opere in formam carinæ ſtructo, atq; teſtudineato obtegunt, quod quidem ex validis aſſeribus vnius pedis interuallo inter ſe vinctis, pluteis ſuperiniectis ad militaris vineæ modum conſtruitur, relicta ſuperne inter extrema aſſerum cacumina tranſenna, per quam nautæ, propugnatoresque à puppi in proram, quum opus eſt, percurrant. quo quidem opere & nauis hoſti prorſus inuia efficitur: quandoquidem ex vtroq; eius latere nihil aperti patet; & propugnatores à miſſilibus tuti redduntur. Poſtridie eius diei, Turcæ miſſis quatuor tantummodo triremibus (adeo Venetos iam cœperant contemnere) quæ de proximo hoſtibus ignauiam obiiciendo illuderent, atque ad parem numero nauium pugnam eos prouocarent, è Cyllenio promontorio ſoluunt, in Corinthiacumque ſinum (quem diximus Patrenſem vocari) cum reliqua claſſe ingrediuntur. Venetus Imperator conſpicatus quatuor triremes longo à ſuis interuallo diductas,

tuti

Chriſtiani Turcas in naues ipſorum ingreſſos obtruncant ſtrenue.

tuti tantummodo, mercatorum ritu, memor, in eas duodecim longas naues ex ſuis emiſit. Turcæ ſiue hoſtis contemptu, ſiue effugium deſperantes, in aduerſas Venetorum acerrime inuehuntur naues; Chriſtiani quoque è diuerſo ſuas triremes in hoſtem tam temere irruentem concitant remis. Itaque vi magna telorum eminus vtrimque coniecta confligunt. Cæterum, Turcæ, quum tres eorum triremes ex concurſu grauiter laborarent, iamque collabi viderentur, his relictis in integram tranſgrediuntur nauim, receptique celeriter in interiorem nauis partem, cum, ne multitudine pugnam confunderent, tum vt eſſent, qui ſauciis ac feſſis integri ſuccederent, adeo accenſis animis pugnarunt, vt quinque horas certamine protracto duo millia prope hoſtium interficerent, demum non hoſtili virtute, ſed multitudine obruti omnes pugnantes ceciderunt, præter vnum nobilem adoleſcentem, principis cuiuſdam viri filium, quem quidem vulnere ſopitum inter occiſa corpora ſeminecem hoſtes inuenerunt. Græci qui Naupacti erant, quod quidem ſolum oppidum in Corinthiaco ſinu, vt dictum eſt, Veneti obtinebant, vbi Turcaicam claſſem præter ſpem ſuam vrbi appropinquare cōſpexerunt, rati Venetos profligatos, remque Chriſtianam perditam eſſe, ad Bazethis ducem Muſtapham, Naupactum iam obſidentem, qui cum eo de deditione agerent, confeſtim mittunt, Venetis quoque, qui vrbi atque arci præerant, proditionis metu aſſentientibus. non enim auſi ſunt Græcis, qui Romani ritus hominibus valde infenſi ſunt, aduerſari, hoſte præſertim victore, pene in vrbem admiſſo. Et quoniam Muſtapha Græcis parentibus ortus erat, eo deprecatore apud regem dedititii vſi, nihil fere priuatæ rei, vrbe in Turcarum poteſtate redacta, amiſere. iuſſi inſuper ſunt omnes vrbē incolere ꝑ quinquennium ab omni immunes tributo: poſt quinquennium vero his conditionibus, quibus dum in Venetorum eſſent ditione, vixerant. Turca potitus Naupacto confeſtim Alexandro Trapezuntio Boſſinæ (vt dictum eſt) Satrapæ, per literas, quod ipſe vltro poſtulauerat, mādat, vt per Dalmatiam, ac Liburnos Iſtroſque, terreſtri itinere, ad intimas Italiæ, Venetæque ciuitati oppoſitas regiones, cum exercitu penetraret, agroſque eorum omni clade peruaſtaret, quo & amiſſæ Naupacti dolor, hoſtibus alia inſuper augeretur calamitate. magiſque hoſtiles infringeret animos, & militibus ſuis prædæ non deeſſet occaſio. Alexander igitur coactis circi-

Turca Naupacto potitur. ter decem millibus equitum haud ſatis proſperam ſuſcepit expeditionem. non enim medioeri detrimento (vt paulo poſt demonſtrabitur) illi in tam longinquas regiones profectio conſtitit: propterea, quod temere ingreſſus iter, Liburnos, Iapidiam, Iſtriam emenſus eſt, Natiſoneque tranſmiſſo amne non procul ab Aquilea ſubſtitit, quo & ſuos quiete aliquantulum reficeret, & hoſtium conſilia exploraret, quos ad obſiſtendum Turcis circa ea loca collocatos acceperat. Qui, vbi Chriſtianos prælių̃ ſubterfugere, nec morti ſeſe credituros cognouit, dextrorſum in Carnorum montanam Cæſareæ ditionis regionem iter flectit: atque inde aliquot millia paſſuum verſus Opiterginos montes proceſſit, Liquentiæ fluuii, quem traiicere cupiebat, veſtigans vada, quo latius Venetum vaſtaret agrum. Quem vbi vado tranſire nequit, quicquid erat Carnici agri Venetæ ditionis inter Tergeſtem & Liquentiam late populatus eſt. Cæterum, quoniam pro vicorum cultorumque frequentia haud quaquam occurrerat præda, regionum incolis in loca tuta dilapſis (neque enim eo Turcæ improuiſe acceſſerant) in pagos ac villas ſæuitum eſt, nullo Chriſtianorum prohibente: tametſi Veneti his in locis (vt paulo ante dictum eſt) exercitum tunc haberent, numero Turcis prędonibus longe ſuperiorem. ſed cum & copiæ his non ex veterano ac belli perito milite, verum collectitiæ eſſent: & legatus ipſe ad exercitum Andreas Lanzanus ſola lingua (vt plerique Veneti) ſatis ſtrenuus, animo vero cum ſuapte natura timido, tum propter nullum militiæ vſum, ob imminens periculum prorſus abiecto, haud quaquam auſi ſunt, cum inermi fere congredi hoſte, vtpote ad prædam non autem ad prælium à domo profecto, ac longi itineris labore, omnium rerum neceſſariarum inopia prope enecto. Itaque Alexander cum proculdubio, vel à parua virorum manu præda exui potuiſſet, quantum ad hoſtem pertinuit, nullo ferme aut prorſus paruo affectus eſt incommodo. ducenti enim equites (vulgo Albaneſios vocant, opera eorum Itali aduerſus Turcas maxime vtuntur) poſtremum hoſtium agmen carpendo quoſdam occidere, aliquot etiam viuos cepere. Hæc natio valde bellicoſa eſt, à Scoda & Olchinio Dalmatiæ oppidis in orientem porrecta, Macedoniæ, Epiri, & Græciæ montana incolit. lingua neque Græca, neque Illyrica vtitur. quamuis ex vtroque ſermone quædam accepta, additis etiam pleriſque Italicis vocibus interlo-

Turca ſuperatu facilius præ Venetorum timiditate impune prædatur.

ter loquendum immiſceant. Vnde cum ſatis conſtet Macedonas patrio quodam ſeorſum à Græco, & Illyrico ſermone vſos, teſte Alexandro Magno apud Curtium, ſuſpicor, ipſos Albaneſios antiquos eſſe Macedonas, à Bulgaris Sarmatiæ Aſiaticæ gente, è mediterraneis regionibus in maritimam Macedoniæ oram expulſos. non enim me præterit, accolas olim Rha fluminis, quos nunc partim Rhaſſianos, partim Bulgaros appellant, pulſos à Tatharis, à patriis ſedibus profugos, ad Tanaim amnem, inde ad Iſtrum perueniſſe, tandemque occupatis Thraciis, atque Illyrico, Macedoniæ quoque mediterranea ſubegiſſe. Inde Albaneſios relictis campeſtribus Macedoniæ locis montana totius fere Græciæ neceſſario inſediſſe; nempe facilius adducor, vt credam, hanc gentem Macedonas potius eſſe, quam Albanos, qui in Aſia vltra Cirum amnem ſedes habent, atque ad Caſpium pertingunt mare: propterea quod Albanos ex Aſia in Europam aliquando veniſſe, neque Græcis, neque Illyricis, neque Latinis monimentis (quod ſciam) traditum eſt; & ſatis conſtat, Albanum, haud obſcuram Macedoniæ vrbem, ſupra Dyrrachium non procul à montibus, qui Dalmatas & Dardanos à Macedonibus dirimunt, ſitam fuiſſe: oramque Macedoniæ à Lyſſo, ad Ceraunios montes, quæ Ionio mari abluitur, præſertim regiones Albano vrbi appoſitas, quas Dyſſarethe, Belioneſque aliquando tenuerunt, Albaniam Illyricis nunc quoque appellari. His accedit, quod ipſi Albaneſii prædicant, Albanum vrbem, æquè ac Dyrrachium Latinam eſſe Coloniam, à Sclauenis (vt quidam opinantur) vt alii, à Bulgaris dirutam. Cæterum, Turcæ ſub hyemis initium domum cum præda reuertentes, præterquam quod difficili admodum fluuiorum tranſitu vexati ſunt, qui iam (vt ſæpe fit) Vergiliarum occaſu imbribus valde excreuerant, etiam fame ad vltimum pene inopiæ ſunt adducti. Carni enim, Iſtri ac Liburni omne frumentum, & cætera vſui idonea, quum Turcarum metu ex vicis demigraſſent, in oppida ac caſtella, ne ea communibus hoſtibus per ea loca iter habẽtibus, prędæ eſſent, comportauerant. quo facto tertia prope hominum iumentorumque pars è Turcaico interiit exercitu. Eandem fortunam mancipia quoque ſubiere. Vix enim ex decem millibus captiuorum dimidia pars hoſtilem terram attigit. cæteri, quos præſertim Pannoniorum metu, per quorum fines in Boſſinam redeun-

Albania Illyricorum hodiernorũ qua ſit. redeundum erat, trahere cathenatos periculoſum videbatur: quique valetudine, aut ætate abduci non potuerunt, interfecti ſunt: ne ſcilicet certæ deſtinatos peſti, à graui ſeruitute, & ſanguinarii prædonis manibus, morbus, quaſi beneficii loco forte datus, eriperet. Dalmatæ qui maritimas Venetæ ditionis incolebant vrbes, Sicenſes imprimis (& hi ſane inter Italos Dalmatiæ, vrbium cultores ſeſe putant eſſe fortiſſimos) quum percepiſſent Turcas ſimul itineris difficultate, frumentique inopia, ſimul Albaneſiorum equitum propulſationibus in Veneto agro male habitos fuiſſe, rati eos haud omnino inuictos eſſe, contractis circiter quadringentis hominibus finitimam mediterraneæ Dalmatiæ Turcaicæ ditionis regionem inuadunt: dumque abacto, quod ſors obtulerat, pecore domum reuertuntur, Turcæ nonaginta duntaxat ex his, qui in finibus Boſſinæ prouinciæ cuſtodiendæ ab Alexandro relicti erant, pauore ac fuga ſuorum exciti, raptim conſcenſis equis prædatores inſequuntur: Chriſtiani, miles ex vrbanis (vt demonſtrauimus) collectus hominibus, vbi inſequentium hoſtium primo puluerem proſpexere (crebro enim vrgente formidine poſt terga reſpiciebant) mox etiam equorum hominumq; ſtrepitum ſenſere, circumſpicientes omnia vtpote in aliena terra, hoſtilia atque infeſta eſſe, pro ſuo quiſque ingenio ſibi conſulere cæperunt. Itaque plures ſeſe extemplo in fugam coniiciunt, pauci hortatu Nicolai Bucarii Albaneſii, milites veterani, decoris memores ratique, vt erat, fugam ac metum in extremum adductis diſcrimen pernicioſa eſſe, nec vllo pacto Turcis terga danda (hi enim vt plerique Barbari cedentibus ferociter inſtant) conglobati ſeſe hoſti maximo impetu inferenti opponunt, atque præſenti animo pugnantes, partim viui, ſed grauiter ſaucii, in poteſtatem hoſtium venere, partim vna cum Bucario (qui quidem viuus capi haud ſuſtinuit) non multi procubuére, non magis hoſtili virtute, quam ſuorum fuga, ac metu ſuperati: fuga autem à maritimis Dalmatis cæpit. qui quidem quod fere omnes mercaturæ Venetorum ritu ſtudent, cultumque & humanitatem Venetam imitantur, imbelles ſunt, præter illos, qui in agris ſuis vicatim habitant, Hungaricæque ſunt ditionis. Hi enim cæteris Illyricis virtute præſtant: propterea quod continuis fere præliis cum Turcis contendunt, nec vlla adeo re, quæ ad effæminandos animos pertinet, vtuntur. Dum ea in Venetorum, Carnorumque confinibus atque Illyrico ge-

co ge-

co geruntur, Bazethes Turcarum rex ex Græcia ſeſe cum exercitu in interiorem Macedoniam Scopos repetit, relicto vno ex purpuratis ſuis, cum ſatis valida manu, qui Corinthiaci ſinus fauces cuſtodiret: duoque caſtella in anguſtiis Rhii, alterum Peloponneſiaco, alterum ex aduerſo in Ætolico littore exædificaret, ne aditus hoſtili claſſi eo pateret. Eſt autem minus mille paſſuum interuallum freti, quo Patræ ab Ætolia dirimuntur. Quæ quidem caſtella vbi in iuſtam erecta magnitudinem, tormentiſque ac militibus inſtructa eſſe intellexit, à Scopis Philopolim verſus (ea Thraciæ vrbs eſt, Hadrianopoli proxima) mouit. Ibi cum aliquot ſubſtitiſſet dies, ex literis Alexandri Trapezuntii, quæ in Veneto atque Carnico agro geſta erant, cognoſcit, propterea quod, vbi primum ille prouinciæ ſuæ fines attigit, munera cum breuibus literis, vt Turcis mos eſt, in hanc fere ſententiam exaratis ad Bazethem mittit. Alexander Bazethi regi S. tandem multas perpeſſi ærumnas reuerſi ſumus in Boſſinam. Si quid autem incommodi in hac expeditione accepimus, neque virtuti neque fęlicitati ſuæ aſſcribere hoſtis poteſt. Quippe cuius armati ignauiam, dum agrum Venetum populamur, omnino contempſimus, eum partim impune laceſſendo, partim non ſine riſu ſpectando oneratum magis, quam munitum armis. Ibi enim obuiam habuimus vim Venetorum equitum haud quidem primo aſpectu ſpernendam, niſi maluiſſent ſeſe ferrea ſimulachra, quam viros oſtendere. Sed forte idcirco gloriari atque efferri Veneti poſſunt, quod vis tempeſtatum, commeatuſque penuria, nos vehementer afflixit, poſteaquam agros eorum omni clade euaſtauimus, magnaque ex parte, mortales in illis regionibus inuentos abduximus: ex quibus quidem adducta ſunt in Boſſinam, circiter quatuor millia captiuorum, reliqui vero, quos fame enectos trahere difficile erat, interfecti, è quorum numero ducentos vtriuſque ſexus, qui forma & ætate conſpectiores viſi ſunt, ſelectos tibi muneri miſimus, præter eos, qui è communi prædæ aceruo ad quæſtorem tuum de more relati ſunt. Accipies igitur, regum maxime, hilari vultu munera tuorum militum ſudore parata: & quæ in agro Veneto geſſimus, Deo duntaxat, & tuæ acceptum referes fælicitati. Rex ſimul his donis, ſimul rei haud omnino præter votum in hoſtico geſtæ nuntio admodum lætus, Hadrianopolim hybernatum conceſſit. ibi per hyemem de

Litera Alexandri Trapezuntii ad Bazethem.

Alfonſi ſecundi Neapolitani regis & Lodouici Mauri caſus.

bello aduerſus Venetos magna iam contentione ſuſcepto cum ſuis de integro conſultaturus. Etenim caſu Lodouici, quo cum fœdere (vt ante dictum eſt) erat iunctus, commutandam ſibi belli rationem exiſtimabat. Cæterum, tametſi ſatis memoria teneo, quos ſuſcepto operi conſtituerim fines: tamen ſicuti Italia haud longo Hadriatici maris interuallo, ab Illyrico & cæteris regionibus, quarum pręcipue euenta literis mandamus, dirimitur: ita nec remotior à propoſito digreſſio videri debet, ſi præſentium rerum ordine admonitus, duorum Italiæ principum, Alfonſi ſecundi Neapolitani regis & Lodouici Sforciæ Mauri, qui aliquot annis Mediolanenſe adminiſtrauit imperium, horrendos & miſerabiles caſus, tragœdiaque, quam hiſtoria, digniores, inſtitutis inſeruero rebus: tametſi alterius exitum ſuperius attigerim tantummodo; quandoquidem ea res neque ab hiſtoria noſtro tempore diſiuncta ſit: & Dei prouidentiam aſſertoriſque humani generis Chriſti illud dictum, quo affirmauit, vnicuique eadem menſura, qua quis aliis menſus fuerit, remenſum iri, apertiſſime comprobat. Quum Alfonſus ſecundus, viuente adhuc Ferrando patre, regnum Neapolitanum per ſeſe fere adminiſtraret (rex enim ingraueſcente ætate haud inuitus filio mox in regnum ſucceſſuro publica munera demandabat) tantis ſæpe cogitationibus animum fatigaſſe dicitur, quonam modo ſibi, ac poſteris regnum ſtabiliret, atque contra molem Venetæ fortunæ, indies magis magiſque creſcentem, ſeſe redderet firmiorem. Igitur ratus adiuncta nouæ affinitatis neceſſitudine, ſeſe in Italia viribus multo validiorem fore, Ioanni Galeacio Mediolanenſium duci, admodum puero, atque idcirco ſub tutela Lodouici Sforciæ patrui conſtituto, filiam deſpondet: Ferrando patre id magis improbante, quam abnuente. augurabatur enim (vt erat) ſatis circumſpectus, eam, vt euenit, affinitatem ob ſatis ſibi cognitam Lodouici Sforciæ ambitionem, rebus Italicis magnæ futuram perturbationi. Itaque Ludouicus dum tutelam fratris filii gerit, animaduertitque illum ad regni munia obeunda, propter inſitam ingenio ſocordiam, haud idoneum fore, quo ipſe diutius, ac liberius, per ſpeciem tutoris regnaret, in omnia vicia illum præcipitari magnopere lætabatur, comites ei de induſtria attribuere, queis nullus pudor, nulla erat continentia, quique non alienam modo, ſed ne ſuam quidem pudicitiam magni faciebant. Quod temporis

comeſ-

comeſſationibus ſupererat, iocis ac ludis, aut aucupio, rei æque, ac imperaturo digniſſimæ, dabatur. Litteræ, quæ ſane humana ingenia vel maxime excolunt, apud eum nullo fere in pretio erant. Ab armorum & equitandi ſtudio prorſus abhorrebat, ac ſi cuiuſpiam mercatoris, non autem principis filius eſſet; magiſque meminerat, ſe ciuem Mediolanenſem eſſe, cuius proprium eſt, opificio ac mercaturæ, vt pleriſque Italis mos eſt, incumbere; quam Franciſci Sforciæ nepotem. qui quidem cum eſſet nouus homo, bellica tamen virtute, Mediolanenſe per adoptionem promeruit imperium, accepta in vxorem, Philippi Marię, vicecomitis Inſubrium ducis, filia. Congreſſus præterea virorum, qui vitæ integritate, rerumque vſu clari eſſent, tanquam contagium quoddam vitabat. *Litteræ Iſabellæ ad Alfonſum patrem.*

Quum ita corruptis eſſet moribus, Iſabellam Alfonſi ſecundi regis filiam amitinam ſuam permiſſu Romani Pont. (quæ permiſſio raro fælices nuptias fecit) duxit vxorem. Iſabella (vt ſunt acrioris ingenii Hiſpani, inde enim illa oriunda erat. nam proauus Alfonſus à Taraconenſi Hiſpania profectus, regnum Neapolitanum, incolarum voluntate, ſibi adiunxerat) vbi animaduertit virum nullius eſſe apud ſuos authoritatis, omneque imperium ad arbitrium Lodouici patrui adminiſtrari, rei indignitate permota, dolorem diſſimulare nequiuit. Nuntium igitur idoneum nacta, dat huiuſcemodi (vt fama eſt) ad patrem literas. Iſabella patri Alfonſo felicitatem.

Exiſtimabam, pater, ſimul ac cum viro, cui me tuo ſolius conſilio deſpondiſti, eſſem coniuncta, mihi magna ex parte fortunam, ſimul & dignitatem auctum iri, futurumque vt non modo regis filia; ſed etiam regina vocarer. Verum nunc video rem ſe longe aliter, quam putaram, habere, virum meum titulotenus regem eſſe: cæterum, patruum eius dominari, me in duriſſimam redactam ſeruitutem. Quapropter ad tuam, atque ad familiæ noſtræ ſpectat dignitatem, vti & genero paternum regnum, & filię opera tua libertas reſtituatur. Quæ quidem res non modo viro meo, ſed & tibi magno ſplendori, atq; additamento eſt futura. nobis enim noſtra reddita dignitate, haud parum proculdubio ad tuas accedet vires: quandoquidem Mediolanenſe imperium, nulli in Italia imperio opibus cedat: atque rem haud factu difficilem es aggreſſurus. nam tyrannus ab omnibus odio habetur, populoq; Mediolanenſi, neque

Litera Iſabella ad Alfonſum patrem.

animus, neque vires, ſed author ad ſeſe à tyrannide liberandum deeſt. Per te igitur ſtat, pater, quin in libertatem vindicemur, & dignitas noſtra, magna cum gloria tua nobis reſtituatur. Lectis his literis Alfonſus (vt erat iræ impotens) dicitur præ animi perturbatione, ne lachrimis quidem temperaſſe. Quod vbi pater Ferrandus cognouit, accerſitum ad ſe Alfonſum ſatis prudenti oratione eſt conſolatus, identidem admonens eum, vti diſſimulet dolorem: tempus ſicut frugibus, ita & cæteris rebus afferre maturitatem, nihil importune incipiendum eſſe. breui fore, vt violatum per ſeſe ruat imperium, mox euenturum Lodouico Sforciæ, inquit, quod amicus meus Scender Albaneſius, cuius ſane forti, ac fideli opera, vt noſti, aduerſus Ioannem Andum vſi ſumus, accipitri aliquando accidiſſe memorabat, eos haud ſane illepida taxans fabella, qui propria minime contenti ſorte, ea appetunt, quæ viribus ſuis longe ſunt maiora. Dicebat enim cuculum ab accipitre irriſum, quod cum ſibi & corpore, & colore non abſimilis eſſet, præ anguſtia animi potius vermibus terrenis, quam ſuauibus auium carnibus veſceretur. vidit paucis poſt diebus accipitrem à ruſtico, cuius columbas inſectabatur, captum, ad metum cæterorum ex alta turri pendere. Cui cuculus, quam melius tibi, amice, fuiſſet, vermes venari, quam alienas aues impetere?

At Alfonſus ira pariter & ſuperbia eius animo obſtrepente non parentis verba auribus, non conſilium animo recipere, non dolorem tegere, non linguæ temperare; verum propalam de Lodouico obloqui: atque ei minari, bellumque prope denuntiare, niſi procuratione Mediolanenſis imperii ocyus abiret. Eſt autem fama ſatis conſtans, Alfonſum quoſdam Italiæ primarios viros, vna cum oratore, qui Ludouici Sforciæ nomine id temporis Neapoli obuerſabatur, moxque Mediolanum, vtpote functus legationis munere erat repetiturus, ad cœnam haud procul Neapoli in villam, quam Collem Cæſareum vocant, inuitaſſe, atque ibi inter cœnandum ad legatum ita locutum eſſe; Quum ad principem tuum acceſſeris, ei nomine meo nuntiabis, vti aut pertinaciæ ſuæ, in obtinendo alieno imperio finem imponat, aut ſibi domicilium in cælo paret, quoniam in terris illud nullo pacto poſthac eſt habiturus. Huic pleno temeritatis nuntio, haud impari inſolentia Lodouicum Sforciam reſpondiſſe ferunt, ſe Alfonſi minis non magnopere

pere terreri. neque enim minori eſſe ſuum pileum, priuati tegmentum capitis, quam illius coronam, regium inſigne. quandoquidem & conſilio & viribus ei par eſſet. Qui ſi cœperit, inquit, me paterni regni neceſſaria ſane, propter fratris mei filii ignauiam, adminiſtratione deturbare, propediem ſentiet Alfonſus, ſe & fruſtra id conatũ eſſe, & igni ab ſe incenſo eum ipſum primum conflagratum iri. Haud vana profecto Lodouicum locutum eſſe, mox rei euentus comprobauit. namq; Alfonſus, parente, morbo quem animi ægritudine, propter Gallorum in Italiam aduentum contraxerat, extincto, vbi regnum adeptus eſt, peſſimo ſane vſus conſilio, nullo quempiam ciuium ſuorum demeruit officio, cum multę ciuitates, miſſis cum muneribus de more ad nouum regem oratoribus, non ſe quidem conſueti aliqua tributi parte donari peterent; ſed iniquo exactionũ onere leuari poſtularent. Quæ profecto res ei vel maxime perniciẽ maturauit, omnium animis regis illiberalitate offenſis. Eſt enim fere ſapientibus ſolenne regibus, cum ineunt regnum, neminem ab ſe triſtem dimittere. Huius regis auaritię quum fama extra Italiæ quoque fines vulgata eſſet, ferunt quendam Dalmatam, vt eſt ea gens in alienis rebus inquirendis paulo curioſior, ita de Alfonſi rebus ſenſiſſe: regem aut eſſe mente captum, aut propędiem (iam enim de Gallorum in Italiam ingreſſu rumor ſpargebatur) regnum, vt euenit, fuga deſerturum. Huic furori aliud inſuper facinus, & periculo, & ſcelere par addidit Alfonſus. nam cum ad capienda regni inſignia Põt. Rom. indigeret authoritate (eſt enim regnum Neapolitanum, vt etiam bona pars reliquæ Italiæ, antiquo Caroli Magni inſtituto, quod luxus & inſolentiæ ſacerdotalis maximum eſt fomentum Põ. Rom. tributarium) nec ſine eius interpoſita authoritate, rex ibi creari ſolet, tanta peruicacia in Pont. Alexandrum VI. vſus eſt, vt ille iniurię impatiens Carolum VIII. Francorum regem id valde cupientem, ad occupandum Neapolitanum regnum per litteras adhortatus ſit. Quum igitur Lodouicus Sforcia, cuius in Italia id temporis ob ingenii calliditatem longe maxima erat authoritas, percepiſſet à ſuis ciuibus Alfonſum odio haberi, Pontifici infenſum eſſe, ratus, vt erat, datam ſibi ad oppugnandum hoſtem occaſionem, & ipſe ſociũ ſe addit Pontifici, Neapolitaniſq; principib. ad euertendum Alfonſi regnum. Igitur pollicitus Francorum regi, præter ducenta millia aureorum nummûm, omnem ſuam operam ſe in expellendo à re-

Alfonſus pra iracũdia conſilio patris non obtẽperat.

Alfonſus è regno fugiturus filiũ creat regẽ.

gno Alfonſo nauaturum, perſuaſit ei, vt in Italiam, deinde in regnum Neapolitanum cum exercitu veniret. Qui quidem tranſmiſſis cum non mediocri manu Alpibus, vbi Aſtam togatæ Galliæ oppidum ingreſſus eſt, promiſſum à Lodouico accepit aurum, quo militibus numerato, magnis itineribus per Liguſticum agrum Florentiam contendit, vbi cum tantundem pecunię publicæ ei tributum eſſet, Romam perrexit. Interea Alfonſus, vbi cognouit, Gallum aduentare, ſuos ab ſe ciues eſſe alienatos, ſeq; ab omnib. Italiæ principibus deſtitutum: ſero quidem, ſed non omnino inſalubri conſilio, niſi Deus poſteritati quoq; eius hoc regnum, vt euenit, abrogaſſet, depoſito imperio Ferrandinum filium creat regem, ratus, & ſibi nihil ablatum iri, quod in filium contuliſſet, & ita ſuorum ciuium odium magna ex parte deflagraturum, cum filius nulli vnquã iniurius extitiſſet. Itaque filio rege conſtituto, in Siciliam ſe contulit, vbi (vt ſupra demonſtratum eſt) intra paucos menſes animi ægritudine vita exceſſit, ne filii quidem (vt fertur) miſeratione: ſiue dolorem abſconderit, ne populares, quibus pater odio fuerat offenderet, ſiue quia omnes humanos affectus imperandi cupiditas vincat; quamquam Alfonſus eo temporis ſpatio, quo regnum obtinuit, à morte autem parentis circiter nouem menſibus regnauit, magis metum iniuriarum incutere ſuis potuit, quam vllam inferre iniuriam. propterea quod per id tempus, ſiue hoſtili metu, ſiue moribus in melius, (quod quidem licentia regni raro principibus vſu venit) mutatis, non tam iniurius, quam non beneficus extitit: quorum alterum in principe, quum ſolum eſt, non adeo magnis laudibus effertur; alterum omnino vituperari ſolet. Quis enim regem laudat, in quo beneficentia deſideratur, vel ſi cæteris virtutibus ſit præditus? quum è contrario multa vitia, aut omnino contegat ſplendore ſuo liberalitas, aut minus conſpecta faciat. At Francorum rex audita Alfonſi fuga, caſtra Neapolim confeſtim mouit, vrbeque potitus eſt, ciuibus iam nullo Ferrandini reſpectu habito, vltro dedentibus. Ferrandinus enim cum regni nouitate, tum hoſte potentiſſimo vrgente, nullam apud ſuos authoritatem habebat. Gallus Neapoli (quæ ſedes regni eſt) in poteſtatem redacta, reliquum quoque intra decem fere dies regnum ſub eius imperium magna incolarum infamia conceſſit. Itaque domus A L F O N S I, ſimul ſua ipſius tyran-

Neapolitani quidam iactantia Hiſpana infecti ſunt.

tyrannide, ſimul principum ſuorum proditione ex regio faſtigio ad ima præcipitata eſt. tametſi eo iam Italorum mores, quum inteſtina diſcordia, tum militiæ diſſuetudine deuenere, vt huiuſcemodi flagitia, ne pro dedecore quidem apud eos habeantur. Inde Italiæ accidere ſolet, vt quicunque illam armatus fere attigerit, ſine vllo certamine in deditionem redigat, quum proculdubio nulli nationi ingenio, opibus ac hominum multitudine illa gens cedat.

Cæterum, Veneti ægre ferentes Gallos tantam Italiæ partem ſpe celerius ſua occupaſſe, ſibique inſuper timentes (vox enim regis hoſtilis, ac mali in Venetos animi Gallica leuitate ſæpius erat audita) Lodouicum Sforciam, (qui iam (vt fama eſt) fratris filio Mediolanenſium duce, veneno ſublato, inter Italiæ motum Mediolanenſe inuaſerat imperium) ab amicitia Gallorum auertunt, atque cum eo ineunt ſocietatem. tameſi Lodouicus, vt paulo poſt demonſtrabitur, pro ingenii ſui calliditate, ita Venetis obſecutus ſit, amicitiam cum his iungendo, vt neque regem eo facto vellet offenſum videri, neque ipſorum Venetorum fortunam efficere auctiorem. Quod vbi palam factum eſt, ferunt Alfonſum (vt ſunt plerique Neapolitani Hiſpana iactantia infecti) paucis antequam obiiſſet diebus, Francorum regi, ad iter ſe in Galliam iam accingenti, Cuniculum cauea incluſum ex Sicilia (queis ſane ea inſula abundat) dono miſiſſe. qua ſcilicet re ſignaret, Gallicam ſtoliditatem, Italico aſtu in inſidias præcipitatam. Nec profecto quantum in Venetorum animo fuit, falſus extitit vates: comparatis etenim ingentibus copiis Veneti Francorum regi Gallias repetenti obuiam ire, iterque eius legionibus obſtruere conſtituunt. Peruenerat iam rex in agrum Parmenſem, quum allatum eſt ad eum, viam, qua eundum eſſet, à Veneto exercitu intercluſam. Rex arbitratus, Venetos, vtpote bello nequaquam indicto, nihil hoſtilis rei in ſe facturos, miſit ſatis molli ſermone ſciſcitatum, an per Venetos liceret, iter cœptum proſequi? Cui cum Veneti exercitus Imperator legatorum inſtinctu, qui quidem patritii Veneti erant (vulgo prouiditores appellant) reſpondiſſet, ſe inconſulto Veneto Senatu, Gallos progredi non permiſſurum, tum Rex ira percitus, Enimuero, inquit, nec Francorum regi iter precario petendum, nec vel fortiſſimorum hoſtium, nedum mercatorum arma Francis timenda eſſe: immo, vt viros decet, ferro iter aperi-

Veneti per Gallis magna clade affecti.

aperiendum. quo dicto aciem extemplo inſtrui, & ſignum pugnæ dari iubet. Veneti tum ſuorum multitudine freti, tum Gallorum paucitatem contemnentes, ac de victoria per imperitiam artis bellicæ fere certi, & ipſi haud inuiti cum Gallo manus conſerunt, Franciſco Gonzaga, duce Veneti exercitus, pro captu Italorum ſatis ſtrenuo conſilium valde improbante, & quod nullam iuſtam belli cauſam videret, & quod ſuis copiis, magna ex parte ex opificibus coactis, parum admodum fideret. Sed quum legatis ad arma pertinaciter vocantibus, reſiſtere nequiret, aciem, qua Franci tranſituri erant, ex aduerſo direxit. Statuerant autem Veneti vanis animis victoriam ſibi, vt diximus, pollicentes, Gallos ab inuadenda Italia, aut regis nece, captiuitateue, aut magna Gallici exercitus ſtrage deterrere. quo ſcilicet ſubmotis externis hoſtibus, fractisque Neapolitanorum regum opibus, totius Italiæ imperio facilius potirentur. Quæ quidem Venetorum cupiditas, non modo ſtultitiam ipſorum indicat (quoniam cum mercaturæ dediti ſint, alienis armis, conductiſque viribus imperium Italiæ obtineri poſſe putarunt) ſed quoque Italorum principum ſocordiam, atque ignobilitatem arguit. quorum ſane ignauia Veneti freti, tam improbam ſpem concepiſſe feruntur. Commiſſo igitur prælio, Itali, vtpote magna ex parte collectitii milites, primo hoſtium impetu, pulſi fugantur, amiſſis ex ſuo exercitu magis in fuga, quam in certamine circiter ſeptem millibus hominum: Galli parua ſuorum cæde (centum enim & quinquaginta duntaxat ceciderunt) regem ſuum incolumem in agrum Aſtenſem, enecti prope fame reduxerunt, haud ſane tam propria virtute, licet & ea non mediocris extiterit, quam Veneti exercitus ignauia, Lodouicique Sforciæ ſeu dolo, ſeu metu: ne, ſi res parum proceſſiſſet, Gallum in ſe merito prouocaret. Propterea quod Galli, tum commeatus inopia, tum locorum iniquitate deleri poterant, ſi & Venetus, poſtridie quam pugnatum eſt, hoſtem fame grauiter laborantem, & ob id cedentem inſecutus fuiſſet, & Lodouicus Sforcia aduerſus paulo ante ſocium regem, fidelem tunc operam Venetis, quorum fortunam, vt dictum eſt, nimis erigi nolebat, præſtitiſſet. qui quidem eo & in Gallum mobili fide extitit, dum illum Italia propere excedere cupit, ne (vt quidam arbitrantur) cauſam parricidii apud regem dicere cogeretur, & conuictus ſceleris è Mediolanenſium imperio pelleretur,

retur, conſtituto in eius locum conſobrino ſuo Lodouico Genebiorum duce, quam ciuitatem nunc Aurelienſem vocant. Hic eſt Lodouicus, qui poſtea Francorum rex creatus, Mediolanenſe imperium iure hæreditario ad ſe ſpectans, armis ſibi vendicauit. Hoc prælio Veneti præter famę, ac tot millium hominum iacturam, licet ipſi ritu mercatorum nulla honeſti habita ratione, omnia vtilitate metiantur, totam Galliarum nobilitatem, in ſe, neſcio ſtolidius, an ſceleratius concitarunt, ſibique infeſtam ita fecerunt, vt nulla vnquam poſtea fideli ſocietate vna iungi potuerint. Galli enim eo iniquiore animo Venetorum iniuriam tulere, quia præterquam quod ſine vllo in Venetos maleficio iter per Italiam fecerant, non indicto de more bello, prælio laceſſiti fuerant, vnde omnes cogitationes ſuas in vltionem iniuriæ contulerunt, quam cum aliquamdiu coxiſſent animis, tandem (vt ſuo loco demonſtrabitur) per occaſionem ea acerrime vſi ſunt. At Veneti (quibus ſane mos eſt, magis conſilio, quam viribus rem agere) clade, quam in prælio acceperant, diſſimulata, famam de induſtria extra Italiæ fines, apud Turcas maxime, quo huius cladis nuntium nondum perueniſſe credebant, ingenti eorum, quibus res cognita erat, riſu, diſſipant, ſe videlicet, aduerſus Gallos victores fuiſſe. abuſi plane imprudenter ſubita regis poſt prælium profectione. Qui quidem, quod ſatis conſtat, tum ne cæptum interrumperet iter, tum fame (vt dictum eſt) vrgente, coniectos in fugam hoſtes nequaquam eſt perſecutus. Dum hęc geruntur, Ferandinus nepos ſenioris Ferrandi, reuocantib. cũ Neapolitanis, qui iam ſimul ſua leuitate (eſt enim ſolenne Neapolitani regni principib. præſentis regis impatientia, nouis rebus ſtudere, & pacem bello, bellumq; pace mutare) ſimul Gallorũ inſolentia, auerſari externum iugum cœperant, cum paucarum nauium claſſe, ex inſulis Campaniæ adiacentib. ad quas dum Gallorũ impetum euitat, ſeſe receperat, Neapolim rediit: atq; intra paucos menſes Venetorum ope regnũ, pręter quaſdam vrbes ad mare ſuperum poſitas, (quas ipſi Veneti pro auxiliis aduerſus Gallos allatis, pignoris nomine retinuerant) recuperauit: Gallorum quoq; præſidio, quod eorum rex ibi reliquerat, in poteſtatem ſuam deditione redacto. Quo facto celebrata in Italia ad illam diem Gallorum fortitudo, ad ludibrium recidiſſe viſa eſt; quippe quos nõ virtute, ſed impetu valere iam inde omnes arbitrati ſunt. Et profecto Gallorum vis animi ſicut ſecundis

Veneti per Gallũ magna clade affecti.

Galli quib. moribus præditi. rebus ſupra modum attollitur, ita aduerſa fortuna (cui ne patum quidem obluctantur) humillime ſubmitti, atq; infringi conſueuit. Quod ſane illis ita euenire neceſſe eſt. nam quũ aut metu tantũ, aut fiducia, vulgi ritu, agantur, fortitudinis, quæ his affectib. moderatur, impendẽtib. periculis, omnino obliuiſcuntur. quandoquidẽ hominibus non tam natura, inſit virtus, q̃ induſtria acquiratur. quo fit, vt Galli (q; & cæteris fere nationib. quę ſub regib. viuunt, vſu venire ſolet) è bello, cui rex non interfuerit, victoriã perraro reportent: propterea quod regis præſentia, tanquam admotis ſtimulis, milites ad virtutem impelli ſoleant, quo rurſus abſente, perinde ac amoto teſte ac ſpeculatore virtutis, atque ignauiæ nemo pericula libenter ſubit, atque eo minus, quia ex rebus bene geſtis ſolum fere regem decus & gloria manet. Carolus amiſſo Neapolitano regno, quod ſane (vt dictum eſt) non tam armis, quam voluntaria incolarum deditione occupauerat, ſuisq; ex tota Italia pulſis, ſecundam in Italos, Venetos imprimis, decernit expeditionem. Quam dum maximo conatu parat, neruorum reſolutione (quem morbum Græca voce Paralyſin vocãt) ſubito extinctus eſt, ſobole nulla ex ſeſe relicta. Mos eſt apud Gallos, quos Francos appellant, fœminas ad regni ſucceſſionem non admittere. Itaq; deceſſoris regis ſororib. prętеritis, Gallorum nobilitas, Lodouicum Aurelienſem, longa cognatione ſtirpi regiæ annexum, in locũ demortui regis ſufficit. Qui quidem vna cũ regno, vxorem etiam ipſius regis in matrimonium accepit, prima coniuge, nouo inter Chriſtianos exemplo, repudiata, apud quos ſane coniugiũ non niſi morte alterius dirimitur. Ferunt autem Aurelienſem hoc conſilio tantum facinus Alexandro VI. Rom. Pont. annuente admiſiſſe, ne ſcilic. à Francorum regno Armoricæ ciuitates, quas gentes nunc Brithones vocant, ad imperiũ & ius Annæ vxoris Caroli ſpectantes, deficerent, ſi illa alium virum ſibi matrimonio adiungeret. Hæc enim mulier nulla in domo paterna virili ſobole ſuperſtite Brithonum regionem, hereditario iure obtinebat. Nec mirum ſi tales nuptiæ ab Alexandro VI. Rom. Pont. permiſſę ſunt, cum & ipſe Alexander filiam ſuam, ex quadam adultera ſuſceptam, atq; cum Principe Piſaurienſium matrimonio coniunctam, è viri thalamo aduerſus leges pontificias abripuerit, atque alii in matrimonium ſola fortunatioris coniugii ſpe dederit. Lodouicus Sforcia, vbi accepit, Aurelienſem ducem regem Gallorum creatum eſſe, ratus,

tus, vt erat, illum ſibi infenſum eſſe, atq; inde reb. ſuis peſtem impendere, quum ob quaſdam veteres ſimul & recentes offenſas, tum, q, ille (vtpote legitima Philippi filia ortus, qui quidem vltimus Vicecomitum Mediolanenſe obtinuerat imperium, iuſtiorem ſe ipſius Philippi merito hęredem exiſtimabat) animo valde laborare cœpit, quanam potiſſimum arte imminens eluderet fatum: iam enim iuſta vltio appetebat, pro fratris filio nefarie necato, alienoq; imperio vi oppreſſo. neq; enim (vt impii arbitrantur) Deus negligit mortalia. quamquam hoc ſeculum, ſeu mortalis vitæ curriculum, videtur potius eſſe naturæ, quam iudicii. Itaq; dum à ſe peſtem auertere conatur, Galliarum prius, pariter & Germaniæ principibus nequicquam in nouum Francorum regem ſollicitatis, aduerſus Gallicas copias iam Alpes tranſgredientes, atq; in ſe aduentantes, parat exercitum, propriis viribus tandem ſeſe, poſteaquam externa deerant auxilia, defenſurus. Coacta igitur magna militum vi, caſtra in Liguſtico agro, ad vrbem Alexandriam, ducem exercitus ſui locare iuſſit, ratus & eo Gallos, vt euenit, primum irrupturos, & tutius ſe ibi, quã in agro Mediolanenſi cum hoſte dimicaturum: quia ſi quid aduerſi cecidiſſet, minore hominum cõſternatione id futurum eſſet, quam ſi in oculis Mediolanenſis ciuitatis profligatus fuiſſet: quo quidem caſu vrbs ipſa, prę mium victori ceſſura videbatur: vnde ipſe ex rerum euentu conſilium capturus Mediolani ſubſiſtit. Itaque ſimul ac ſuos in fugam compulſos audiuit (nam ne conſpectum quidem hoſtium Sforciadæ ſuſtinuerant) theſauro omni, quem per acerbiſſimas exactiones, ſpatio multorum annorum coaceruauerat, quinq; & viginti ſarcinariis mulis impoſito, in Germaniam ad Maximilianum Friderici Cæſaris filium confugit, relicto hoſtibus regno, quod quatuor fere annos poſt mortem fratris filii, obtinuerat, omnibus auaritię ac crudelitatis operib. in ſuos æditis: ne ſcilicet imperium aliis artibus, quam quibus illud parauerat, gereret. Hunc in modum prius Alfonſo ſecundo, Neapolitano regi regnum, Lodouico deinde Sforciæ Mauro tyrannis adempta eſt. Qui quidem ſicuti æquali prope popularium querela imperium adminiſtrarunt, ita eundem fere rerum ſuarum exitum vterque ſortitus eſt: niſi quod alter fortunæ ſuæ haud multum ſuperuixit: alter vero paucis poſt fugam menſibus cum magno conductorum militum exercitu ex Alemanis confecto, ab exilio reuerſus, quum iam haud paruam

Alexander VI. Pontifex contra leges agit pontificias.

Nauplia oppidum Venetorũ muniſſimũ.

imperii partem recuperaſſet, externi militis fraude ac proditione, viuus in poteſtatem hoſtium pertractus eſt, cum & copiis Gallo præſtaret, & omnes pene Italiæ principes, ei perinde ac proculdubio victori futuro, partim propalam ſeſe aggregarent, partim clam auxilia ſubmitterent. Quin etiam hac ex parte hi duo principes comparem exercitum habuiſſe dicuntur. propterea quod quemadmodum Lodouicus in expellendo è regno Alfonſo Gallis pręſtiterat opem, ita Veneti eo ipſo ab iiſdem Gallis imperio deiiciendo, omne ſtudium contulerunt; quum propter eam iniuriam, qua Veneti ſe ab illo in rebus Piſanis affectos eſſe, (vt ſupra demonſtratum eſt) arbitrabantur: tum vel maxime propter nefarium fœdus, quod ille aduerſus ipſos Venetos, cum Bazethe Turcarum rege percuſſerat. Iam inſignibus duorum principum caſib. ad regum documentum qualicũq; oratione, ante oculos legentium propoſitis ad inſtitutarum rerum regrediar narrationem. Profecto in hyberna (vt dictum eſt) Bazethe, Turcę, qui partim in Peloponeſo, partim circa maritima Illyrici loca limiti hoſtium præpoſiti erant, ne hyemem ſine vllo prælio ſegnem omnino tranſigerent, crebro cum hoſtibus leuia conſerebant certamina. Eſt oppidum in Tręzenio agro Venetæ ditionis ab ipſis Venetis inſtauratum, natura pariter & operib. perq̃ munitiſſimum, Naupliam Scriptores vocant. Hunc locum pręter cæteros ciues ad mille Albaneſiorum equitum incolebant: qui eo ex diuerſis Peloponneſi atq; Achaiæ regionib. Turcarum graue Chriſtianis hominib. imperium auerſantib. confluxerant: ágriq; anguſtia per latrocinia ac rapinam magna ex parte vitam tolerantes in regiones Turcaicę ditionis frequentes faciebant incurſiones. Turcæ igitur eorũ populationib. ſępius vexati, tandem ineunt conſilium dolo Albaneſios prædatores excipiendi. Itaque coacto equeſtri exercitu, qui & viribus & numero hoſtibus ſuperior eſſet, in agrum Nauplienſem proficiſcuntur: quo vbi peruentum eſt, copias bifariam diuidunt: duę partes exercitus trans proximos montes conduntur, reliqui populabundi ad mœnia vrbis incedunt, quo elicerent hoſtes ad pugnam. Albaneſii (qui quidem conſueuerant, pauci etiã aduerſus plures hoſtiũ pugnare) cõſpicati Turcas Chriſtianis copiis numero haudquaquã ſuperiores, cõſcenſis equis temere, atq; inexplorato peruolãt extra oppidum. Turcæ Albaneſiis ſe in hoſtem magno impetu inferentibus ſimulato metu cedunt, reiectis poſt terga ſcutis, vt in

vt in veram effuſi fugam eſſe viderentur: Iam inſequendi ardore Chriſtiani prætericrant hoſtes in inſidiis latentes. Itaque eodem tempore, & ab inſidiis conſurgunt Turcæ, & ſimulatam ſiſtunt fugam, atque in Albaneſios longius ab oppido interclusos conuertunt equos: circumuentoſque ita magna ex parte trucidant. pauci etenim ex mille hominibus per nota diuerticula incolumes in vrbem elapſi ſunt. Per idem fere tempus Turcaica biremis è Corinthiaco ſinu hoſtilem claſſem exploratum egreſſa, circa Cephaleniam inſulam, in Venetam forte incidit triremem. Turcæ primo fugere conati: deinde vbi celeritate Chriſtianæ nauis iam vinci cœperunt, omiſſo remigio arma expediunt, plane aut pugnando periculum euaſuri, aut cruentam hoſti præbituri victoriam. Veneti arbitrantes Turcas deſperata fuga viuos deditione in hoſtium venturos poteſtatem, ne in concurſu biremem roſtro diſcuterent, latus ſuæ triremis cum latere Turcaicæ nauis iniecta manu ferrea coniungunt, nondum velis per ſecuritatem ſubductis: quum alioqui claſſici prælium nauale inituri, antennas ſoleant dimittere; modo ſint nauticæ rei periti, nec de fuga cogitent. Turcæ vbi vident ſe ab hoſtibus religatos, fugamque præreptam eſſe, pars eorum tela in hoſtem adigere cæpit: atque ne ſaltu ad ſe irrumperent, arcere: pars ſalute deſperata circumſpicere, qua in hoſtilem tranſilirent nauim, ibique pugnando inter hoſtium corpora ab ſe occiſa caderent. Tandem quinque ex Turcis animaduertentes Chriſtianos ſegnius præ timore, quem hoſtium inſperata incuſſerat audacia, decertare, in Venetam tranſiliunt triremem, funeſque quibus antennæ malo annectuntur, abſcindunt: vela vna cum antennis neceſſario collapſa, hoſtium capitibus incidunt, oculoſque ac manus eorum obtegunt, ſimulque implicant. Non deſunt occaſioni Turcæ. Itaque occiſis aliquot hoſtium, pluribuſque grauiter vulneratis, vinculoque ferreæ manus, quam hoſtes iniecerant, abrupto, nauim ſuam ſtrenuo repetunt ſaltu: hoſteque omnibus verborum probris lacerato in Corinthiacum regrediuntur ſinum: ſuis mox renuntiant, Venetorum claſſem nulla ex parte imminutam cum nouo Imperatore Melchiore Triuiſano (Antonio enim Grimano, ignauia notato, abrogatum erat imperium) partim in Corcyra, partim circa Echinades inſulas eſſe: Chriſtianoſque parare irruptionem in Rhion, eo conſilio, vt hoſtilem, ſi poſſent, incenderent claſſem. Qua re accepta Bazethes

Nauplia oppidum Venetorum munitiſſimum.

Melchior Triuiſanus Grimano ſubſtitutus.

& ſupplementum militum eo confeſtim miſit, & de ignominia Grimani valde gauiſus eſt, Venetorum ſimul imprudentiam, ſimul inteſtina odia, ac ſimultates ex eo colligens. Cenſebat enim ducem exercitus non niſi ob infidelitatis ac proditionis crimen, plectendum eſſe: cætera ducum errata, non tam ipſis obiicienda, quam eorum ſuffragatoribus, qui quidem ſummum imperium per ſtultitiam ad minus idoneum detuliſſent. Cæterum, ne ipſe quoque de maritima expeditione aliquid remiſiſſe videretur, in pluribus imperii ſui locis naues fabricandas, vetereſque reficiendas conſtituit. Itaque ad eas naues, quas ſuperiore anno ædificauerat, circiter ſexaginta nouas addidit: quas ſane partim in ſinu Ambrachio, partim in flumine Æante ad Aulonem oppidum conſtrui iuſſit, hac vel maxime cauſa, vt Veneti eo terrore, deſperationeque reſiſtendi compulſi, animum ad pacem petendam flecterent: maritimiſque Græciæ, ac Illyrici locis, ad quæ ex Apulia & Calabria breuis tranſitus eſſet, cederent: vt ſcilicet Gallorum rex, ſi forte ſubacto Neapolitano regno, vellet traiicere in Græciam, Turcarum præſidiis per illius oræ loca diſpoſitis, facilius ab aditu arceretur. Ad hæc, quo Turcæ nacti aliquando Italicæ expeditionis opportunitatem, commodius ac tutius ad occupandam Italiam copias traduceret nullo hoſtili loco in Græcia, Macedonia, atque Illyria relicto. Etenim præterquam quod hæc gens proferendis imperii finibus ſemper ſtudet, malebat cum Gallis in Italia, quam in Græcia rem gerere: propterea quod in aliena terra, & victoriam glorioſiorem eſſe, & vinci minus periculoſum cenſebant. vbi ſcilicet victi, non regiones, ſed militum detrimentum eſſent accepturi. Et profecto Turcæ nihil magis ſibi vitandum putant, quam ne in ſuis ſedibus, manum cum Chriſtianis conſerere cogantur. Valde enim timent, ne ſuæ ditionis Chriſtiani, quorum quidem vis ingens eſt, licet iam extincta ſit eorum nobilitas, oblata externi auxilii occaſione, iugum excutiant, & in communem hoſtem arma rapiant. Inde morem illis eſſe arbitror, vt ſi quem forte alicuius numeri hoſtem intra fines ſuos armatum ceperint, eũ extemplo interficiant, rurſus ipſi prędandi ſtudio egreſſi, quemcunq; in hoſtico nacti fuerint, conſeruent, in ſeruitutemq; abducant. Tametſi ferociſſima natio ſolos fere Hungaros, Choruatos, & Moldauos ſibi virtute pares ducat: cæteros vero Chriſtianos, eo

quod

quod haud ſæpe cominus,ſed tormentis ac miſſilibus, vt plurimum pugnant,perinde ac fęminas ſpernat.Putat enim proprium viri eſſe, rem gladio cominus gerere,illatorum vulnerum fœditate ſuam,hoſtiumq; virtutē metiens. quippe non prælium ſed puerorum iocum exiſtimat,in quo abſciſſis manibus,pedibuſve,aut tota ceruice deſecta corpora minime detruncantur.Cęterum Venetus Imperator, vbi vidit aditum in Corinthiacum ſinū haud quaquam patere,pręſidio ibi ſatis valido à rege impoſito, ac turrib⁹ inter ſe aduerſis in eius fauces erectis, ad Cephaleniam inſulam Turcaicæ ditionis in poteſtatē redigendam animū adiecit;quum,vt, ſi forte res ad euētum reſpondiſſet,maiorē apud ſuos Grimano inuidiam moueret,quo cum ſane non ſine publico detrimento, priuatam habebat ſimultatem: tum, ne imbellem inglorius gereret magiſtratum,atque eo magis, vt hoſtibus apud quos Veneti contemptui erant, oſtenderet ſe quoque armatos eſſe, atque ad vim inferendam haud imparatos. Iacet hæc inſula in Ionio mari, fauces Rhii vno latere proſpectans, hinc ab Acarnania, inde à Peloponneſo pari fere ſpatio ſubmota. trecenta enim circiter & viginti ſtadia ab vtroque diſtat littore. Circuitu patet centum & quadraginta millia paſſuum, frumenti, vini, olei, pecoris, xyli quoque admodum ferax eſt. Igitur Triuiſanus vi magna pulueris accenſibilis,quo ad pilas è tormentis emittendas militantes vtuntur,apparatuque cætero vrbium oppugnandarum Methone aducto, cum tota claſſe ad Cephaleniam contendit: oppidumque ibi eiuſdem nominis oppugnare adortus eſt. In qua quidem oppugnatione, tametſi totum pene oppidum, muris dirutis, nudaſſet munimentis, ſumma tamen virtute à Turcis, qui in præſidio erant, defenſum eſt. Quum itaque totam fere hyemem Venetus ad Cephaleniam, eo quod remige tantum claſſem inſtructam, milite vero inopem habebat, amiſſis duobus circiter millibus, promptiſſimo quoque claſſicorum, tandem irrito incæpto inde abceſſit, morbo ex animi ægritudine contracto, quo quidem paucis poſt diebus peropportune extinctus eſt; ne eadem inuidia, quam Grimano conflabat, ipſe conflagraret. *Cephalenia Inſula.*

Etenim apud Venetos ex euentu, q quidem maxime ab æquo abhorret,duces & laudari,& vituperari ſolent.propterea, q ipſi Veneti mercatorū ritu,ſolo lucro(vt alio loco dixim⁹)omnia metiūtur:

nec

Saſon inſula ab Orico quantum diſtet.

nec animaduertunt rei bellicæ prorſus ignari, etiam perditiſſimis militiæ ducibus, nedum è mercaturæ officina ad regendum exercitum aſſumptis, haud ſemper in bello euentus reſpondere. Præter hæc nihil ferme dignum memoratu à Turcis, Venetiſque per hyemem actum, niſi quod Turcæ ad Saſonem inſulam, qua ab Orico octo fere millia paſſuum abeſt, nō minore aſtu, quam audacia Iſtriam triremem expugnatam tribus Venetis longis nauibus prope inſpectantibus Aulonem auexerunt. Allatum erat ad Venetos, crebros nuntios inter Bazethem & Fridericum Neapolitanum regem Turcaicis lembis commeare. Porro Fridericus (vt fama eſt) dolore agitatus propter Apuliæ vrbes, quas Veneti pignoris prætextu (vt antedictum eſt) obtinebant, Bazethem ad vrgendos bello Venetos vehementer incitabat. Miſſæ igitur ſunt ad intercipiendos hoſtiles lembos ab Hieronymo Contareno ad claſſem legato quatuor triremes: è quibus vna Iſtrica reliquas antecedens, regionibus explorandis præmiſſa, ad Saſonem inſulam acceſſit (inde Brunduſium breuis traiectus intercedit) & quum hanc Inſulam, qua ea in Apuliam vergit ſub ſolis occaſum applicuiſſet, nautæ, remigeſque totius diei laſſi remigio, iactis anchoris, cænaturique nauim tentoriis de more integunt: mox quietem, hoſtium prorſus ſecuri, capiunt. Erat in Inſula Græcus quidam ſolitariam vitam ducens. vulgus Græca voce ita degentes, eremitas vocat. Hic cum non mores, ſed locum mutaſſet, cum Turcis conuenerat, vt quotieſcunque Venetam, ſeu quampiam aliam Chriſtianam nauim conſpexiſſet, flamma ignis, aut fumo ſignum æderet. Is itaque ac ſi non in diuino cultu, ſed in ſpecula ibi poſitus eſſet, vbi vidit Chriſtianam triremem ad eam inſulæ regionem ſtare, quæ Italiam ſpectat, ſignum Turcis è diuerſo ab ea parte, qua inſula in Turcaicam continentem vergit, ex compoſito reddidit; ne ſcelerati hominis proditio à Chriſtianis deprehendi poſſet. Tres autem biremes Turcaicæ per id tempus Aulone forte emiſſæ, littori, cui Ceraunii montes incumbunt, alligatæ ſtabant: diſtat autem ab hoc littore Saſon Inſula, circiter quatuor & viginti ſtadiorum interuallo. Turcæ igitur cum ex ſigno ab Eremita dato Chriſtianam nauim in proxima ſtatione eſſe intellexiſſent: armis cęteriſque rebus ad pugnam neceſſariis expeditis, nocte intempeſta, ſilentio ad hoſtilem accedunt nauim. vbi quum omnia neglecta atque ipſos quoque vigiles ſopitos eſſe ſenſiſſent: horribili ſonitu ac clamo-

clamore ſublato in Iſtricam tranſcendunt triremem, alios torpidos ſomno, pauenteſque ad nec opinatum tumultum, alios in intima nauis, metu refugientes, alios pręſenti animo arma ſumentes opprimunt: cędeq; miſerabili omnia eo magis replent, quod pręfectus nauis Iſter (& ea gens, vt pleriq; Dalmatæ, ferocioris animi) Norica bipenni (quam forte inter tumultum ſomno excitus arripuerat) puppim aliquamdiu dum incolumis ſtetit, non ſine hoſtium cæde defenderat. Ex ortu auroræ Turcæ, ne à Venetis triremibus, quas haud procul eſſe ſciebant, opprimerentur, expugnatam nauim Aulonem, remulco curſum eius adiuuantes, raptim pertraxerunt. Et tumultuatum in Venetis nauibus fuerat, vt Iſtricæ triremi irent ſubſidio. ſed dum metu ſegniter, cunctabundique ſuas moliuntur naues, putantes ſe non tam auxilio perditis fore, quam ſemet in diſcrimen coniecturos, ſi hoſtis inſequi pergeret, Turcas è manibus emiſere. Quod vbi Venetus legatus accepit, reuerſos ab infelici deformique expeditione nauium præfectos, ad cauſam dicendam euocauit; ratus magna militiæ iactura, ignauiam dimitti impunitam. At præfecti, quanquam non lati auxilii conſcientia mœſti, fixis in terram oculis, ante tribunal legati (qui quidem locum demortui imperatoris tenebat) ſtabant: culpam tamen in Iſtros transferentes, ſeſe noxæ eximere conabantur: qui procul à ſuis per temeritatem abiuncti, in hoſtico, tanquam in pacato ſecuri, ſine vllis cuſtodiis noctem egiſſent: ſe inſuper Iſtris, exploratum loca præmiſſis, prælio non interfuiſſe; ſed re iam tranſacta ſuperueniſſe, aſſeuerabant. Qui quidem cum ſeſe parum purgaſſe viſi eſſent, acerbiſſima primo lacerati ſunt a legato oratione: deinde catenæ his iniectæ, vinctique Venetias miſſi, ibi in carcerem coniecti; tandem poſt aliquos menſes mulcta dicta dimiſſi. Etenim ſenatus Venetus, tametſi illos pro deſertoribus haberet; pœnam tamen vltimi ſupplicii eis remiſit non auſus capitalis in patritios animaduerſionis inuidiam ſubire. Seniores enim apud Venetos iuniorum ſuffragia in petendis magiſtratibus aucupantes, iuuenibus ſuis ambitione corrupti vehementer indulgent: vt fere fit in omnibus Rebuſpubl. vbi populi ſtudiis honores mandantur. Accedit ad hoc, quod illi deſertionis rei, non ciues, ſed ſocios ab hoſtibus circumuentos deſeruerant, quorum plane viliora ſunt capita Venetis, quam ciuium. Nam licet Veneti ſociis ac plebi etiam ſuæ

Eremita quidam proditor Christianorum insignis.

Conſaluum Adigarium ducem clariſſimum.

hac in parte videantur eſſe pares, quod cum his connubio iunguntur: tamen, quia ſoli patritii, ſi mercatores eo nomine appellandi ſint, non modo ad imperia, & magiſtratus admittuntur, ſed etiam ſuffragii ferendi in comitiis ius habent, longe maioris precii ſunt apud Venetum Senatum, quam cæteri extra patritiorum corpus poſiti, ſiue hi ſunt ſocii, ſiue ciues: infimæ enim prope fortunæ apud Venetos habentur, cum quibus illi imperium non communicant, nec honorem impertiuntur. quanquam Chriſtianæ nobilitati Venetorum imperium valde monſtroſum eſſe videtur. quippe qui præterquam quod militiam haud per ſe exerceant, ſed mercenario & externo milite vtantur; iidem ſunt & ſenatores & mercaturæ dediti. Vnde Venetis nunquam fere contigit ſua virtute, ſed hoſtium vitio rem bello bene gerere. Quod cum & ipſos qua ſunt prudentia non fugeret, puderetque irriti ad Cephaleniam incæpti, miſſis legatis cum muneribus ad Ferandum, Ioannis Aragonii filium Hiſpaniarum regem, ſuppliciter petierunt, vt eius permiſſu liceret Conſaluo Adigario clariſſimo ſua ætate duci, cum his Hiſpanorum copiis, quas ipſe in Sicilia id temporis habebat, ad Cephaleniam proficiſci, atque inde pulſis Turcis, Venetorum ditioni Inſulam adiungere. In quam quidem ſententiam, cum regem facile adduxiſſent, numerata Hiſpanis militibus ingenti vi pecuniæ, Cephaleniam vna cum Conſaluo repetunt. Ibi dux Hiſpanus expoſitis in terram militibus, ſitumque ac mœnia oppidi prius contemplatus, turrim ligneam, quæ muros oppidi altitudine adæquaret, celerrime extruxit, qua muris admota, hoſtibuſque, qui obſiſtebant, miſſilibus ſubmotis, oppidum intra paucas horas quam oppugnari cœptum eſt vi cępit, quo in poteſtatem Venetorum reddito, ipſe cum militibus ſuis, captiuiſque Turcis & cætera omni præda, quam in oppido nactus fuerat, in Siciliam, vnde profectus erat, confeſtim enauigat; ne ab iniquo bello abeſſet, quod aduerſus Fridericum Neapolitanum regem, qui Ferandino in regnum ſucceſſerat, parabatur. Iam enim Gallus & Hiſpanus reges, nullo infamiæ reſpectu ſceleſtum inierant conſilium Fridericum è regno expellendi, atque illud non quidem regio more, ſed latronum ritu inter ſe diuidendi. Eſt enim proprium regum de ſuo largiri, non autem aliena adimere, & quod turpiſſimum eſt, aliis per ſcelus adempta ſibi ipſi vendicare. Hi autem reges calumnia, impudentiſſime excogitata,

gitata, qua prauum conſilium tegeretur, obiiciebant Friderico Turcarum amicitiam, quibus ſane illi ſe bellum propediem illaturos videri volebant, quum nihil minus animo cogitarent. Itaque hoc prætextu, rex Neapolitanus improba cupiditate duorum maximorum Chriſtiani orbis regum, è patrio atque auito regno eiectus eſt. quanquam ſunt, qui exiſtiment, Fredericum Dei imprimis nutu, è regno eiectum eſſe: & quia de retinendo regno Mathematicorum vanitatem conſuluerat: quaſi mortalia potius, cœli motu, quam Dei arbitrio regerentur: & quia Ferandinum regem, fratris filium veneno necaſſe dicitur. Cæterum, Gallus rex ſimul gloria Hiſpanorum ſtimulatus, quam illi Cephalenis ſubactis ſibi adiecerant, ſimul & præ ſe ferendo, Turcis ſe iam hoſtem eſſe, ſpargeretur in vulgus, ſe idcirco regnum Friderico ereptum ire, quo ex propinquo commodius in Turcas arma mouerent: quaſi non poſſet cum Turcis bellum geri, Friderico in regno ſuo manente, & ad hanc expeditionem, operam ſuam vltro pollicente, armatis Maſſiliæ ad duodecim turritis nauibus, eas Venetis auxilio miſit. Quibus Veneti claſſi ſuæ adiunctis, Leſbum inſulam inuaſere: vbi cum Galli Mytilenem vrbem, aliquamdiu oppugnaſſent, Turcis eam acriter defendentibus, re infecta inde abceſſere, obiecta Venetis (vt eſt Gallorum natio valde ſuſpicax) proditione, eo quod quingenti Turcæ, è proximo continente lembis clam aduecti, per armatam Vaſconum cuſtodiam, Mytilenem irruperant, Venetis per id maxime tempus, cum quadraginta longarum nauium claſſe, oram Aſiæ cuſtodientibus, ne quod ſubſidium obſeſſis inde tranſportari poſſet.

Rex Neapolitanus à regno patrio auitoq; eiicitur.

Vladiſlauus ab Hũgaris vacca vocatur.

LVDOVICI TVBERONIS DALMATÆ ABBATIS COMMENTARIORVM DE TEMPORIBVS SVIS

Liber Octauus.

VENETI animaduertentes ingentem tum terreſtrem, tum naualem Turcarum apparatum: ſeque non terra modo (qua ſane parte nullas prorſus vires habebant) ſed & mari hoſti per ſe impares eſſe: ærarium continuis tot annorum bellis pene exhauſtum: In Italia nihil amici, verum omnia aduerſa atque hoſtilia: Gallorum regis ſocietatem, ob animum non ſatis amicum, ſpecie amplam, quam re vtilem eſſe, ad tentandam ſpem pacis ſeſe conferunt. At vbi Turcam à pace quidem haud abhorrentem, verum non ſatis æquas pacis conditiones ferentē vident. omnia enim maritima Græciæ atq; Illyrici loca poſtulabat, variis diu ac ſæpe cōſiliis agitatis: tandē ad Hungarorum opē implorandā, (vtpote quos timeri à Turcis fama haud falſa plane erat) neceſſario confugiunt; nō tam eorum amicitia freti, q̄ exiſtimantes illos, ſi quis ſtipendium offerret, haud difficulter arma in Turcas ſumpturos, quum alioqui his & per ſe eſſent infenſi, & Chriſtiano nomini deditiſſimi. Miſſo igitur ad Vladiſlauum (cui Hūgari ob ſegnitiē vaccæ nomen indiderant) oratore Sebaſtiano Iuſtiniano oratione, q̄ maxime miſerabili, (ipſi etenim eam æditam vidimus) detegendo clades ſibi ab hoſtibus illatas, hortati ſunt regē, non ſuo ſolum nomine (q; quidem ſupplices infimis precib. egerunt) ſed etiam Romani Pōtificis Francorumq; ac Hiſpanorum regum ad Venetos auxilio iuuandos, bellumq; cōmunibus viribus aduerſus hoſtes gerendum. Sed cum rex ex oratione & poſtulatis Veneti oratoris ad conſilium Principū retuliſſet, nemini fere præter Thomā Strigonēſium Pontificem & Rom. eccleſiæ Cardinalem, viſi ſunt Veneti armis defendendi. Quod enim meritum in ſe Venetorum eſſe pro ſe quiſq; dicebat, vt pro illis aduerſus Turcas arma ſumantur? cōtra ſatis ſeſe ſcire, Venetos Hungarico regno valde eſſe iniurios. quippe qui maritimæ Dalmatiæ quaſdam vrbes iuris proculdubio regni Hungarici poſt mortem Lodouici regis, nefarie occupatas tenerent.

Red-

Reddant igitur prius, quæ ad ius Hungarorum pertinent, deinde ſe auxilio ab illis iuuari poſtulent. Quod cum Thomas Pontifex (quem Veneti magnis muneribus cultum ſibi conciliarant, animaduertiſſet) accerſitum ad ſe Venetum legatum docet, non eſſe cum Vladiſlauo, Hungariſq; verbis, ſed auro agendum: quippe, vt fere fit, ſuo ipſius animo, gentis ſuæ animum metiebatur: eius eſſe Vladiſlauum ingenii, vt malit aurum, quam gloriam: nihil non illum ſpe pecuniæ (cuius eſſet auidiſſimus) facturum. Itaque Venetus promiſſis (ſic enim domi mandatum erat) in ſingulos annos centum millibus nummûm aureorum Hungaris pendendis, donec bellum eſſet Venetis cum Turca: vbi autem debellatum eſſet, paxue cũ hoſte æquis conditionibus poſita, triginta ſolum millia nummûm Veneti penderent, cum Vladiſlauo fœdus iecit, non quidem vt bellum totis regni viribus cum Turcis gereretur, ſed potius vt vmbra Hungarici auxilii Veneti tegerentur (tanta nimirum erat, & apud Turcas Hungaricæ virtutis opinio, & Venetis in ea gente ſpes repoſita) tametſi Veneti dum à Turcis bello vrgentur, ſæpius conqueſti ſunt, Hungaros magis ſpem auxilii oſtendere, quã re ſocios iuuare. qua quidem in re Venetos imprudenter conqueſtos eſſe arbitror. Neque enim Veneti ſuo duntaxat ærario totas Hungarorum vires, quas id bellum poſtulabat, conducere poterant, nec rurſus Hungari centum millium aureorum precio, Turcarum arma in ſe auertere, ſeq; pro alienis vaſtandis cenſebant. Turcæ enim ſicut ad pugnam collatis ſignis ineundam ſtatarii militis inopia, parum idonei ſunt, ita populandis hoſtium agris, eximia equorum pernicitate aptiſſimi. Cæterum, Turcarum quoque Rex Bazethes ſuſpicatus, Hungaros à Chriſtianis principibus aduerſum ſe iri ſollicitatum: iterum ad Vladiſlauum, ingentibus cum donis, legatum ad pacem firmandam miſit. cui Turcaico quidem aſtu, mandatum eſt, daret operam, vt ſi pax parum procederet, ſaltem conſcribendis fallacibus pacis conditionibus nuntiiſque vltro citroque miſſitandis tantiſper bellum differret, dum tempus hyemis abſumeretur: quo prima æſtate, aut quieſcentibus Hungaris, aut ad arma mouenda nondum paratis, claſſem è Rhio (vbi id temporis hyemabat) eductam, cum his nauibus, quas in Ambracio ſinu (vt ante dictum eſt) ædificari iuſſerat, coniungeret, Methonemque inde oppidum, ac cætera Venetorum in Peloponneſo loca iret oppugnatum. Itaque cum ex

Vladiſlau' ab Hungaris vacca vocatur.

greſſus eſt. Atque quo ſuſpicionem ab oppugnanda Methone auerteret, hoſtemque ſecuriorem redderet (Turcæ enim in hoſte nihil contemnunt) læuorſum aliquot ſtadiis Argiuum verſus agrum flectens rumorem de induſtria vulgat, ſe Naupliam iturum oppugnatum. quam quidem vrbem inter Argiuum & Tręzenium agrum eſſe, ſituque loci ac operibus munitiſſimam, atque idcirco oppugnari haud promptam, ſupra docuimus. Cæterum, peruaſtato Nauplienſi agro, in Arcadiam conuertit iter regionis amœnitate, atque commeatuum copia inuitatus. Ea regio in medio fere Peloponneſi, ita crebris montibus diſtincta eſt, fontibuſque ſaluberrimis abundat: equis inſuper alendis propter pabuli copiam, peropportuna. Hic igitur aliquot moratus diebus, & ipſe venationi, atq; aucupio dedit operam, nec cæteros principum venari feras prohibuit, quoad & luna inchoaretur, q̄ quidem incipiendis reb. auſpicatiſſimum Turcæ credunt, & claſſem ſuam Peloponneſum iam attigiſſe nuntiaretur. Cũ igitur præfectus Turcaicarũ nauium coniunctis claſſib. inſtitutũ teneret iter, Venetus ad claſſem legat⁹, Hieron. Contarenus, qui (vt dictũ eſt) locum demortui obtinebat imperatoris, ægre ferens, Venetos nõ Ægei ſolum, ſed & Ionii maris pelli poſſeſſione à Sybota ſoluẽs (Epiri inſula eſt, Theſprotio littori qua Thyamis amnis in mare erũpit adiacens, quo, ne hoſtium coactu pręliũ cõmitteret, cum omnib. nauibus ſe receperat) ſecundum nactus vẽtum, poſtremas hoſtiũ naues inſecutus eſt, quo ex occaſione tormẽtis ac miſſilibus hoſtes eminus vrgeret, oſtenderetq; Venetos tot naues haud fruſtra comparaſſe: nec (vt Turcæ exprobrabant) omnino hoſtilem formidare conſpectũ. Turcæ dum puppes acrior fauonius, qui quidem à meridie, per ęſtatem oritur, impellebat, Venetos miſſilib. tantum laceſſentes, nec ſeſe pugnę per metum committentes, contemnere, eorumq; ignauiã irridere, nec cœptum intermittere curſum: vbi vero leuior vẽtus flare (is n. ſub occaſum ſolis langueſcere ſolet) velaq; mox flacceſcere cœperunt, ſubductis velis proras in hoſtẽ conuertunt. Veneti metu pugnandi ingenito, q̄q̄ ipſi non formidine, ſed conſilio ſe certamẽ ſubterfugere prædicant, confeſtim altũ petunt. Turcæ eos paruo ſpatio inſecuti, duas ex hoſtium vectoriis nauibus, quas à Venetis groſſas vocari triremes ante dictum eſt, aut per claſſicorum temeritatem vltro reſtitantes, aut quia mole ſua tardiores, longarum nauium curſum remis ęquare nequiſſent, adepti

Hieronym⁹ Contaren⁹ Venetorum legatus.

Bazethis oratio Deo gratias agentis.

adepti ſunt: expugnataſque haud parua ſuorum cæde ad ducem nõ præda modo, ſed & omine futuri ſucceſſus lętum vacuas fere hominibus protraxere. Etenim Chriſtiani, qui quidem magna ex parte Dalmatæ erant, ad mortem inſita feritate haud imparati, poſteaquam ſe ferreis teneri harpagonibus, nec fugę viam patere vident: dimiſſis in aquam ab vtroque nauis latere remis, quo remigæ quoq; cum claſſiariis militibus rem gererent, adeo pertinaciter deſperata ſalute decertarunt: vt non niſi pauciſſimi viui, & hi quidem vulneribus pene confecti, in hoſtium deuenerint poteſtatem. Igitur Iacobus nihil non regiæ fortunæ, ſimulq; Turcarum virtuti patere ratus: ſecurus propter Peloponneſicum littus Methonem verſus nauigabat. Iam Cypariſiam attingens oram ad hoſtium Alphei fluminis, aquandi gratia ſubſtiterat, cum eo Bazethes rex, ſtudio ſuam è proximo viſendi claſſem cum parte equitum venit: atque vbi e iugis Cypariſio incumbentib. littori, naues omnes curſum tenentes, nec incolumes modo, ſed etiam aliqua ex parte victrices, proſpexit, ex equo (vt ferunt) deſiliit, atq; poſteaquam proſtratus humi (eo ritu Turcæ Deum venerantur) terram oſculo magna ſpectantium admiratione, contigit, ita vt erat in genua ſubmiſſus oculis in cœlum ſublatis, Grates tibi, inquit, ſumme Deus, ago, quod me mari quoque, quod quidem vix ſperare audebam, hoſtibus meis prætuleris. Iam enim illis, confeſſionem conceſſi maris, quaſi victis palam expreſſimus, dum nos pugnandi copiam facientes fugiunt, nec pugnæ ſeſe per metum committunt. Porro, cur me tibi minorem non geram? cur ad te omnia non referam: quandoquidem tuo amoto auxilio (quippe per me puluis ſum & vmbra) nihil erat, quod de maris ſperarem poſſeſſione. Tu enim res hominum adminiſtras, & ſingulos etiam hominum actus animaduertis; neq; aliquid eſt in rebus abs te conditis (omnium enim tu es author) quod ad tuum non agetur præſcriptum. Vnde licet tuo iuſſu, alia extollantur, alia deprimãtur, omnia tamen recte & ordine facis. propterea quod, quemadmodum tu ſumma ratione mundum conſtruxiſti, ita ſumma is etiam ratione abs te regatur, neceſſe eſt. Quum igitur tuo ſolius arbitratu, mortales & voti compotes proculdubio efficiantur, & in aduerſa incidant, fac me obſecro, ſi tua fert voluntas, ita ſuperbiſſimorum hoſtium victorem, vtpote qui maris poſſeſſionem ſibi nefarie vendicant, vt tamen animus meus, nil per inſolentiam ſecundis inflatus

rebus,

rebus,tibi,qui ritu ſolis obſcura illuſtras, lucidis vero ac per ſe ful- *Methonis*
gentibus ſplendorem adimis,omnia accepta referat.Secundum has *ſitus.*
preces ad exercitum qui iam Methonenſem agrum ingreſſus erat, magna potiundę vrbis ſpe,ſe contulit.Quumq; cognouiſſet,claſſem quoq; ad Thriaſterides inſulas Meſſenio littori (vt ante dictum eſt) obiectas acceſſiſſe,atq; portum ingreſſam, quem recentiores Græci Sophiam vocant,confeſtim vrbis oppugnationem aggreſſus eſt. Ea porro extructa eſt in Meſſenii agri lingua tria ferme ſtadia in altum prominente,vndiq; mari abluitur,præterq̃ à Septentrione,qua continenti adnectitur: atq; per id quoq; ſpatium, quod quidem vnius ſtadii longitudinem vix excedit,duplex foſſa ſatiſque lata ducta eſt, cuius non minimam etiam partem,aqua per effoſſam terram è Cretico irrumpens mari,obtinet. Portum habet oſtio in Libycum pelagus verſo,vix quindecim longarum nauium capacem, atq; audita natura loci,ſed mole vndis obiecta tutum.Ex alio quoq; latere, qua vrbs continenti adhæret,ſuburbium eſt muris ac turribus foſſaque haud anguſta itemq; duplici,niſi qua mari præceps imminet,cinctũ. ab ipſa vrbe foſſa tantum interuallo dirimitur.nam ligneo ponte ex ſuburbio tranſitus in vrbem patet. Turca itaq; ratus,vt erat,Methonem haud idoneam expugnationi fore,niſi prius ſuburbium in poteſtatem redigeretur, omnem oppugnationis vim eo conuertit. Admotis igitur machinis ac tormentis ſuburbii muros, qua parte aditum molitus eſt,ſolo æquauit;foſſaſq; celeriter compleuit: mox nullo ferme repugnante,ſuburbium cepit: ab ipſis incolis retinendi deſperatione prius magna ex parte concrematum.Ciues,itemq; milites,qui in præſidio loci fuerant,intra oppidi muros ſeſe recipiunt. Non deſunt Turcę rebus proſpere cedentibus.Itaque turres ædeſq; ſuburbii partim adhuc integras, partim ſemirutas terræ,iumentorumq; excrementis commixtis complent,eo conſilio, ne machinis ex oppido emiſſis proruі poſſent. His pro munimento aduerſus hoſtilia tormenta vſi quatiunt mœnia oppidi militaribus machinis è tuto libratis.Inſtant coniecti virgeis faſciculis, ac terra, occiſorum inſuper hominum cadaueribus, cæteriſque rebus, quæ ad manum erant, foſſam inter vrbem ſuburbiumq, interiectam replere: hoſtium tela ex aduerſo volantia obiectis cratibus, atque præ ſe actis, excipiunt. Contra ea oppidani hoſtem ſimul infectis miſſilibus pro ſe quiſque petere, ſimul quæ coniecta in foſſam erant, egerere.

Methonis ſitus. rere: nihil quod defenſioni opportunum videbatur, omittere: ſeſe mutuis adhortationibus excitare, ſuis ſatis viribus confidere, nec tamen diuinam opem non implorare: interdum, vt fit, ingeniorum leuitate, probra etiam in hoſtem iacere. Dum hæc aguntur, nouus Venetæ claſſis imperator Benedictus Piſaurenſis, in Treuiſani ſuffectus locum, ad Strophades inſulas cum omnibus nauibus rei exitum operiebatur.

Itaque veritus ne, ſi oppidum terra ſimul, & mari, vt accidit, oppugnari cœptum eſſet, manus oppidanorum tantis hoſtium copiis vndique ingruentibus, defenſioni parum ſufficeret, quindecim longas naues (propoſito claſſicis prǽmio, ſi qua forte, per hoſtium cuſtodias Methonem poſſent irrumpere) proficiſci oppidanis ſubſidio iubet. Conſilium (vt ipſe ſentio) haud improbandum, tametſi omnia euentu vulgus metiatur. nam ſi obſeſſis omnino ſuccurrendum erat, quo illi ciuilibus ſubleuati auxiliis, & tutiores forent, & idcirco erectiori animo hoſti repugnarent, per Venetum Ducem haud ſtetit, quin prouide, ſimul & ſtrenue, circumſeſſæ ſubueniretur vrbi. Et id re vera ſubſidium, ſi eo oppidani vti ſciuiſſent, ſaluti obſeſſis proculdubio fuiſſet, marte huius superuentu auxilii vtrimque propter locorum anguſtias prope æquato. propterea, quod licet hoſtiles copiæ, Chriſtianos, qui intra oppidum erant, numero longe ſuperarent. tamen haudquaquam plures hoſtium vrbem oppugnare poterant, quam Chriſtianorum defendere. Et quemadmodum illi abunde ſuperante multitudine, ita & iſti ſuppetiis aucti feſſis ac ſauciis integros ſubſtituere poterant. Sed hæc quoque vt pleraque dictu, quam re faciliora. Quibus Methonem proficiſci imperatum erat, eo enixius dicto paruerunt: propterea quod, cum vrbem ſatis omnibus rebus ad repugnandum hoſti inſtructam expugnatum iri haud arbitrarentur, non modo tuto in eam ſe ituros expeditionem putabant: verum etiam duplicem inde laudē ac decus reportaturos: & egregiæ videlicet in oppidū irruptionis per oppoſitas hoſtilium nauium ſtationes, & eius defenſionis, quam quidem præſentis ſimul & potentiſſimi regis oppugnatio nobiliorem erat factura. At Turcæ, quibus res maritimæ erant delegatæ, proſpicientes Chriſtianas naues vento ſatis acri impulſas Methonem verſus petere, ocyus cum aduerſis nauibus hoſti occurrunt. Vndecim Venetorum triremes conſpectis hoſtibus obuiam

Turcæ Chriſtianis Methonem cogitantib. occurrunt.

uiam venientibus, iter proſequi non auſæ extemplò qua quamque metus impulit, diſſipantur, non ſuo magis quam publico emolumento, quatuor reliquę claſſicorum ſimul audacia, ſimul rei nauticæ peritia, infauſto tamen incœpto, in Methonenſem elabuntur portum. Fit enim ſæpe, neſcio quo fato, vt quemadmodum potio medicata, ad vim morbi leuandam data, plerumq; interimat ægrotum, ita conſilia vel optime excogitata quandoque deſtituat euentus. Satis enim creditur hoc ſubſidium oppido exitium attuliſſe, dum oppidani ſtationibus temere relictis ad portum, quo maxime tumultuabatur, accurrunt, credentes ab ea parte hoſtem in vrbem vna cum ſuis irrupiſſe. Turcæ, qui pręſertim terra Methonem oppugnabant, vbi animaduertunt, Chriſtianas naues oppidanis ſubſidio veniſſe, ſuosq; inde, (ni totis viribus adnitantur) eluſum iri conatus, adeo ira atque indignatione accenſi ſunt, vt iniuſſi omnes pariter, quatenus loci anguſtię permittebant, muris oppidi, qua parte iamdiu quaſſati prociderant, ſuccederent. Rex hanc animorum incitationem haud reprimendam ratus, è tabernaculo propere egreditur, ſignumque pugnæ dari iubet, adit per ſe milites teſtis & ſpectator cuiusque virtutis ac ignauię futurus. Porro Turcarum animos, quum pręlium ineunt, regis præſentia periculi immemores facit; quia præterquam quod Turcæ ſuos à Chriſtianis in pugna cęſos felices fore apud inferos arbitrentur, ingentia fortes viros præmia manent: hortatur eos ad operam ſibi ſtrenue nauandam magna propoſita mercede. his pecuniam pollicetur, aliis agros: quibusdam pręfecturas offert: nulli demum humilitatem ſuam (modo adſit virtus) ad magnę cuiuſlibet fortunę gradum obfuturum affirmat. Segnes contra aſperis increpat verbis, mortemque timidis minatur. Succedunt ergo ad murorum ruinas ſtrenui pariter & ignaui, illi pręmio ac gloria illecti, hi metu coacti. Cęterum, nec à mari oppidanis quies vlla dabatur. Iacobus n. claſſis Turcaicę pręfectus, quũ ſuopte impulſus in Chriſtianos odio, tũ vt vanas hoſtiles faceret ſuppetias, vtpote quę culpa ſua in oppidũ importatę videbantur, cum parte nauium ad muros, qua occidentem ſpectant, acceſſit: ſcalasque applicare fruſtra conatur ſimul nauium, quę vento agitabantur, inſtabilitate, ſimul, quia rupes, in quibus ea pars muri inſtructa erat, inter ſalum & murum ipſum interiectę, prohibebant naues mœnibus aduenire, licet inde oppidum opere haud ſatis emunitum

Conſaluus Adigarius dux clariſſimus.

hac in parte videantur eſſe pares, quod cum his connubio iungantur: tamen, quia ſoli patritii, ſi mercatores eo nomine appellandi ſint, non modo ad imperia, & magiſtratus admittuntur, ſed etiam ſuffragii ferendi in comitiis ius habent, longe maioris precii ſunt apud Venetum Senatum, quam cæteri extra patritiorum corpus poſiti, ſiue hi ſunt ſocii, ſiue ciues: infimæ enim prope fortunæ apud Venetos habentur, cum quibus illi imperium non communicant, nec honorem impertiuntur. quanquam Chriſtianæ nobilitati Venetorum imperium valde monſtroſum eſſe videtur. quippe qui prætcrquam quod militiam haud per ſe exerceant, ſed mercenario & externo milite vtantur; iidem ſunt & ſenatores & mercaturæ dediti. Vnde Venetis nunquam fere contigit ſua virtute, ſed hoſtium vitio rem bello bene gerere. Quod cum & ipſos qua ſunt prudentia non fugeret, puderetque irriti ad Cephaleniam incæpti, miſſis legatis cum muneribus ad Ferandum, Ioannis Aragonii filium Hiſpaniarum regem, ſuppliciter petierunt, vt eius permiſſu liceret Conſaluo Adigario clariſſimo ſua ætate duci, cum his Hiſpanorum copiis, quas ipſe in Sicilia id temporis habebat, ad Cephaleniam proficiſci, atque inde pulſis Turcis, Venetorum ditioni Inſulam adiungere. In quam quidem ſententiam, cum regem facile adduxiſſent, numerata Hiſpanis militibus ingenti vi pecuniæ, Cephaleniam vna cum Conſaluo repetunt. Ibi dux Hiſpanus expoſitis in terram militibus, ſitumque ac mœnia oppidi prius contemplatus, turrim ligneam, quæ muros oppidi altitudine adæquaret, celerrime extruxit, qua muris admota, hoſtibuſque, qui obſiſtebant, miſſilibus ſubmotis, oppidum intra paucas horas quam oppugnari cœptum eſt vi cępit, quo in poteſtatem Venetorum reddito, ipſe cum militibus ſuis, captiuiſque Turcis & cætera omni præda, quam in oppido nactus fuerat, in Siciliam, vnde profectus erat, confeſtim enauigat; ne ab iniquo bello abeſſet, quod aduerſus Fridericum Neapolitanum regem, qui Ferandino in regnum ſucceſſerat, parabatur. Iam enim Gallus & Hiſpanus reges, nullo infamiæ reſpectu ſceleſtum inierant conſilium Fridericum è regno expellendi, atque illud non quidem regio more, ſed latronum ritu inter ſe diuidendi. Eſt enim proprium regum de ſuo largiri, non autem aliena adimere, & quod turpiſſimum eſt, aliis per ſcelus adempta ſibi ipſi vendicare. Hi autem reges calumnia, impudentiſſime excogitata,

gitata, qua prauum conſilium tegeretur, obiiciebant Friderico Turcarum amicitiam, quibus ſane illi ſe bellum propediem illaturos videri volebant, quum nihil minus animo cogitarent. Itaque hoc prætextu, rex Neapolitanus improba cupiditate duorum maximorum Christiani orbis regum, è patrio atque auito regno eiectus eſt. quanquam ſunt, qui exiſtiment, Fredericum Dei imprimis nutu, è regno eiectum eſſe: & quia de retinendo regno Mathematicorum vanitatem conſuluerat: quaſi mortalia potius, cœli motu, quam Dei arbitrio regerentur: & quia Ferandinum regem, fratris filium veneno necaſſe dicitur. Cæterum, Gallus rex ſimul gloria Hiſpanorum ſtimulatus, quam illi Cephalenis ſubactis ſibi adiecerant, ſimul & præ ſe ferendo, Turcis ſe iam hoſtem eſſe, ſpargeretur in vulgus, ſe idcirco regnum Friderico ereptum ire, quo ex propinquo commodius in Turcas arma mouerent: quaſi non poſſet cum Turcis bellum geri, Friderico in regno ſuo manente, & ad hanc expeditionem, operam ſuam vltro pollicente, armatis Maſſiliæ ad duodecim turritis nauibus, eas Venetis auxilio miſit. Quibus Veneti claſſi ſuæ adiunctis, Leſbum inſulam inuaſere: vbi cum Galli Mytilenem vrbem, aliquamdiu oppugnaſſent, Turcis eam acriter defendentibus, re infecta inde abceſſere, obiecta Venetis (vt eſt Gallorum natio valde ſuſpicax) proditione, eo quod quingenti Turcæ, è proximo continente lembis clam aducti, per armatam Vaſconum cuſtodiam, Mytilenem irruperant, Venetis per id maxime tempus, cum quadraginta longarum nauium claſſe, oram Aſiæ cuſtodientibus, ne quod ſubſidium obſeſſis inde tranſportari poſſet.

Rex Neapolitanus à regno patrio auitoq; eiicitur.

Vladiſlauus ab Hũgaris vacca vocatur.

LVDOVICI TVBERONIS DALMATÆ ABBATIS COMMENTARIORVM DE TEMPORIBVS SVIS

Liber Octauus.

VENETI animaduertentes ingentem tum terreſtrem, tum naualem Turcarum apparatum: ſeque non terra modo (qua ſane parte nullas prorſus vires habebant) ſed & mari hoſti per ſe impares eſſe: ærarium continuis tot annorum bellis pene exhauſtum: In Italia nihil amici, verum omnia aduerſa atque hoſtilia: Gallorum regis ſocietatem, ob animum non ſatis amicum, ſpecie amplam, quam re vtilem eſſe, ad tentandam ſpem pacis ſeſe conferunt. At vbi Turcam à pace quidem haud abhorrentem, verum non ſatis æquas pacis conditiones ferentẽ vident. omnia enim maritima Græciæ atq; Illyrici loca poſtulabat, variis diu ac ſæpe cõſiliis agitatis: tandẽ ad Hungarorum opẽ implorandã, (vtpote quos timeri à Turcis fama haud falſa plane erat) neceſſario confugiunt; nõ tam eorum amicitia freti, q̃ exiſtimantes illos, ſi quis ſtipendium offerret, haud difficulter arma in Turcas ſumpturos, quum alioqui his & per ſe eſſent infenſi, & Chriſtiano nomini deditiſſimi. Miſſo igitur ad Vladiſlauum (cui Hũgari ob ſegnitiẽ vaccæ nomen indiderant) oratore Sebaſtiano Iuſtiniano oratione, q̃ maxime miſerabili (ipſi etenim eam æditam vidimus) detegendo clades ſibi ab hoſtibus illatas, hortati ſunt regẽ, non ſuo ſolum nomine (ꝙ quidem ſupplices infimis precib. egerunt) ſed etiam Romani Põtificis Francorumq; ac Hiſpanorum regum ad Venetos auxilio iuuandos, bellumq; cõmunibus viribus aduerſus hoſtes gerendum. Sed cum rex ex oratione & poſtulatis Veneti oratoris ad conſilium Principũ retuliſſet, nemini fere præter Thomã Strigonẽſium Pontificem & Rom. eccleſiæ Cardinalem, viſi ſunt Veneti armis defendendi. Quod enim meritum in ſe Venetorum eſſe pro ſe quiſq; dicebat, vt pro illis aduerſus Turcas arma ſumantur? cõtra ſatis ſeſe ſcire, Venetos Hungarico regno valde eſſe iniurios. quippe qui maritimæ Dalmatiæ quaſdam vrbes iuris proculdubio regni Hungarici poſt mortem Lodouici regis, nefariè occupatas tenerent.

Red-

Reddant igitur prius, quæ ad ius Hungarorum pertinent, deinde ſe auxilio ab illis iuuari poſtulent. Quod cum Thomas Pontifex (quem Veneti magnis muneribus cultum ſibi conciliarant, animaduertiſſet) accerſitum ad ſe Venetum legatum docet, non eſſe cum Vladiſlauo, Hungarisq; verbis, ſed auro agendum: quippe, vt fere fit, ſuo ij ſius animo, gentis ſuæ animum metiebatur: eius eſſe Vladiſlauum ingenii, vt malit aurum, quam gloriam: nihil non illum ſpe pecuniæ (cuius eſſet auidiſſimus) facturum. Itaque Venetus promiſſis (ſic enim domi mandatum erat) in ſingulos annos centum millibus nummûm aureorum Hungaris pendendis, donec bellum eſſet Venetis cum Turca: vbi autem debellatum eſſet, paxue cũ hoſte æquis conditionibus poſita, triginta ſolum millia nummûm Veneti penderent, cum Vladiſlauo fœdus iecit, non quidem vt bellum totis regni viribus cum Turcis gereretur, ſed potius vt vmbra Hungarici auxilii Veneti tegerentur (tanta nimirum erat, & apud Turcas Hungaricæ virtutis opinio, & Venetis in ea gente ſpes repoſita) tametſi Veneti dum à Turcis bello vrgentur, ſæpius conqueſti ſunt, Hungaros magis ſpem auxilii oſtendere, quã re ſocios iuuare. qua quidem in re Venetos imprudenter conqueſtos eſſe arbitror. Neque enim Veneti ſuo duntaxat ærario totas Hungarorum vires, quas id bellum poſtulabat, conducere poterant, nec rurſus Hungari centum millium aureorum precio, Turcarum arma in ſe auertere, ſeq; pro alienis vaſtandis cenſebant. Turcæ enim ſicut ad pugnam collatis ſignis ineundam ſtatarii militis inopia, parum idonei ſunt, ita populandis hoſtium agris, eximia equorum pernicitate aptiſſimi. Cæterum, Turcarum quoque Rex Bazethes ſuſpicatus, Hungaros à Chriſtianis principibus aduerſum ſe iri ſollicitatum: iterum ad Vladiſlauum, ingentibus cum donis, legatum ad pacem firmandam miſit. cui Turcaico quidem aſtu, mandatum eſt, daret operam, vt ſi pax parum procederet, ſaltem conſcribendis fallacibus pacis conditionibus nuntiisque vltro citroque miſſitandis tantiſper bellum differret, dum tempus hyemis abſumeretur: quo prima æſtate, aut quieſcentibus Hungaris, aut ad arma mouenda nondum paratis, claſſem è Rhio (vbi id temporis hyemabat) eductam, cum his nauibus, quas in Ambracio ſinu (vt ante dictum eſt) ædificari iuſſerat, coniungeret, Methonemque inde oppidum, ac cætera Venetorum in Peloponneſo loca iret oppugnatum. Itaque cum ex

Vladiſlaus ab Hungaris vacca vocatur.

greſſus eſt. Atque quo ſuſpicionem ab oppugnanda Methone auerteret, hoſtemque ſecuriorem redderet (Turcæ enim in hoſte nihil contemnunt) læuorſum aliquot ſtadiis Argiuum verſus agrum flectens rumorem de induſtria vulgat, ſe Naupliam iturum oppugnatum. quam quidem vrbem inter Argiuum & Trezenium agrum eſſe, ſituque loci ac operibus munitiſſimam, atque idcirco oppugnari haud promptam, ſupra docuimus. Cæterum, peruaſtato Nauplienſi agro, in Arcadiam conuertit iter regionis amœnitate, atque commeatuum copia inuitatus. Ea regio in medio fere Peloponneſi, ita crebris montibus diſtincta eſt, fontibuſque ſaluberrimis abundat: equis inſuper alendis propter pabuli copiam, peropportuna. Hic igitur aliquot moratus diebus, & ipſe venationi, atq; aucupio dedit operam, nec cæteros principum venari feras prohibuit, quoad & luna inchoaretur, q; quidem incipiendis reb. auſpicatiſſimum Turcæ credunt, & claſſem ſuam Peloponneſum iam attigiſſe nuntiaretur. Cũ igitur præfectus Turcaicarũ nauium coniunctis claſſib. inſtitutũ teneret iter, Venetus ad claſſem legat⁹, Hieron. Contarenus, qui (vt dictũ eſt) locum demortui obtinebat imperatoris, ægre ferens, Venetos nõ Ægei ſolum, ſed & Ionii maris pelli poſſeſſione à Sybota ſoluẽs (Epiri inſula eſt, Theſprotio littori qua Thyamis amnis in mare erũpit adiacens, quo, ne hoſtium coactu prẹliũ cõmitteret, cum omnib. nauibus ſe receperat) ſecundum nactus vẽtum, poſtremas hoſtiũ naues inſecutus eſt, quo ex occaſione tormẽtis ac miſſilibus hoſtes eminus vrgeret, oſtenderetq; Venetos tot naues haud fruſtra comparaſſe: nec (vt Turcæ exprobrabant) omnino hoſtilem formidare conſpectũ. Turcæ dum puppes acrior fauonius, qui quidem à meridie, per ẹſtatem oritur, impellebat, Venetos miſſilib. tantum laceſſentes, nec ſeſe pugnẹ per metum committentes, contemnere, eorumq; ignauiã irridere, nec cœptum intermittere curſum: vbi vero leuior vẽtus flare (is n. ſub occaſum ſolis langueſcere ſolet) velaq; mox flacceſcere cœperunt, ſubductis velis proras in hoſtẽ conuertunt. Veneti metu pugnandi ingenito, q̃q̃ ipſi non formidine, ſed conſilio ſe certamẽ ſubterfugere prædicant, confeſtim altũ petunt. Turcæ eos paruo ſpatio inſecuti, duas ex hoſtium vectoriis nauibus, quas à Venetis groſſas vocari triremes ante dictum eſt, aut per claſſicorum temeritatem vltro reſtitantes, aut quia mole ſua tardiores, longarum nauium curſum remis ẹquare nequiſſent, adepti

Hieronym⁹ Contaren⁹ Venetorum legatus.

Bazethis oratio Deo gratias agentis.

adepti ſunt: expugnataſque haud parua ſuorum cæde ad ducem nõ præda modo, ſed & omine futuri ſucceſſus lętum vacuas fere hominibus protraxere. Etenim Chriſtiani, qui quidem magna ex parte Dalmatæ erant, ad mortem inſita feritate haud imparati, poſteaquam ſe ferreis teneri harpagonibus, nec fugę viam patere vident: dimiſſis in aquam ab vtroque nauis latere remis, quo remigæ quoq; cum claſſiariis militibus rem gererent, adeo pertinaciter deſperata ſalute decertarunt: vt non niſi pauciſſimi viui, & hi quidem vulneribus pene confecti, in hoſtium deuenerint poteſtatem. Igitur Iacobus nihil non regiæ fortunæ, ſimulq; Turcarum virtuti patere ratus, ſecurus propter Peloponneſicum littus Methonem verſus nauigabat. Iam Cypariſiam attingens oram ad hoſtium Alphei fluminis; aquandi gratia ſubſtiterat, cum eo Bazethes rex, ſtudio ſuam è proximo viſendi claſſem cum parte equitum venit: atque vbi e iugis Cypariſio incumbentib. littori, naues omnes curſum tenentes, nec incolumes modo, ſed etiam aliqua ex parte victrices, proſpexit, ex equo (vt ferunt) deſiliit, atq; poſteaquam proſtratus humi (eo ritu Turcæ Deum venerantur) terram oſculo magna ſpectantium admiratione, contigit, ita vt erat in genua ſubmiſſus oculis in cœlum ſublatis, Grates tibi, inquit, ſumme Deus, ago, quod me mari quoque, quod quidem vix ſperare audebam, hoſtibus meis prætuleris. Iam enim illis, confeſſionem conceſſi maris, quaſi victis palam expreſſimus, dum nos pugnandi copiam facientes fugiunt, nec pugnæ ſeſe per metum committunt. Porro, cur me tibi minorem non geram? cur ad te omnia non referam: quandoquidem tuo amoto auxilio (quippe per me puluis ſum & vmbra) nihil erat, quod de maris ſperarem poſſeſſione. Tu enim res hominum adminiſtras, & ſingulos etiam hominum actus animaduertis; neq; aliquid eſt in rebus abs te conditis (omnium enim tu es author) quod ad tuum non agetur præſcriptum. Vnde licet tuo iuſſu, alia extollantur, alia deprimãtur, omnia tamen recte & ordine facis. propterea quod, quemadmodum tu ſumma ratione mundum conſtruxiſti, ita ſumma is etiam ratione abs te regatur, neceſſe eſt. Quum igitur tuo ſolius arbitratu, mortales & voti compotes proculdubio efficiantur, & in aduerſa incidant, fac me obſecro, ſi tua fert voluntas, ita ſuperbiſſimorum hoſtium victorem, vtpote qui maris poſſeſſionem ſibi nefarie vendicant, vt tamen animus meus, nil per inſolentiam ſecundis inflatus

rebus,

rebus, tibi, qui ritu ſolis obſcura illuſtras, lucidis vero ac per ſe fulgentibus ſplendorem adimis, omnia accepta referat. Secundum has preces ad exercitum qui iam Methonenſem agrum ingreſſus erat, magna potiundę vrbis ſpe, ſe contulit. Quumq; cognouiſſet, claſſem quoq; ad Thriaſterides inſulas Meſſenio littori (vt ante dictum eſt) obiectas acceſſiſſe, atq; portum ingreſſam, quem recentiores Græci Sophiam vocant, confeſtim vrbis oppugnationem aggreſſus eſt. Ea porro extructa eſt in Meſſenii agri lingua tria ferme ſtadia in altum prominente, vndiq; mari abluitur, præterq̃ à Septentrione, qua continenti adnectitur: atq; per id quoq; ſpatium, quod quidem vnius ſtadii longitudinem vix excedit, duplex foſſa ſatisque lata ducta eſt, cuius non minimam etiam partem, aqua per effoſſam terram è Cretico irrumpens mari, obtinet. Portum habet oſtio in Libycum pelagus verſo, vix quindecim longarum nauium capacem, atq; audita natura loci, ſed mole vndis obiecta tutum. Ex alio quoq; latere, qua vrbs continenti adhæret, ſuburbium eſt muris ac turribus foſſaque haud anguſta itemq; duplici, niſi qua mari præceps imminet, cinctũ. ab ipſa vrbe foſſa tantum interuallo dirimitur. nam ligneo ponte ex ſuburbio tranſitus in vrbem patet. Turca itaq; ratus, vt erat, Methonem haud idoneam expugnationi fore, niſi prius ſuburbium in poteſtatem redigeretur, omnem oppugnationis vim eo conuertit. Admotis igitur machinis ac tormentis ſuburbii muros, qua parte aditum molitus eſt, ſolo æquauit; foſſaſq; celeriter compleuit: mox nullo ferme repugnante, ſuburbium cepit: ab ipſis incolis retinendi deſperatione prius magna ex parte concrematum. Ciues, itemq; milites, qui in præſidio loci fuerant, intra oppidi muros ſeſe recipiunt. Non deſunt Turcę rebus proſpere cedentibus. Itaque turres ædesq; ſuburbii partim adhuc integras, partim ſemirutas terræ, iumentorumq; excrementis commixtis complent, eo conſilio, ne machinis ex oppido emiſſis proruì poſſent. His pro munimento aduerſus hoſtilia tormenta vſi quatiunt mœnia oppidi militaribus machinis è tuto libratis. Inſtant coniecti virgeis faſciculis, ac terra, occiſorum inſuper hominum cadaueribus, cæteriſque rebus, quæ ad manum erant, foſſam inter vrbem ſuburbiumq, interiectam replere: hoſtium tela ex aduerſo volantia obiectis cratibus, atque præ ſe actis, excipiunt. Contra ea oppidani hoſtem ſimul infectis miſſilibus pro ſe quiſque petere, ſimul quæ coniecta in foſſam erant, egerere.

Methonis ſitus.

uiam venientibus, iter proſequi non auſæ extemplo qua quamque metus impulit, diſſipantur, non ſuo magis quam publico emolumento, quatuor reliquę claſſicorum ſimul audacia, ſimul rei nauticæ peritia, infauſto tamen incœpto, in Methonenſem elabuntur portum. Fit enim ſæpe, neſcio quo fato, vt quemadmodum potio medicata, ad vim morbi leuandam data, plerumq; interimat ægrotum, ita conſilia vel optime excogitata quandoque deſtituat euentus. Satis enim creditur hoc ſubſidium oppido exitium attuliſſe, dum oppidani ſtationibus temere relictis ad portum, quo maxime tumultuabatur, accurrunt, credentes ab ea parte hoſtem in vrbem vna cum ſuis irrupiſſe. Turcæ, qui pręſertim terra Methonem oppugnabant, vbi animaduertunt, Chriſtianas naues oppidanis ſubſidio veniſſe, ſuosq; inde, (ni totis viribus adnitantur) eluſum iri conatus, adeo ira atque indignatione accenſi ſunt, vt iniuſſi omnes pariter, quatenus loci anguſtię permittebant, muris oppidi, qua parte iamdiu quaſſati prociderant, ſuccederent. Rex hanc animorum incitationem haud reprimendam ratus, è tabernaculo propere egreditur, ſignumque pugnæ dari iubet, adit per ſe milites teſtis & ſpectator cuiusque virtutis ac ignauię futurus. Porro Turcarum animos, quum pręlium ineunt, regis præſentia periculi immemores facit; quia præterquam quod Turcæ ſuos à Chriſtianis in pugna cęſos felices fore apud inferos arbitrentur, ingentia fortes viros præmia manent: hortatur eos ad operam ſibi ſtrenue nauandam magna propoſita mercede. his pecuniam pollicetur, aliis agros: quibusdam pręfecturas offert: nulli demum humilitatem ſuam (modo adſit virtus) ad magnę cuiuſlibet fortunę gradum obfuturum affirmat. Segnes contra aſperis increpat verbis, mortemque timidis minatur. Succedunt ergo ad murorum ruinas ſtrenui pariter & ignaui, illi pręmio ac gloria illecti, hi metu coacti. Cęterum, nec à mari oppidanis quies vlla dabatur. Iacobus n. claſſis Turcaicę pręfectus, quũ ſuopte impulſus in Chriſtianos odio, tũ vt vanas hoſtiles faceret ſuppetias, vtpote quę culpa ſua in oppidũ importatę videbantur, cum parte nauium ad muros, qua occidentem ſpectant, acceſſit: ſcalasque applicare fruſtra conatur ſimul nauium, quę vento agitabantur, inſtabilitate, ſimul, quia rupes, in quibus ea pars muri inſtructa erat, inter ſalum & murum ipſum interiectę, prohibebant naues mœnibus aduenire, licet inde oppidum opere haud ſatis emunitum

Turcæ Chriſtianis Methonem cogitantib. occurrunt.

 eſſet,

Turca virtutis ſua laude ad fortia patranda mire incitantur.

eſſet, vt vbi ipſius loci ac maris præſidio tutum foret. Sed quia Iacobus metu pœnę obſtinauerat animo, immiſſi in oppidum auxilii negligentiam, egregio aliquo facinore compenſare, quo ſpecie ſaltem oppugnationis inde oſtenſa vires oppidanorum diſtraheret, iubet ſuos per rupes vrbi oppoſitas, aſcenſu tentato muros adoriri; virtutis, cuius mentione Turcæ admodum excitantur, præmiorum, quæ à rege pro nauata opera eſſent accepturi, identidem admonendo. Hoſtibus inſuper, vt erat ſtolida & procaci lingua (quod ſane vitium pleriſq; nouis ineſt hominibus; erat enim ex humili ordine ad eum gradum promotus) verbis obterit luxum, mollitiem, rei militaris imperitiam, ſordidas mercaturæ artes, quas Veneti, vt plerique maritimam incolentes oram, promiſcue exercent, obiicit. Quin euaditis, inquit, in muros, fortiſſimi viri, & regi noſtro inſpectanti virtutiſque ac ignauiæ noſtræ arbitro, operam præſtatis. neque enim ipſe more Veneti principis domi, in vrbanis delitiis, procul ab hoſte agit, verum nobiſcum militiæ vna graues ſuſtinet labores; nobiſcum imbres pariter & ęſtus patitur feruorem; atq; ad ipſos prope hoſtilium telorum ictus exponitur, aut plane alia magis cauſa, quam vt illi largior ſuppetat veſtræ virtutis remunerandæ facultas. Eia agite commilitones, irrumpite in vrbem, quam quidem Gręci nobis multo magis, quam Venetis dediti incolunt. Nil vos terreat oppidanis adiunctus miles. Is enim non ex eo genere eſt, quos Chriſtiani ærarios appellant, eoſdemq; militiæ peritos putant: ſed magna ex parte è lupanari atq; meretricum contubernio euocatus, ſicut inter lenones ferox eſt, ita inter hoſtes ignauus, nulliusq; prorſus ad militiam vſus: atq; adeo gentis quoq; vitio imbellis, vt ne fœminis quidem noſtris ſit conferendus. nec ſane præfectum ſe meliorem ille miles ſortitus eſt, latet is in prętorio abditus, procul à pręlio ſubmotus, ne conſpectus quidem hoſtilis patiens. nimirum Venetus eſt ciuis, cuius proprium eſt, merces alias aliis permutare mercibus, & poſtea quam mercaturæ munus obierit, veneri & gulæ indulgere, omniq; luxus genere etiam cum perditiſſimis certare. Quum his adhortationibus, ne dicam ſeruilibus probris, ardorem pugnæ claſſicis, locique difficultate aduerſante nequicquam iniiceret Iacobus ex alia parte, qua rex ipſe adiuncto ſibi Achmate Coſſicio Dalmata, amicorum ac purpuratorum acceptiſſimo agmen cogebat, hortatorq; aderat, milites cum ſpe ingentium donorum illecti: tum quo ſe claſ-

ſiariis præferrent (verebantur enim ne à mari victoria inciperet) periculi prorſus obliti, in hoſtem iam vigiliis, certamine, vulneribus feſſum metuque attonitum ruebant. Igitur oppidani partim maritimo illo ad portum tumultu (vt ſupra memorauimus) coorto, ab ſtationibus auerſi, partim hoſtium telis ac impetu, è propugnaculis magna ex parte dirutis ſubmoti: in media vrbe conſilii inopes, ſtupentibus ſimiles, ita tamen armis inſtructi conſiſtunt, vt ni animus, cui cæcus timor vim omnem penitus extinxerat, ad repugnandum defuiſſet, proculdubio facta valida impreſſione, eieciſſent hoſtem ex vrbe. propterea, quod Turcæ occupatis inſperato muris fraudem veriti, haud quaquam eodē impetu, quo muros cæperant, in æquum ad hoſtes decurrerunt; verum mox animaduerſo Chriſtianorum pauore, ad cædem verſi, nullum trucidandi modum adhibuere, armatis paſſim inermibuſque, qui obuiam fuere, interfectis. Quos forma atque ætatis flos, ſeu caſus præſenti exemit neci, partim victorum libidini (quod quidem ingenuis morte ipſa haud quaquam leuius fuit) partim nefandæ atque deteſtabili victimæ reſeruati ſunt; mox fœdum, regi vero triſte etiam ſpectaculum exhibituri. Hos enim rex alioqui minime ſanguinarius natura, & mancipiorum cupidus, ad ſe pertractos in conſpectu ſuo pene inuitus, interfici iuſſit; quo, vt quidam exiſtimant, cæteros Chriſtianos eo terrore ſegniores in repugnando redderet, tum etſi ſunt qui credant, Turcas id manibus ciuium in prælio cæſorum tribuere ſolere, atque eo ritu vita functis parentare. Cęterum, ſiue ad terrorem hoſtibus incutiendum, ſiue perinde ac ſacro quodam, quod quidē verius ſacrilegium appellandum eſt, illa immanitate Turcæ vtantur: procul tamen à viris fortibus, vbi prælio defuncti ſunt, huiuſmodi crudelitas abeſſe debet. nam quemadmodum armatum hoſtem, in prœlio occidere decorum eſt, ita victos excarnificari feritatis omnem immanitatem excedentis. Sed nec valde miror Bazethem patriis ſacris deditiſſimum conſuetudini ac religioni, quibus ſane reges etiam parent, ceſſiſſe: quandoquidem ad ſtudia ſubiectorum concitanda principes eadem cum popularibus ſuis ſuperſtitione tangi prope neceſſe ſit. nihil enim homines magis diſiungit quam diuerſitas religionis. Vnde Chriſtianos præter cæteras gentes fortunatos haberi decet, qui ſoli cælitus edocti, atque diuinæ ſapientiæ lumine illuſtrati, cognoſcunt, non in ſanguine humano, quam quidem atrocem & ſcelera-

Chriſtiani Turcarum victima facti.

Turca virtutem in hoſte valde admirantur.

tam victimam eſſe, nemo mentis compos dubitat, ſeu in alia ſuperſtitione, ſed innocentia, cæteriſque animi virtutibus Dei cultum conſiſtere. Prætor vrbis metu exanguis, in cubiculo, quo ſe primo captæ vrbis tumultu contulerat, inuentus eſt, ſpondæ lecti præ laſſitudine ac mœrore innixus, atque vt erat armatus, non ſine riſu ducentium, ac ſi fœmina gladio cincta duceretur (Veneti enim militãtes ſuis ipſorum militibus, nedum hoſtibus riſui ſunt) ad regem incolumis deductus eſt: à quo non modo violatus non eſt; verum etiam contra ſpem omnium, benigne exceptus. Quin etiam, cum rex eum, adhibito interprete, per ſe interrogaſſet, cur in defendenda vrbe pertinacior extitiſſet, reſpondenti, ſui muneris non minus fuiſſe, vrbem fidei cõmiſſam tutari, quam regii eam oppugnare, veſtis è regio deprompta veſtiario, quod quidẽ apud Barbaros, regis gratiam teſtatur, dono data eſt: adeo Turcæ virtutem etiam in hoſte admirantur. Vnde liberos quoq; huius prætoris cõquiſitos, atq; in regiam adductos, cubiculariis ſuis adiunxit. Qua profecto comitate credũt Turcæ Bazethẽ oſtendere voluiſſe, ſe non hoſtium perniciẽ, ſed ſeruitutẽ quærere: rem ſane victis (vt ipſi arbitrantur) non omnino miſeram, quum præſertim illi cum mancipiis ſuis, æquo prope iure viuant, nullis fere deliciis, domini à ſeruis ſecreti, vtpote cum quibus & connubii iunguntur neceſſitudine: quoſque interdum indole eorum capti, pari iure cum liberis, rerum ſuarum hæredes inſtituunt. Capta vrbe quinto & XL. die poſtea q̃ oppugnari cœpta eſt, cuſtodiiſque firmata, milites feſſos reliquũ diei quieſcere, corporaq; curare iubet. nec tamen quib. commeſſatio cordi fuit, inſequentẽ noctem lætã per potum agere, inhibuit. nam & ipſe cũ ſeſe ſub primã veſperam in tabernaculum recepiſſet, duces, qui pone ſecuti erãt, ſeq; deduxerant, ad cœnã inuitat. Vbi cum quidã victoriam eius diei, verbis per aſſentationem, vt fit, extollerent, rex affirmauit, multo melius quam ſperarat, rem Dei munère contigiſſe. Etenim hoſtes putaui æreos, plumbeos inueni; nempe Turcam Methone vi capta, Venetorum contemptus perinde inceſſerat, ac ſi victoriam non magna ex parte caſus, ſed virtus omnino ſibi vendicare poſſet. Quæ quidem verba literis quoque, quibus huius expeditionis ſucceſſum quibuſdam amicis ſcripſit, inſeri iuſſit: vſus ſane ſolutiore, quam eius mos erat, dicacitate: parum etiam aduertens, niſi Scribæ imprudentia id factum ſit, minus glorioſam eſſe ex imbelli hoſte victoriam. Poſtero

die

die militibus, naualibuſque ſociis conuocatis, primum Deo immortali, Turcaico ritu (quanquam qui trinum Deum eſſe non credat, neſcio quid aliud quam Deum colit) gratias egit, quod ſe vrbis eo ipſo die, quo ei ſubſidium importatum eſſet, compotem feciſſet, deinde militum virtute collaudata, præmiiſq; ex cuiuſq; merito ornata, quatuor prouinciarum præfectos (quos Turcæ Sangiacos vocãt) q; per timorem ſegnius muros ſubiſſent, ignominia notauit: prouinciaſq;, quibus præfuerant, ademit, atq; in vincula, capite puniendos coniecit: Verum cum deprecante Achimate Coſſicio (is erat regi charus in paucis) tum ne præſentẽ militum lætitiã minueret cõmilitonum nece, ſupplicium his quidem diſtulit; ſed crimine nõ exemit. In eorum locum totidem ex gregariis militibus, qui primi murum aſcenderant, ſuffecti. adeo apud Turcas virtus vel infimæ fortunæ viris gloriam & decus conciliat. Methonis expugnatio. Coronem quoq; duodecim millibus paſſuum inde diſtantem, cum quibuſdam ignobilibus caſtellis voluntaria traxit ad Turcam deditione. Coroneis præter libertatẽ (ſi quid tamen ea amiſſa reliqui ſit mortalibus) nihil ereptũ. His rebus in Peloponneſo geſtis Bazethes claſſe Helleſpontũ repetere iuſſa, vt ibi quaſſatæ reficerentur naues, cũ omnibus copiis, præterq̃ quos Peloponneſo cuſtodiendo reliquit, Iſthmo digreſſus, Setcas verſus (vrbs eſt Macedoniæ) profectus eſt. Inde Hadrianopolim petit. prius tamen q̃ Pelopõneſo excederet, Nauplienſibus ad voluntariam deditionẽ nequicq̃ tentatis; propterea quod hi neq; recenti Methonis clade, cuius Turcæ, prætore Methonẽſi cum quibuſdã captiuis ad murũ in conſpectũ productis eos admouerant: neq; inſueta Turcis, ſingulariq; in Coroneos humanitate, cõpelli ad defectionẽ potuerunt. Vi autem vrbem aggredi nequaquam viſum eſt, quum ne, ſi incepta minus ſucceſſiſſent, notæ aliquid præſenti inureretur victoriæ, tum ne nimia Venetos oppugnandi auiditate, reliquos in ſe Chriſtianos concitaret: cogeretque hoſtes inuidia inter ſe diſſidentes, metu communis periculi vna coire. Porro Turcæ haud alia magis re quam Chriſtianorum regum freti diſcordia, nos oppugnant: quod plane cum ex multis aliis rebus, tum ex illorum precationibus, queis ter interdiu vtuntur, facile apparet. Etenim dum diuinam rem agunt, vt ex gnaris Turcaicæ linguæ accepi, hoc maxime Chriſtianis (quos ipſi ſua voce Iahuros. i. allucinantes, nuncupant) imprecantur, vt hi videlicet nulla vnquam ſocietate & amici-

Viri apud Turcam ſtrenui in precio maximo ſunt.

Diſcordia principum Chriſtianorum inteſtina quam noxia reipublicæ ſit.

amicitia vna iungantur: ſed ſemper bellum gerant, mutuiſque inter ſe odiis continenter digladientur. Quas equidem preces vereor ne Deus noſtris ſceleribus irritatus, eo magis exaudiat, quia *nemo iam Chriſtianorum principum, ne ipſe quidem Rom. Pont. quicquam ſalutare in medium conſulit. Quiſque regum deſerto publico bono, ſuis rationibus ſeruit. Inde cauendis atq; ſtruendis inuicem inſidiis per metum ſuſpicionemque, teritur tempus.* Quo profecto furore non modo noſtræ occaſioni deſumus, ſed etiam ſuam communibus hoſtibus oppugnandi nos damus occaſionem. Sed de hoc latius alias dicemus, cum huiuſce querela in commodiorem inciderit locum. Venetis (qui quidem vulgi ritu, ſicut vel paruo compendio immodice efferri, ita minimo è contrario detrimento, vehementer angi ſolent) amiſſa Methone ingens mœror inceſſit. Simul his cura iniectã, ne hoſtis eo magis ſe contemneret, quod à cæteris Chriſtianis, nullis omnino auxiliis ſubleuarentur. Itaque Venetus claſſem Imperator, quo Turcis oſtenderet, Venetos neque aduerſis rebus infringi, & per ſeſe abſque vllo, etiam externo auxilio, poſſe hoſtes bello vrgere, cum decem longis nauibus Ambracii ſinus fauces de improuiſo irrumpit, vbi cum tredecim tantum hoſtiles triremes armis hominibuſque vacuas, littori alligatas nactus eſſet, eas omnes abduxit, iniecto igni in tabernas littori appoſitas, quæ quidem armis, ære, ferro, linteis, funibus canapinis, & nauali alia materia ad naues ædificandas, ſimul inſtruendas erant refertæ. Turcæ trepidis ſuorum nuntiis ex proximis locis exciti, ad littora, qua maxime flamma fundebatur, accurrunt, ſimul vt incendium reſtinguerent, ſimul vt abreptas naues, ſi poſſent, hoſti eriperent. Itaque in ducentos circiter Chriſtianos, qui aut præda occupati, nondum naues repetierant, aut armis graues, nandiue ignari, ſeſe vndę credere auſi non ſunt, impetu facto partim trucidarunt, partim viuos cæperunt, Venetis extra iactum teli littore ſubmotis atque inſpectantibus. Imperator Venetus triduo per Ambraicum ſinum vagatus, magno cum periculo per fauces euaſit. Etenim è caſtellis in faucibus ipſius ſinus vtroque ex latere poſitis, ingenti tormentorum vi, eſt petitus. omnes tamen naues, pręter vnam Dalmaticam fortunæ beneficio integras inde eduxit. Quæ quidem & ipſa haud eo loci percuſſa fuit, vt aut ita vndam acciperet, vt peſſum iret, aut difficulter refici poſſet: Egreſſus ſinu Ambracio Venetus Imperator oppidum in Leucadiæ littoris peninſula ſitum (locus eſt ope-

eſt opere accolarum à continenti nunc abſciſſus, vulgoque ſanctam Mariam vocant) adoritur, atque haud magno certamine expugnat, claſſicis recenti naualium ac ſociorum nece irritatis. Leucade præſidio impoſito, ad Aulonem & Æantem fluuium, vt hoſtiles naues his in locis ædificatas incenderet, eſt profectus: lætis omnibus vtpote Leucadiæ ineſcatis expugnatione. Vbi cum ad ſexcentos ex claſſiariis, duce his minime idoneo dato, ſenatorii ordinis viro, expoſuiſſet, partimque pedeſtri itinere Aulonē ire, partim lembis, ac maioribus onerariarum nauium ſcaphis impoſitos fluuium ingredi, ignemq; in Turcaicas naues, quę plurimæ in amnem deductæ erant, coniici iuſſiſſet, ab hoſte in inſidiis latēte excepti ſunt, atq; ad vnum omnes fere aut cæſi, aut capti, præter paucos vnius ſcaphæ, nauales ſocios; qui notitia fluuialis aluei, ſimulq; audacia repugnandi, hoſtibus ripas fluuii obſidentibus, magna cum laude effugerunt. nam huius hoſtis manus, tunc effugiſſe, apud Venetos, decus maximum erat, vtpote quos Turcæ prædam verius quam hoſtem exiſtimabant; reliqui primo Turcarum irruentium aſpectu conterriti arma proiicientes, ſeſeque ſupplices dedentes, veluti pecora ab immani hoſte trucidati ſunt. Dux tamen cum Scriba & duobus patritiis, pauciſque honeſtis viris, ab Aulonis præfecto Muſtapha Iuriſio vinctus ad regem eſt miſſus, quo ex talium virorum captiuitate, præfecti victoria apud regem eſſet illuſtrior. multum enim Turcæ natiuæ feritatis interdum obliti, gloriæ tribuere ſolent. Per idem fere tempus, trecenti circiter Dalmatæ, Hungaricæ ditionis equites, adiunctis ſibi totidem Albaneſiis, Venetorum mercenariis equitibus, quum ipſorum Venetorum inſtinctu, tum ſpe prædæ, neglecta induciarum fide (erant enim inter Hungaros & Turcas id temporis induciæ) proximos Turcarum fines, circa Naronem amnem adorti ſunt. Qui quidem dum ingentē hominum pecorumq; prędam ſecuri hoſtium abducunt, ab agreſtibus, quorū vis magna, dolore amiſſarum rerum è proximis locis in p̄dones excita fuerat, admixtis paucis Turcis equitibus, haud parua ex parte, in locis iniquis circumuenti ſunt, partimque cæſi partimque viui capti ſunt; in quibus quindecim ferme inſignes nobilitate Dalmatæ equites, cum ducentis obſcurioribus viris deſiderati ſunt, meritaſque dediſſe pœnas viſi: cum negligentia ac ſecuritate ſua, tum induciarum fide violata. Cæterum, quantum cladis in ea parte Dalmatiæ, quæ ad occidentem ſolem vergit, Veneto-

Imperator nauium Venetarum ad Auloně & Æantě fluuios contendit.

Dd neto-

Lyſſum qualeſit oppidum.

netorum mercenarius miles accepit, tantundem fere ad Lyſſum oppidum hoſti, duce Alexandro Albaneſio redditum eſt. Eſt autem Lyſſum oppidum aliquot ante annis Turcarum metu, qui illas incolunt regiones, à continenti atq; antiquis ſedibus, in Inſulam quam mare littori obiectum, & Drimon amnis duobus oſtiis in ſalum effluens efficit, ab ipſis ciuibus nequicquam plane traditum. nam Scodra à Turcis de Venetis capta, Lyſſum quoque barbarorum iugum haud quaquam effugit: quanquam ante bellum, quod nunc Turcæ cum Venetis gerunt, tributarium magis barbaris quam in eorum erat ditione. Hoc autem bello exorto eius oppidi ciues, Turcarum auerſati tyrannidem, ſeſe Venetis tradiderunt, quum Chriſtianorum claſſe, ac maritimis auxiliis freti, tum inſita Albaneſiis temeritate, atq; in Turcas odio. Porro hæc loca licet Illyricæ ſint regionis, tamen magna ex parte ab his, quos vulgo Albaneſios vocant, incolūtur. Veneti permunito Lyſſo, præſidioq; firmato, ſtatuūt à Cathareno atq; Antibarenſi agro, honoratioribus ſociis magis cōſulentes, prædones Turcas eo auertere. His enim maxime ciuitatibus Scodra excurrentes, agroſque vaſtantes, permoleſti erant. Itaque quum hæc cura Venetorum animos haberet, Albaneſios, qui eum tractum incolebant, Lyſſi defectione haud parum erectos, ſibi conciliant. Verum dux rei incipiendæ idoneus deerat: qui profecto ſi minus opibus rem eorum iuuare poſſet, nulla tunc aut admodum tenui Albaneſiorum fortuna, propter principum tum exilium, tum interitum: at ſaltem nominis claritudine, ac familiæ dignitate, & ſuis ſpem daret & hoſtibus non eſſet contemnendus. Nemo igitur ad hoc aptior viſus, quam is, qui ex eius gentis regulo eſſet progenitus. Itaque Veneti adoleſcentem quendam Alexandrum nomine, ad ſe, è regno Neapolitano, vbi id temporis, cum patre in quodā Calábriæ oppidulo, eorum victui à rege Ferdinādo attributo, degebat, accerſunt: mox cum duabus triremibus Lyſſum deuehunt. Quem quidem populares magna exceptum lætitia, ſibi ducem cōſtituunt. Hic eſt eius Alexandri ex filio nepos, quem Turcæ patria voce Schenderbegum vocarunt: quique ob inſignem rei militaris peritiam, ac animi magnitudinem, Turcis ingenti extitit terrori: nam patrum noſtrorum ætate multa plures annos cum Turcis bella, varia fortuna, geſſit; dum hoſtes regno ſuo arcet: ac de[illegible] conſcientia egregia patriæ, quoad vi[illegible]ſæ interiit, ſa[illegible]eneno imbuta,

buta, opera quidem cuiuſdam ex ſuis, fraude vero ac conſilio, vt fama obtinuit, Venetorum dum caſtellum, quod incolæ Craiam dicunt, eorum cuſtodiæ aliquando creditum repetit. Albaneſii igitur talem ducem nacti, tandem non dubitant Turcis hoſtes propalam fieri, fineſque eorum vltro incurſare. Qua quidem re motus Pheris Eunuchus, Scodrenſis prouinciæ præfectus, ad ſexingentos equites, vt hoſtium conatibus obuiam iret, contraxit; quos inter multi etiam Græci ritus Chriſtiani Turcaicæ ditionis fuere, Pheridem ſecuti haud quidem voluntate, ſed imperio (vt mox in concurſu ſatis patuit) coacti. Hac manu bifariam diuiſa, Pheris in agrum Lyſſanum contendit. cum altera enim equitũ parte cis amnem ipſe inceſſit, alteram Drilonem traiicere, ac propter vlteriorem eius ripã progredi iuſſit, ignarus in quã fluminis regionem Albaneſii cũ Lyſſanis tunc eſſent, prædatum egreſſuri. Itaq; Turcæ nõ procul ab oppido occulti, vt ipſi arbitrabantur, in vtraq; fluminis ripa denſis arborib. obſita, conſederunt; eo conſilio, vt Chriſtianos aut oppido ex cõſuetudine prędatũ egreſſos inuaderent, aut his abſentibus amnem vado tranſirent, inſulamq; in qua oppidum exædificatũ demõſtrauimus, vacuã defenſorib. vna cũ oppido occuparent. Oppidani à Chriſtianis, quos cum Turcis hanc in expeditionem profectos diximus, per occultos nũtios edocti, quẽadmodum Turcarum copiæ eſſent diuiſæ, quidve inſuper hoſtes molirẽtur (nempe ſicut eadẽ religio hominũ animos valde cõiungit, ita pleriſq; mortalib. qui inter ſe ſacris differunt, perinde ac inter diuerſi generis bruta animalia mutuũ ſolet eſſe odium) totas vires ſuas aduerſus eã hoſtilis exercitus partẽ conuertũt, à qua ducẽ abeſſe cognouerãt. Relictis igitur paucis ad cuſtodiã loci, amnẽ traiiciunt, atq; ad hoſtes alacres vadunt. Turcæ, vt quib. Albaneſiorũ ferox ingeniũ ſemp formidoloſum fuit, cõſpicati Chriſtianos plures numero, q̃ exiſtimauerãt, incerti quid ageretur, quieti aliquãdiu ſtetere, incerta voluêre cõſilia; metus enim fugã, pudor manũ cõſerere ſuadebat. Albaneſii vero rati, vt erat, Turcas metu perculſos, hoſtiliq; formidine abutentes, eos ex aduerſo ingenti clamore ſublato inuadũt. quos quidẽ quieſcentib. Chriſtianis, qui cũ ipſis Turcis aduenerãt, primo ferme cõgreſſu in fugã cõiectos, magna ex parte trucidarunt: equiſq; atq; armis haud paruo reguli emolumneto ſpoliarunt; vtpote qui nulla ferme re ad talem expeditionem neceſſaria [illegible]us, Lyſſum acceſſerat: maior victoria ex cæde quam capti-

Pheris Eunuchus prouinciæ Scodrenſis præfectus.

Drinonem & Drilonē non eundē eſſe fluuiū.

uitate hoſtium fuit. Quinquaginta tantum ex Turcis viui Lyſſum adducti, cæteri partim interfecti, partim fuga elapſi. Pheris cognita ſuorum aduerſa pugna quos trans Drinonem miſſos docuimus, ne vbi forte in hoſtes, non modo victoria, ſed & ingenio feroces incideret, Scodram cum reliquo exercitu rediit. Et quia ſatius viſum eſt, rem conſilio cum Albaneſiis, quam armis gerere, dedit operam, vt Alexandrum Scenderbegi nepotem, ſibi conciliaret. Itaque cum apud ſe multos Albaneſios haberet, linguæ commercio per occulta colloquia, ingentibus promiſſis, iuuenem genere nobilem, auique gloria illuſtrem, nullis apud Chriſtianos præditum fortunis, ætate fluxum, atq; præſentis tædio fortunæ, in oblatam ſpem flecti promptum, non modo Venetis ademit, ſed etiam ſibi eo facilius aſſumpſit, quia ſatis conſtabat illum de Venetis ſatis conqueri, atque ferre ægerrime, quod ſe ob ſua in eos merita proque opera ab ſe proximo prælio nauata, nullis decoraſſent donis. Et profecto Chriſtianæ nobilitati ſatis perſuaſum eſt; Venetos opera nobilium in bello neceſſitate magis, quam voluntate vti; virtutem vero eorum, quia mercaturæ dediti, arma per ſe non exercent, ſemper ſuſpectam habere. Cæterum, quoniam de Drinone fluuio meminimus, de quo noſtræ ætatis homines ambigunt, an idem ſit cum eo amne, quem Plinius Drilonem vocat, viſum eſt haud abſurdum, paululum excedere, ad demonſtrandum hunc amnem, & Drilonem, quem vulgo Boianam dicunt, eundem non eſſe. quamuis Hermolaus Barbarus Venetus in Plinianis caſtigationibus, eundem eſſe velit, deceptus tum vocabuli ſimilitudine, tum quia apud veteres ſcriptores Boianæ nomen nuſquam extat. Et Plinius forſan, quia de Drinone nullam mentionem facit, hos duos proculdubio amnes vnum eſſe putauit, hac maxime ni fallor cauſa lapſus, quod hi duo amnes non procul à Scodra oppido inter ſe coire pene videntur, vtpote qui ibi haud magno terræ ſpatio dum Drinon Scodrenſem agrum præterfluit, dirimantur: atque inde veluti ex eodem fonte bifariam effuſi, mox magno interuallo diſiuncti, Adriatico mari vterque accipitur. Vnde diuerſos eſſe amnes, nec vſque commiſceri ex hoc etiam ſatis conſtat, propterea quod Drinon in monte Scardo, qui Dalmatiam à Dardanis diſterminat, exoritur: quibuſdam ignobilibus amnibus acceptis, per confinia Illyrici, ac Macedoniæ fluit, duobuſque oſtiis in mare euolutus, Inſulam, in qua Lyſſum oppidum noſtra ætate, vt

ſupra diximus, ædificatum eſt, efficit. Drilo vero, cui Slaueni à peſtilenti eius aura, Boianę nomen indiderunt, è lacu effluens, Lygniſtri, ad quem Doclea inſignis ciuium Romanorum vrbs extitit, qua is radices montis ſubit, in quo Scodra oppidum ſitum eſt, atque eodē alueo, per decem & octo millia paſſuum labens (tantum enim ſpatii, quod & Plinius affirmat, ea vrbs à mari diſtat) in pelagus haud procul Olchinio effunditur. Sed neque eius regionis incolis aſſentior, qui lacum ex quo Drilo, ſeu Boiana emittitur, poſt Sclauenorum in Illyricum irruptionem (ea eſt Dacica Gottorum gens, vt alio loco demonſtrauimus) crebris terræ motibus ſolo ſuapte natura humente, & pluribus diſtincto fontibus, erupiſſe tradunt, dum validior terræ concuſſio, aquarum vltro etiam emanantium, laxiores efficit venas. Ipſum inſuper montem Adrium, qui dorſo mediam ſecat Dalmatiam, multis in locis ingenti proruiſſe lapſu arbitrantur, & largiores è radicibus effudiſſe riuos. è quibus ſane Maracius in iuſtum pene auctus fluuium eo ipſo accipitur lacu, qua Docleæ (quam & ipſam erumpentibus ſubito aquis abſorptam eſſe credunt) veſtigia ac ruinę, marmoreaque monumenta ſub aquis viſuntur. Ego autem Doclcę excidium in aquas, terræ motu exortas, haudquaquam contulerim, ſed potius in Gottos, Hungaros, Sclauenos, Saracenos. quæ quidem gentes non modo Docleam, ſed & Salonas clariſſimam Dalmatię vrbem, multasque alias Illyrici non ignobiles latinas colonias fractis Romanis opibus deleuere. Huius præterea tempeſtatis acerbitas Epidaurum quoque euertit: vnde quædam antiquæ familię, à Romanis ciuibus originem ducentes, cremata patria, ad munitiorem locum commigrauere: in quo haud multis poſt annis Polymirum Belum Slauenorum regem, Roma vbi aliquamdiu exulauerat, in Illyricum à principibus regionum accitum, vrbem Rhacuſam condidiſſe ſupra demonſtrauimus. Et profecto vrbes quoq; ea lege ſtatuuntur, vt aliquando ęque ac cætera mortalium opera conſeneſcant, atque etiam intereant. quanquam vrbes ipſas reſtitui & reuiuiſcere interdum videmus. Iam Veneti diuturno bello defeſſi, de pace à Turcis petenda belloq; finiendo conſilia eo intentius voluere cępe- runt, quia & mercaturę eorum, vnde magna ex parte ſtipendiū militib. ſuppeditabant, neruiq; Venetę rei conſtabant, per bellū magnopere impediebantur: quæ res opes etiam illorū vehementer attriuerat: nec vllis fere Chriſtianorum regum auxiliis, præterquàm ſolo

Salona vrbs Dalmatia clariſſima.

 no-

Pax inter Venetos & Turcas, quibus conditionibus facta.

nomine, ac fama Hungaricę magnitudinis adiuuabantur. Ad hæc Italarum rerum ipſos à Turcis auertebat cura. Iam enim Lodouicus Aurelienſis duodecimus Francorum rex Italia Circumpadana atq; Mediolanenſi imperio occupato, diuiſerat cum Ferdinando Hiſp. rege, (vt ſupra diximus) regnum Neapolit. eiecto inde Friderico Alfonſi II. fratre. Quos ſane reges vel per ſe graues accolas, nedum immixtos Italiæ rebus, intolerandos fore exiſtimabant. Sed nec Turcæ, maxime qui honeſtioris fortunæ erant, bellum pace atq; ocio mutare recuſabant. Videbant n. damno magis, quam emolumento illis id bellum eſſe. nam prę terq̃ quod nullo ſtipendio à rege accepto, ſed ſuo ipſorũ ſumptu ac pecunia ex agrorum, quos precario poſſident, redditib. cõtracta ſemper militant, in ea expeditione nihil fere prædæ obueniebat, quũ nec Venetus terra, nec Turca mari bellator eſſet. Turcarum a. opes in mancipiis, cæterisq; rapinis magna ex parte conſiſtunt. Sed quia Veneti à Turcis contemptui habebantur, pacẽ per ſeſe petere, ne hoſtes ea re elati iniquas pacis conditiones ferrẽt, haudquaquam auſi ſunt. Itaq; agunt cum Hungaris, vt vulgatà noua militum conſcriptione territarent Turcas, ita tamen re in ſpeciem compoſita, vt Hungarum non minus pacis q̃ belli cupidum eſſe, appareret, eoq; modo tentarentur hoſtes an ad pacem animos verſos haberent. Quos cum ad quietiora conſilia, & arma deponẽda inclinatos animaduertiſſent, & ipſe non ſuo tantum nomine, ſed etiã perinde ac pacificator à Venetis adhibitus, ad pacẽ his conditionib. cõponendam Bazethem fere coegit. Vt Veneti deducto Leucade p̃ſidio oppidum Turcis redderent. Cephaleniam tamen Inſulam per bellum captam tenerent. Turca vero quidquid in continenti de Venetis cepiſſet, ſibi belli iure haberet, atq; eo die populandi vexandiq; Venetos tam terra q̃ mari finẽ faceret. Eodẽ fere tempore accidit Conſtantinopoli res mira, & rari exempli, atq; ob id literis mandanda, quæq; maxime argumento eſſet, verũ Dei cultum cœlitus infundi, purgatamq; vitiis mentem illuſtrari, ac in diuinitatis cognitionẽ induci. Turca q̃dam ex eo ſacerdotũ genere, quos Machometani Talyſmanos vocãt, literis Arabicis, quib. omnes Machometani vtuntur, ſatis imbutus quolibet 8. die, quos antiquitas Veneri attribuit, vti Machometanis mos eſt, templũ Sophię ſacra facturus ingrediebatur: id a. templũ Chriſto, qui Dei ſapiẽtia eſt, à magno Iuſtinian. erectũ, Machometes Bazethis pater capta Cõſtãtinop. Machometanis ſacris dedicauerat, qui cum eſſet inter ſacerdotes eruditione

Thalyſmanus ad Chriſtum conuerſus iuſſu regis Turcarum necatur.

ſimul & vitæ integritate inſignis, non modo à plebe, ſed etiam à rege ipſo, dũ doceret populum, attentiſſ. audiebatur, omneſq; mirum in modũ concionib. ſuis tenebat. Tandẽ cum in templũ leges Machometanas, de more populo rege pſente, interpretatur, ꝓiecto per cõtemptũ codice, quem Turcæ Alcoranum. i. præceptorum collectionẽ vocant, conuerſuſq; ad ipſum regẽ, diuinitus ꝓculdubio mente monita, inquit, miror te rex, quũ ſis vir ſapiens, nondũ deprehẽdiſſe Machometanę hęreſis vanitatẽ, ac quendã verſuti autoris aſtũ in ſua ſecta conſtituenda, vtpote q̃ nihil in ſe diuini, aut q ad veram hominum beatitudinẽ ptinet, habeat. Quippe Machometes terrena tantũ ac corporea ſapiens, nec viuis verũ iter ad fęlicitatẽ oſtendit: & vita functis cõmunem cũ beſtiis beatitudinem pollicetur. Atq; quum videret vir callidus Chriſti religionẽ ad animi puritatem, veritatiſq; contemplationẽ omni ex parte conſtitutã eſſe, tãtiſq; miraculis fulciri; vi & voluptate propoſita, duob. ſane efficaciſſ. humanis affectib. ſectam ſuam munire ac tueri pcepit. Quare ſcito ſolam Chriſtianam religionẽ veram cẽſendam, & Chriſtum, vt ipſe recte affirmat, viam, veritatẽ & vitam eſſe. Quod vbi Thalyſmanus dixit, extemplo rex, vt erat patriæ religioni deditus, hominẽ comprehendi, atq; in foribus templi crudeliſſ. necari iuſſit, denuntiauitq; rem ſilentio tegi, graui pœna propoſita, ſi quis efferret. Verũ id cęlari Deus haudquaq̃ permiſit. Nam quidã Turca Illyricæ nationis, eiuſdẽ gentis Chriſtiano homini omnia, vt geſta erant, narrauit. quæ cum multorum affirmatione vera eſſe cognouiſſem, huic hiſtoriæ inſerenda cenſui. Regno Neapolit. inter Gallũ & Hiſpanũ (vt dictum eſt) diuiſo, haud ita multo poſt inter ipſos oritur diſcordia: quandoquidem & regnum ſocietatem non admittit, & poſſeſſio iniuſte ac per latrociniũ parta haudquaq̃ ſit diuturna: licet ſæpe videamus reges etiam malis artibus factos, iiſdem regna gerentes, occulta Dei voluntate valde florere: nec mirum, cum nihil apud Deum præter virtutem in bonis numeretur. Itaq; rupto fœdere, quo patrium Friderico regnum ablatũ erat, ferro decernere incipiũt, vter regum iuſtior Neapoli. regni eſſet poſſeſſor. Vbi ad arma ventum eſt, intra vnius ferme menſis ſpatium Hiſpanis in oppidum maritimum Apuliæ (Barlethum incolæ vocant) haud memorabili prælio compulſis, regnum Galli occuparunt. Erat Hiſpanis dux Conſaluus Adigarius, ſicut pacis artibus vir inſignis, ita omni belli laude digniſſ. quem ſupra diximus Cephaleniam de

Turcis

Diſcordia inter Gallũ & Hiſpanum reges.

Turcis cepiſſe. Qui cum vidiſſet Italos Francis conciliari, iamq; in eorum ditionem totum regnum conceſſiſſe, ſtatuit quoad Galli ſimul incolarum fauore, ſimul ſuis ipſorum viribus florerent, certamine ſuperſedere, nec manum cum his conſerere: verum cunctatione atque mora eos eludere, ſatis gnarus, & Gallorum vim breui ſeneſcere ſolere, & regni Neapolitani incolas, vt cæteros quoque huius ætatis Italos, fidem paruo momento mutare. Itaq; commeatu Barlethum comparato, cum omnibus ſuis, quos inter quidam Columnenſes equites, viri, vt nunc eſt Italorum virtus, ſatis ſtrenui ſe in oppido obſidendum permiſit, atq; eo tandem inopiæ deuenit, vt in ſola fuga ſpem omnem ſalutis collocaret. Iamq; naues, Hiſpanos aucturæ, paratæ erant, quum Veneti, nullo ſocialis fidei reſpectu (erant enim cum Gallo rege tunc fœdere iuncti) aduerſus Francos clam mittunt nauibus ad Conſaluum cum commeatu, ac ſtipendio ſexingentos circiter Heluetios milites (quos hęc ętas Suizaros appellat) rati Venetæ reip. haud expedire, Gallos ad Mediolanenſe imperium, Neapolitanum regnum ſibi adiungere. Conſaluus hoc auxilio à Venetis adiutus abiecto fugæ conſilio, cępit crebris ex oppido eruptionibus Gallos indies magis magisque vexare, nec tamẽ ad aleam totius pugnæ deſcendere; verum vbi paululum procurriſſet, ſtatim in oppidum refugere, & quo magis hoſtium negligentia creſceret, metum & diffidiam ſimulare. At Galli inſitam eorum ſocordiam proſpera fortuna fouente, in dies negligentiores, atque ab ſecundis rebus, vt fit, magis ſolito incautiores eſſe: ac veluti ipſi obſeſſi fame macerarentur, non autem hoſtes clauſos obſiderent, labores detrectare, moram ac dilationem certaminis ægre ferre, in caſum vniuerſę pugnę obſidionis tædio Hiſpanos prouocare: hoſtium enim noua auxilia à Venetis (vt dictum eſt) ſubmiſſa ignorabant: nec conſilium Hiſpani ducis animaduertebant. Qui quidem, quod viribus deerat, id fraude ſupplendum ratus, quum aliquamdiu metum ſimulaſſet, tandem oſtendit ſe valde cupidum dimicandi; verum edicto regis ſui prohiberi, affirmans inter Hiſpanum & Gallum reges inducias eſſe, pacemq; componi. Et re vera ſub hoc ipſum tempus hi reges de pace inter ſe firmanda per inducias agebant. Itaq; Conſaluus vir cæteris egregius, religione induciarum per diſſimulationem ſpreta, qua ſcilicet citra famę iacturam ſe hoſtib. impoſiturum putauit, quia nondum inducias inter reges pactas nuntii propalam

attu-

attulerant, ſignum pugnæ proponit. Francosq; in agro Cetignolano decem & 8000. paſſuum procul à Berletho agentes propter ſpem proximam pacis, certaminis ſecuros, atq; ob id ad prœliũ imparatos (credebãt n. inducias eſſe) aggreditur. Galli re improuiſa perculſi, primo trepidare, mox collecto animo aciẽ inſtruunt, atq; in hoſtem ex aduerſo venientem, impetũ faciunt, primoq; congreſſu turbatum loco mouent Hiſpanũ. Sed quia Deus regnum Neapolitanum Hiſpanis deſtinauerat, dux Francorum dum in primam aciem equo prouectus Gallos ad pugnam hortatur (nam Conſaluus iam ſuos terga dantes ac fugam ſpectantes reuocauerat) tormento forte ab hoſtib. miſſo ictus cecidit; cuius caſu Galli perturbati terga hoſti confeſtim vertunt, ac fœda fuga diſſipantur, eadem facilitate qua regnũ Neapolit. ceperant, amiſerunt. Nulla n. fere gens eſt, quæ minore animo aduerſa ferat: celerioriue deſperatione victoriam hoſti cõcedat. vnde quum quidã Illyricus eques (Barlethum n. à Slauenis Illyrica gente haud parua ex parte incolitur) Gallis equitib. fugientibus obuiam eſſet factus, atq. vnũ ex his vna congreſſus, ictu lanceæ equo deieciſſet, duo quoq; reliqui ſtatim infracto animo ſeſe vincendos Slaueno præbuerunt, quos magna omnium admiratione præ ſe agẽs Barlethum cõpulit. Conſaluus ſtatim ab ipſa pugna cum victore milite Neapolim eo lætior petit, quo paulo ante propior periculo fuerat, vrbemq;, q̃q̃ in Gallos inclinatiorem, voluntate ciuium, lætisq; populi dolorem diſſimulantis, acclamationib. ingreſſus eſt. Vultus n. & vox humana, vel quũ maxime animo diſpares ſunt, ſeruire poſſunt. Intra paucos dies arx quoq; Neapolitana capta, muris eius, qua aditum Hiſpani moliti ſunt, cuniculo puluere accenſibili repleto, atq; incenſo dirutis. Quod vbi Francorum Rex Lodou. Aurelienſis accepit, accuſata Hiſpanorum fraude, ſuorum ignauia, exercitum in Circumpadana Italia reparare conſtituit. quo celeriter confecto, regnum Neapolitanum repeti iubet, creato exercitus duce Franciſco Gonzaga Principe Mantuano. Iam Francorum copiæ fines regni Neapolitani ingreſſę ad Lyrim peruenerant, ponteq; amnem Franci iungebant, quum Conſaluus, cum modica quidem ſuorum manu, ſed duro in armis milite eo acceſſit, tranſitu hoſtem prohibiturus. Cæterum, effecto opere Hiſpanis nequicquam obſtantibus, atq; ad vtramq; partem pontis caſtellis, cum præſidio impoſitis, Galli partẽ copiarum crebro traducebant, ac leuia certamina cum hoſtibus, va-

Galli aduerſa ferre non ſuſtinentes, hoſti victoriã concedunt.

Diſcordia principum Chriſtianorum inteſtina quam noxia reipublicæ ſit.

amicitia vna iungantur: ſed ſemper bellum gerant, mutuiſque inter ſe odiis continenter digladientur. Quas equidem preces vereor ne Deus noſtris ſceleribus irritatus, eo magis exaudiat, quia *nemo iam Chriſtianorum principum, ne ipſe quidem Rom. Pont quicquam ſalutare in medium conſulit. Quiſque regum deſerto publico bono, ſuis rationibus ſeruit. Inde cauendis atq; ſtruendis inuicem inſidiis per metum ſuſpicionemque, teritur tempus.* Quo profecto furore non modo noſtræ occaſioni deſumus, ſed etiam ſuam communibus hoſtibus oppugnandi nos damus occaſionem. Sed de hoc latius alias dicemus, cum huiuſce querela in commodiorem inciderit locum. Venetis (qui quidem vulgi ritu, ſicut vel paruo compendio immodice efferri, ita minimo è contrario detrimento, vehementer angi ſolent) amiſſa Methone ingens mœror inceſſit. Simul his cura iniectá, ne hoſtis eo magis ſe contemneret, quod à cæteris Chriſtianis, nullis omnino auxiliis ſubleuarentur. Itaque Venetus claſſem Imperator, quo Turcis oſtenderet, Venetos neque aduerſis rebus infringi, & per ſeſe abſque vllo, etiam externo auxilio, poſſe hoſtes bello vrgere, cum decem longis nauibus Ambracii ſinus fauces de improuiſo irrumpit, vbi cum tredecim tantum hoſtiles triremes armis hominibuſque vacuas, littori alligatas nactus eſſet, eas omnes abduxit, iniecto igni in tabernas littori appoſitas, quæ quidem armis, ære, ferro, linteis, funibus canapinis, & nauali alia materia ad naues ædificandas, ſimul inſtruendas erant refertæ. Turcæ trepidis ſuorum nuntiis ex proximis locis exciti, ad littora, qua maxime flamma fundebatur, accurrunt, ſimul vt incendium reſtinguerent, ſimul vt abreptas naues, ſi poſſent, hoſti eriperent. Itaque in ducentos circiter Chriſtianos, qui aut præda occupati, nondum naues repetierant, aut armis graues, nandiue ignari, ſeſe vndę credere auſi non ſunt, impetu facto partim trucidarunt, partim viuos cæperunt, Venetis extra iactum teli littore ſubmotis atque inſpectantibus. Imperator Venetus triduo per Ambraicum ſinum vagatus, magno cum periculo per fauces euaſit. Etenim è caſtellis in faucibus ipſius ſinus vtroque ex latere poſitis, ingenti tormentorum vi, eſt petitus. omnes tamen naues, pręter vnam Dalmaticam fortunæ beneficio integras inde eduxit. Quæ quidem & ipſa haud eo loci percuſſa fuit, vt aut ita vndam acciperet, vt peſſum iret, aut difficulter refici poſſet: Egreſſus ſinu Ambracio Venetus Imperator oppidum in Leucadii littoris peninſula ſitum (locus eſt ope-

eſt opere accolarum à continenti nunc abſciſſus, vulgoque ſanctam Mariam vocant) adoritur, atque haud magno certamine expugnat, claſſicis recenti naualium ac ſociorum nece irritatis. Leucade præſidio impoſito, ad Aulonem & Æantem fluuium, vt hoſtiles naues his in locis ædificatas incenderet, eſt profectus: lætis omnibus vtpote Leucadiæ inescatis expugnatione. Vbi cum ad ſexcentos ex claſſiariis, duce his minime idoneo dato, ſenatorii ordinis viro, expoſuiſſet, partimque pedeſtri itinere Aulonẽ ire, partim lembis, ac maioribus onerariarum nauium ſcaphis impoſitos fluuium ingredi, ignemq; in Turcaicas naues, quę plurimæ in amnem deductæ erant, coniici iuſſiſſet, ab hoſte in inſidiis latẽte excepti ſunt, atq; ad vnum omnes fere aut cæſi, aut capti, præter paucos vnius ſcaphæ, nauales ſocios; qui notitia fluuialis aluei, ſimulq; audacia repugnandi, hoſtibus ripas fluuii obſidentibus, magna cum laude effugerunt. nam huius hoſtis manus, tunc effugiſſe, apud Venetos, decus maximum erat, vtpote quos Turcæ prædam verius quam hoſtem exiſtimabant; reliqui primo Turcarum irruentium aſpectu conterriti arma proiicientes, ſeſeque ſupplices dedentes, veluti pecora ab immani hoſte trucidati ſunt. Dux tamen cum Scriba & duobus patritiis, pauciſque honeſtis viris, ab Aulonis præfecto Muſtapha Iuriſio vinctus ad regem eſt miſſus, quo ex talium virorum captiuitate, præfecti victoria apud regem eſſet illuſtrior. multum enim Turcæ natiuæ feritatis interdum obliti, gloriæ tribuere ſolent. Per idem fere tempus, trecenti circiter Dalmatæ, Hungaricæ ditionis equites, adiunctis ſibi totidem Albaneſiis, Venetorum mercenariis equitibus, quum ipſorum Venetorum inſtinctu, tum ſpe prædæ, neglecta induciarum fide (erant enim inter Hungaros & Turcas id temporis induciæ) proximos Turcarum fines, circa Naronem amnem adorti ſunt. Qui quidem dum ingentẽ hominum pecorumq; prędam ſecuri hoſtium abducunt, ab agreſtibus, quorũ vis magna, dolore amiſſarum rerum è proximis locis in p̄dones excita fuerat, admixtis paucis Turcis equitibus, haud parua ex parte, in locis iniquis circumuenti ſunt, partimque cæſi partimque viui capti ſunt; in quibus quindecim ferme inſignes nobilitate Dalmatæ equites, cum ducentis obſcurioribus viris deſiderati ſunt, meritaſque dediſſe pœnas viſi: cum negligentia ac ſecuritate ſua, tum induciarum fide violata. Cæterum, quantum cladis in ea parte Dalmatiæ, quæ ad occidentem ſolem vergit, Ve-

Imperator nauium Venetarum ad Aulonẽ & Æantẽ fluuios contendit.

Lyſſum quale ſit oppidum.

netorum mercenarius miles accepit, tantundem fere ad Lyſſum oppidum hoſti, duce Alexandro Albaneſio redditum eſt. Eſt autem Lyſſum oppidum aliquot ante annis Turcarum metu, qui illas incolunt regiones, à continenti atq; antiquis ſedibus, in Inſulam quam mare littori obiectum, & Drimon amnis duobus oſtiis in ſalum effluens efficit, ab ipſis ciuibus nequicquam plane traditum. nam Scodra à Turcis de Venetis capta, Lyſſum quoque barbarorum iugum haud quaquam effugit: quanquam ante bellum, quod nunc Turcæ cum Venetis gerunt, tributarium magis barbaris quam in eorum erat ditione. Hoc autem bello exorto eius oppidi ciues, Turcarum auerſati tyrannidem, ſeſe Venetis tradiderunt, quum Chriſtianorum claſſe, ac maritimis auxiliis freti, tum inſita Albaneſiis temeritate, atq; in Turcas odio. Porro hæc loca licet Illyricæ ſint regionis, tamen magna ex parte ab his, quos vulgo Albaneſios vocant, incolũtur. Veneti permunito Lyſſo, præſidioq; firmato, ſtatuũt à Cathareno atq; Antibarenſi agro, honoratioribus ſociis magis cõſulentes, prædones Turcas eo auertere. His enim maxime ciuitatibus Scodra excurrentes, agroſque vaſtantes, permoleſti erant. Itaque quum hæc cura Venetorum animos haberet, Albaneſios, qui eum tractum incolebant, Lyſſi defectione haud parum erectos, ſibi conciliant. Verum dux rei incipiendæ idoneus deerat: qui profecto ſi minus opibus rem eorum iuuare poſſet, nulla tunc aut admodum tenui Albaneſiorum fortuna, propter principum tum exilium, tum interitum: at ſaltem nominis claritudine, ac familiæ dignitate, & ſuis ſpem daret & hoſtibus non eſſet contemnendus. Nemo igitur ad hoc aptior viſus, quam is, qui ex eius gentis regulo eſſet progenitus. Itaque Veneti adoleſcentem quendam Alexandrum nomine, ad ſe, è regno Neapolitano, vbi id temporis, cum patre in quodã Calábriæ oppidulo, eorum victui à rege Ferdinãdo attributo, degebat, accerſunt: mox cum duabus triremibus Lyſſum deuehunt. Quem quidem populares magna exceptum lætitia, ſibi ducem cõſtituunt. Hic eſt eius Alexandri ex filio nepos, quem Turcæ patria voce Schenderbegum vocarunt: quique ob inſignem rei militaris peritiam, ac animi magnitudinem, Turcis ingenti extitit terrori: nam patrum noſtrorum ætate multa plures annos cum Turcis bella, varia fortuna, geſſit; dum hoſtes regno ſuo arcet: ac demum conſcientia egregia patriæ, quoad vixit defenſæ interiit, ſagitta ictus veneno imbuta,

buta, opera quidem cuiuſdam ex ſuis, fraude vero ac conſilio, vt fama obtinuit, Venetorum dum caſtellum, quod incolæ Craiam dicunt, eorum cuſtodiæ aliquando creditum repetit. Albaneſii igitur talem ducem nacti, tandem non dubitant Turcis hoſtes propalam fieri, fineſque eorum vltro incurſare. Qua quidem re motus Pheris Eunuchus, Scodrenſis prouinciæ præfectus, ad ſexingentos equites, vt hoſtium conatibus obuiam iret, contraxit; quos inter multi etiam Græci ritus Chriſtiani Turcaicæ ditionis fuere, Pheridem ſecuti haud quidem voluntate, ſed imperio (vt mox in concurſu ſatis patuit) coacti. Hac manu bifariam diuiſa, Pheris in agrum Lyſſanum contendit. cum altera enim equitũ parte cis amnem ipſe inceſſit, alteram Drilonem traiicere, ac propter vlteriorem eius ripã progredi iuſſit, ignarus in quã fluminis regionem Albaneſii cũ Lyſſanis tunc eſſent, prædatum egreſſuri. Itaq; Turcæ nõ procul ab oppido occulti, vt ipſi arbitrabantur, in vtraq; fluminis ripa denſis arborib. obſita, conſederunt; eo conſilio, vt Chriſtianos aut oppido ex cõſuetudine prędatũ egreſſos inuaderent, aut his abſentibus amnem vado tranſirent, inſulamq; in qua oppidum exædificatũ demõſtrauimus, vacuã defenſorib. vna cũ oppido occuparent. Oppidani à Chriſtianis, quos cum Turcis hanc in expeditionem profectos diximus, per occultos nũtios edocti, quẽadmodum Turcarum copiæ eſſent diuiſæ, quidve inſuper hoſtes molirẽtur (nempe ſicut eadẽ religio hominũ animos valde cõiungit, ita pleriſq; mortalib. qui inter ſe ſacris differunt, perinde ac inter diuerſi generis bruta animalia mutuũ ſolet eſſe odium) totas vires ſuas aduerſus eã hoſtilis exercitus partẽ conuertũt, à qua ducẽ abeſſe cognouerãt. Relictis igitur paucis ad cuſtodiã loci, amnẽ traiiciunt, atq; ad hoſtes alacres vadunt. Turcæ, vt quib. Albaneſiorũ ferox ingeniũ ſemp formidoloſum fuit, cõſpicati Chriſtianos plures numero, q̃ exiſtimauerãt, incerti quid ageretur, quieti aliquãdiu ſtetere, incerta voluêre cõſilia; metus enim fugã, pudor manũ cõſerere ſuadebat. Albaneſii vero rati, vt erat, Turcas metu perculſos, hoſtiliq; formidine abutentes, eos ex aduerſo ingenti clamore ſublato inuadũt. quos quidẽ quieſcentib. Chriſtianis, qui cũ ipſis Turcis aduenerãt, primo ferme cõgreſſu in fugã cõiectos, magna ex parte trucidarunt: equiſq; atq; armis haud paruo reguli emolumneto ſpoliarunt; vtpote qui nulla ferme re ad talem expeditionem neceſſaria inſtructus, Lyſſum acceſſerat: maior victoria ex cæde quam capti-

Pheris Eunuchus prouincia Scodrenſis præfectus.

Drinonem & Drilonẽ non eundẽ eſſe fluuiũ.

uitate hoſtium fuit. Quinquaginta tantum ex Turcis viui Lyſſum adducti, cæteri partim interfecti, partim fuga elapſi. Pheris cognita ſuorum aduerſa pugna quos trans Drinonem miſſos docuimus, ne vbi forte in hoſtes, non modo victoria, ſed & ingenio feroces incideret, Scodram cum reliquo exercitu rediit. Et quia ſatius viſum eſt, rem conſilio cum Albaneſiis, quam armis gerere, dedit operam, vt Alexandrum Scenderbegi nepotem, ſibi conciliaret. Itaque cum apud ſe multos Albaneſios haberet, linguæ commercio per occulta colloquia, ingentibus promiſſis, iuuenem genere nobilem, auique gloria illuſtrem, nullis apud Chriſtianos præditum fortunis, ætate fluxum, atq; præſentis tædio fortunæ, in oblatam ſpem flecti promptum, non modo Venetis ademit, ſed etiam ſibi eo facilius aſſumpſit, quia ſatis conſtabat illum de Venetis ſatis conqueri, atque ferre ægerrime, quod ſe ob ſua in eos merita proque opera ab ſe proximo prælio nauata, nullis decoraſſent donis. Et profecto Chriſtianæ nobilitati ſatis perſuaſum eſt; Venetos opera nobilium in bello neceſſitate magis, quam voluntate vti; virtutem vero eorum, quia mercaturæ dediti, arma per ſe non exercent, ſemper ſuſpectam habere. Cæterum, quoniam de Drinone fluuio meminimus, de quo noſtræ ætatis homines ambigunt, an idem ſit cum eo amne, quem Plinius Drilonem vocat, viſum eſt haud abſurdum, paululum excedere, ad demonſtrandum hunc amnem, & Drilonem, quem vulgo Boianam dicunt, eundem non eſſe. quamuis Hermolaus Barbarus Venetus in Plinianis caſtigationibus, eundem eſſe velit, deceptus tum vocabuli ſimilitudine, tum quia apud veteres ſcriptores Boianæ nomen nuſquam extat. Et Plinius forſan, quia de Drinone nullam mentionem facit, hos duos proculdubio amnes vnum eſſe putauit, hac maxime ni fallor cauſa lapſus, quod hi duo amnes non procul à Scodra oppido inter ſe coire pene videntur, vtpote qui ibi haud magno terræ ſpatio dum Drinon Scodrenſem agrum præterfluit, dirimantur: atque inde veluti ex eodem fonte bifariam effuſi, mox magno interuallo diſiuncti, Adriatico mari vterque accipitur. Vnde diuerſos eſſe amnes, nec vſque commiſceri ex hoc etiam ſatis conſtat, propterea quod Drinon in monte Scardo, qui Dalmatiam à Dardanis diſterminat, exoritur: quibuſdam ignobilibus amnibus acceptis, per confinia Illyrici, ac Macedoniæ fluit, duobuſque oſtiis in mare euolutus, Inſulam, in qua Lyſſum oppidum noſtra ætate, vt

ſupra

ſupra diximus, ædificatum eſt, efficit. Drilo vero, cui Slaueni à peſtilenti eius aura, Boianę nomen indiderunt, è lacu effluens, Lygniſtri, ad quem Doclea inſignis ciuium Romanorum vrbs extitit, qua is radices montis ſubit, in quo Scodra oppidum ſitum eſt, atque eodē alueo, per decem & octo millia paſſuum labens (tantum enim ſpatii, quod & Plinius affirmat, ea vrbs à mari diſtat) in pelagus haud procul Olchinio effunditur. Sed neque eius regionis incolis aſſentior, qui lacum ex quo Drilo, ſeu Boiana emittitur, poſt Sclauenorum in Illyricum irruptionem (ea eſt Dacica Gottorum gens, vt alio loco demonſtrauimus) crebris terræ motibus ſolo ſuapte natura humente, & pluribus diſtincto fontibus, erupiſſe tradunt, dum validior terræ concuſſio, aquarum vltro etiam emanantium, laxiores efficit venas. Ipſum inſuper montem Adrium, qui dorſo mediam ſecat Dalmatiam, multis in locis ingenti proruiſſe lapſu arbitrantur, & largiores è radicibus effudiſſe riuos. è quibus ſane Maracius in iuſtum pene auctus fluuium eo ipſo accipitur lacu, qua Docleæ (quam & ipſam erumpentibus ſubito aquis abſorptam eſſe credunt) veſtigia ac ruinę, marmoreaque monumenta ſub aquis viſuntur. Ego autem Docleę excidium in aquas, terræ motu exortas, haudquaquam contulerim, ſed potius in Gottos, Hungaros, Sclauenos, Saracenos. quæ quidem gentes non modo Docleam, ſed & Salonas clariſſimam Dalmatię vrbem, multasque alias Illyrici non ignobiles latinas colonias fractis Romanis opibus deleuere. Huius præterea tempeſtatis acerbitas Epidaurum quoque euertit: vnde quædam antiquæ familię, à Romanis ciuibus originem ducentes, cremata patria, ad munitiorem locum commigrauere: in quo haud multis poſt annis Polymirum Belum Slauenorum regem, Roma vbi aliquamdiu exulauerat, in Illyricum à principibus regionum accitum, vrbem Rhacuſam condidiſſe ſupra demonſtrauimus. Et profecto vrbes quoq; ea lege ſtatuuntur, vt aliquando ęque ac cætera mortalium opera conſeneſcant, atque etiam intereant. quanquam vrbes ipſas reſtitui & reuiuiſcere interdum videmus. Iam Veneti diuturno bello defeſſi, de pace à Turcis petenda belloq; finiendo conſilia eo intentius voluere cęperunt, quia & mercaturę eorum, vnde magna ex parte ſtipendiū militib. ſuppeditabant, neruiq; Venetę rei conſtabant, per bellū magnopere impediebantur: quæ res opes etiam illorū vehementer attriuerat: nec vllis fere Chriſtianorum regum auxiliis, præterquàm ſolo

Salona vrbs Dalmatiæ clariſſima.

Pax inter Venetos & Turcas, quibus conditionibus facta.

nomine, ac fama Hungaricę magnitudinis adiuuabantur. Ad hæc Italarum rerum ipſos à Turcis auertebat cura. Iam enim Lodouicus Aurelienſis duodecimus Francorum rex Italia Circumpadana atq; Mediolanenſi imperio occupato, diuiſerat cum Ferdinando Hiſp. rege, (vt ſupra diximus) regnum Neapolit. eiecto inde Friderico Alfonſi II. fratre. Quos ſane reges vel per ſe graues accolas, nedum immixtos Italiæ rebus, intolerandos fore exiſtimabant. Sed nec Turcæ, maxime qui honeſtioris fortunæ erant, bellum pace atq; ocio mutare recuſabant. Videbant n. damno magis, quam emolumento illis id bellum eſſe. nam preterq̃quod nullo ſtipendio à rege accepto, ſed ſuo ipſorũ ſumptu ac pecunia ex agrorum, quos precario poſſident, redditib. cõtracta ſemper militant, in ea expeditione nihil fere prædæ obueniebat, quũ nec Venetus terra, nec Turca mari bellator eſſet. Turcarum a. opes in mancipiis, cæterisq; rapinis magna ex parte conſiſtunt. Sed quia Veneti à Turcis contemptui habebantur, pacẽ per ſeſe petere, ne hoſtes ea re elati iniquas pacis conditiones ferrẽt, haudquaquam auſi ſunt. Itaq; agunt cum Hungaris, vt vulgatà noua militum conſcriptione territarent Turcas, ita tamen re in ſpeciem compoſita, vt Hungarum non minus pacis q̃ belli cupidum eſſe, appareret, eoq; modo tentarentur hoſtes an ad pacem animos verſos haberent. Quos cum ad quietiora conſilia, & arma deponẽda inclinatos animaduertiſſent, & ipſe non ſuo tantum nomine, ſed etiã perinde ac pacificator à Venetis adhibitus, ad pacẽ his conditionib. cõponendam Bazethem fere coegit. Vt Veneti deducto Leucade p̃ſidio oppidum Turcis redderent. Cephaleniam tamen Inſulam per bellum captam tenerent. Turca vero quidquid in continenti de Venetis cepiſſet, ſibi belli iure haberet, atq; eo die populandi vexandiq; Venetos tam terra q̃ mari finẽ faceret. Eodẽ fere tempore accidit Conſtantinopoli res mira, & rari exempli, atq; ob id literis mandanda, quæq; maxime argumento eſſet, verũ Dei cultum cœlitus infundi, purgatamq; vitiis mentem illuſtrari, ac in diuinitatis cognitionẽ induci. Turca q̃dam ex eo ſacerdotũ genere, quos Machometani Talyſmanos vocãt, literis Arabicis, quib. omnes Machometani vtuntur, ſatis imbutus quolibet 8. die, quos antiquitas Veneri attribuit, vti Machometanis mos eſt, templũ Sophię ſacra facturus ingrediebatur: id a. templũ Chriſto, qui Dei ſapiẽtia eſt, à magno Iuſtinian. erectũ, Machometes Bazethis pater capta Conſtãtinop. Machometanis ſacris dedicauerat, qui cum eſſet inter ſacerdotes eruditione

ſimul & vitæ integritate inſignis, non modo à plebe, ſed etiam à rege ipſo, dū doceret populum, attentiſſ. audiebatur, omnesq; mirum in modū concionib. ſuis tenebat. Tandē cum in templū leges Machometanas, de more populo rege p̄ſente, interpretatur, ꝓiecto per cōtemptū codice, quem Turcæ Alcoranum. i. præceptorum collectionē vocant, conuerſusq; ad ipſum regē, diuinitus ꝓculdubio mente monita, inquit, miror te rex, quū ſis vir ſapiens, nondū deprehēdiſſe Machometanę hęreſis vanitatē, ac quendā verſuti autoris aſtū in ſua ſecta conſtituenda, vtpotē q̄ nihil in ſe diuini, aut ꝙ ad veram hominum beatitudinē ꝑtinet, habeat. Quippe Machometes terrena tantū ac corporea ſapiens, nec viuis verū iter ad fęlicitatē oſtendit: & vita functis cōmunem cū beſtiis beatitudinem pollicetur. Atq; quum videret vir callidus Chriſti religionē ad animi puritatem, veritatisq; contemplationē omni ex parte conſtitutā eſſe, tātisq; miraculis fulciri; vi & voluptate propoſita, duob. ſane efficaciſſ. humanis affectib. ſectam ſuam munire ac tueri p̄cepit. Quare ſcito ſolam Chriſtianam religionē veram cēſendam, & Chriſtum, vt ipſe recte affirmat, viam, veritatē & vitam eſſe. Quod vbi Thalyſmanus dixit, extemplo rex, vt erat patriæ religioni deditus, hominē comprehendi, atq; in foribus templi crudeliſſ. necari iuſſit, denuntiauitq; rem ſilentio tegi, graui pœna propoſita, ſi quis efferret. Verū id cęlari Deus haudquaq̄ permiſit. Nam quidā Turca Illyricæ nationis, eiuſdē gentis Chriſtiano homini omnia, vt geſta erant, narrauit. quæ cum multorum affirmatione vera eſſe cognouiſſem, huic hiſtoriæ inſerenda cenſui. Regno Neapolit. inter Gallū & Hiſ; anū (vt dictum eſt) diuiſo, haud ita multo poſt inter ipſos oritur diſcordia: quandoquidem & regnum ſocietatem non admittit, & poſſeſſio iniuſte ac per latrociniū parta haudquaq̄ ſit diuturna: licet ſæpe videamus reges etiam malis artibus factos, iiſdem regna gerentes, occulta Dei voluntate valde florere: nec mirum, cum nihil apud Deum præter virtutem in bonis numeretur. Itaq; rupto fœdere, quo patrium Friderico regnum ablatū erat, ferro decernere incipitit, vter regum iuſtior Neapoli. regni eſſet poſſeſſor. Vbi ad arma ventum eſt, intra vnius ferme menſis ſpatium Hiſpanis in oppidum maritimum Apuliæ (Barlethum incolæ vocant) haud memorabili prælio compulſis, regnum Galli occuparunt. Erat Hiſpanis dux Conſaluus Adigarius, ſicut pacis artibus vir inſignis, ita omni belli laude digniſſ. quem ſupra diximus Cephaleniam de

Thalyſmanus ad Chriſtum conuerſus iuſſu regis Turcarum necatur.

Turcis

Diſcordia inter Gallũ & Hiſpanum reges.

Turcis cepiſſe. Qui cum vidiſſet Italos Francis conciliari, iamq; in eorum ditionem totum regnum conceſſiſſe, ſtatuit quoad Galli ſimul incolarum fauore, ſimul ſuis ipſorum viribus florerent, certamine ſuperſedere, nec manum cum his conſerere: verum cunctatione atque mora eos eludere, ſatis gnarus, & Gallorum vim breui ſeneſcere ſolere, & regni Neapolitani incolas, vt cæteros quoque huius ætatis Italos, fidem paruo momento mutare. Itaq; commeatu Barlethum comparato, cum omnibus ſuis, quos inter quidam Columnenſes equites, viri, vt nunc eſt Italorum virtus, ſatis ſtrenui ſe in oppido obſidendum permiſit, atq; eo tandem inopiæ deuenit, vt in ſola fuga ſpem omnem ſalutis collocaret. Iamq; naues, Hiſpanos aucturæ, paratæ erant, quum Veneti, nullo ſocialis fidei reſpectu (erant enim cum Gallo rege tunc fœdere iuncti) aduerſus Francos clam mittunt nauibus ad Conſaluum cum commeatu, ac ſtipendio ſexingentos circiter Heluetios milites (quos hęc ętas Suizaros appellat) rati Venetæ reip. haud expedire, Gallos ad Mediolanenſe imperium, Neapolitanum regnum ſibi adiungere. Conſaluus hoc auxilio à Venetis adiutus abiecto fugæ conſilio, cępit crebris ex oppido eruptionibus Gallos indies magis magisque vexare, nec tamẽ ad aleam totius pugnæ deſcendere; verum vbi paululum procurriſſet, ſtatim in oppidum refugere, & quo magis hoſtium negligentia creſceret, metum & diffidiam ſimulare. At Galli inſitam eorum ſocordiam proſpera fortuna fouente, in dies negligentiores, atque ab ſecundis rebus, vt fit, magis ſolito incautiores eſſe: ac veluti ipſi obſeſſi fame macerarentur, non autem hoſtes clauſos obſiderent, labores detrectare, moram ac dilationem certaminis ægre ferre, in caſum vniuerſę pugnę obſidionis tædio Hiſpanos prouocare: hoſtium enim noua auxilia à Venetis (vt dictum eſt) ſubmiſſa ignorabant: nec conſilium Hiſpani ducis animaduertebant. Qui quidem, quod viribus deerat, id fraude ſupplendum ratus, quum aliquamdiu metum ſimulaſſet, tandem oſtendit ſe valde cupidum dimicandi; verum edicto regis ſui prohiberi, affirmans inter Hiſpanum & Gallum reges inducias eſſe, pacemq; componi. Et re vera ſub hoc ipſum tempus hi reges de pace inter ſe firmanda per inducias agebant. Itaq; Conſaluus vir cæteris egregius, religione induciarum per diſſimulationem ſpreta, qua ſcilicet citra famę iacturam ſe hoſtib. impoſiturum putauit, quia nondum inducias inter reges pactas nuntii propalam attu-

attulerant, ſignum pugnæ proponit. Francosq; in agro Cetignolano decem & 8000. paſſuum procul à Berletho agentes propter ſpem proximam pacis, certaminis ſecuros, atq; ob id ad prælĩu imparatos (credebãt n. inducias eſſe) aggreditur. Galli re improuiſa perculſi, primo trepidare, mox collecto animo aciẽ inſtruunt, atq; in hoſtem ex aduerſo venientem, impetũ faciunt, primoq; congreſſu turbatum loco mouent Hiſpanũ. Sed quia Deus regnum Neapolitanum Hiſpanis deſtinauerat, dux Francorum dum in primam aciem equo prouectus Gallos ad pugnam hortatur (nam Conſaluus iam ſuos terga dantes ac fugam ſpectantes reuocauerat) tormento forte ab hoſtib. miſſo ictus cecidit; cuius caſu Galli perturbati terga hoſti confeſtim vertunt, ac fœda fuga diſſipantur, eadem facilitate qua regnũ Neapolit. ceperant, amiſerunt. Nulla n. fere gens eſt, quæ minore animo aduerſa ferat: celeriorIue deſperatione victoriam hoſti cõcedat. vnde quum quidã Illyricus eques (Barlethum n. a Slauenis Illyrica gente haud parua ex parte incolitur) Gallis equitib. fugientibus obuiam eſſet factus, atq; vnũ ex his vna congreſſus, ictu lanceæ equo deieciſſet, duo quoq; reliqui ſtatim infracto animo ſeſe vincendos Slaueno præbuerunt, quos magna omnium admiratione præ ſe agẽs Barlethum cõpulit. Conſaluus ſtatim ab ipſa pugna cum victore milite Neapolim eo lætior petit, quo paulo ante propior periculo fuerat, vrbemq;, q̃q̃ in Gallos inclinatiorem, voluntate ciuium, lætisq; populi dolorem diſſimulantis, acclamationib. ingreſſus eſt. Vultus n. & vox humana, vel quũ maxime animo diſpares ſunt, ſeruire poſſunt. Intra paucos dies arx quoq; Neapolitana capta, muris eius, qua aditum Hiſpani moliti ſunt, cuniculo puluere accenſibili repleto, atq; incenſo dirutis. Quod vbi Francorum Rex Lodou. Aurelienſis accepit, accuſata Hiſpanorum fraude, ſuorum ignauia, exercitum in Circumpadana Italia reparare conſtituit. quo celeriter confecto, regnum Neapolitanum repeti iubet, creato exercitus duce Franciſco Gonzaga Principe Mantuano. Iam Francorum copiæ fines regni Neapolitani ingreſſę ad Lyrim peruenerant, ponteq; amnem Franci iungebant, quum Conſaluus, cum modica quidem ſuorum manu, ſed duro in armis milite eo acceſſit, tranſitu hoſtem prohibiturus. Cæterum, effecto opere Hiſpanis nequicquam obſtantibus, atq; ad vtramq; partem pontis caſtellis, cum præſidio impoſitis, Galli partẽ copiarum crebro traducebant, ac leuia certamina cum hoſtibus, va-

Galli aduerſa ferre non ſuſtinentes, hoſti victoriã concedunt.

Marchio Mantuan' Gallos, conſilia recta ſequi nolētes, derelinquit.

rio euentu inibant. nam quantū equites Galli hoſticis præſtabant equitibus, tantum pedites Hiſpani Gallis peditib. ſuperiores erant. Quum hic rerum ſtatus ad Lyrim eſſet, Franciſc. Gonzaga Marchio Mantuanus, iuſſu Galli regis ad exercitum venit, quem cum inueniſſet ſoluto imperio inertem, imbellem, commeatus ac omnium rerum neceſſariarum inopia laborantem, licentia & laſciuia corruptum; adhæc graui valetudine tentatum, eo quod caſtra ſicut nulla munitione tuta erant, ita nec in loco ſalubri, inſcitia ac negligentia ducum poſita, conuocatis principib. acerba eos oratione increpuit. Galli, prçterq̃ quod externi hominis imperium, inſita genti ſuperbia, aſpernabantur, ſæua etiam concione exacerbati, nihil q; aut ipſis ſalutare eſſet, aut regi honorificum, glorioſumue foret, ad animum admittere: ſed omnia fœda ſeditione ac tumultu labefactare cœperunt. Quod vbi Marchio Mantuan. animaduertit, Gallorū inſania, cum Conſalui ingenio collata (qua erat prudentia) facile intellexit, Francis certam impendere perniciem. quippe qui bonis conſiliis nihil iuris reliquerant. Itaq; ne ſua culpa clades cuiquam accepta videretur, excuſata valetudine, quā (vt ferunt) ſimulauerat, Mantuā ſeſe recepit, atq; ad regem litteras conſcripſit, quib. & Gallos ſolutę militaris diſciplinę accuſauit, & ſibi exercitum non paruiſſe conqueſtus eſt. Per idem tempus Veneti ſemel fælicem perfidiā Barlethano prçlio aduerſus Gallos experti, ſimulq; occaſione vtendū rati, cum Bartholomæo Liuiano Duce exercitus ſui, conſiliū ineunt, vt is ſimulata defectione, cū 300. equitib. conferat ſe ad regnum Neapolitanum, ac prçtextu transfugæ adiungat ſe Hiſpanis copiis, per ſpeciem Conſaluo ac regi Hiſpano forte operam nauandi, curet Gallos à finibus regni Neapolitani haud incruētos abire: atq; externos homines ſua ipſorum ſtrage ab occupanda Italia deterrere. Cōſaluus exercitu ſuo auxiliis Venetis aucto, cognitaq; hoſtium imbecillitate, ac principū ſeditione: tum Marchionis, cuius ſpecimen animi magni faciebat, diſceſſu, ratus haud parum de Gallorū virib. detractum; ſtatuit hoſtē ad certamen vltro prouocare: Sed quia inter Hiſpanos & Gallos amnis (vt dictum eſt) intereat, pontemq; ſuperiniectum Galli tenebant, inuitis ipſis Gallis manus conſeri nequibat. Itaq; accitum ad ſe Petrum cognomento Nauanam ſpectatę virtutis virum, qui in Hiſpano exercitu ordinem ducebat, hortatur, vt cum ſua cohorte prçſidium ponti impoſitū aggrediatur. Exercitum Gallorum eſſe, inq̃t,

ſine

ſine duce, ſine imperio, nec minus ſeditione, q̃ ęgritudine inualidũ, atq; idcirco Hiſpanos occupato ponte facile amnem trãſituros, manuſq; cũ hoſte virib. multo inferiore cõſerturos, locũq; aut victoriæ inuẽturos, aut Gallos, ſi pugnam detrectarint, ſpe regni Neapolitani abiecta, procul ab hiis finib. per ſe abituros. Petrus ducis adhortatione accẽſus, aſſumpta cohorte ſua, & id roboris in exercitu Hiſp. erat, plenus bonæ ſpei vadit ad oppugnandum caſtellũ, in ea parte pontis conſtructum, q̃ ad Hiſpanos vergebat. nec vana ſpes fuit. nam Frãci, cum ne conſpectum quidem Hiſpanorum ſuſtinuiſſent, eodem impetu in illud quoq; caſtellum q̃, ad alteram partem pontis ædificatũ diximus, irrumpunt. Conſaluus occupato à ſuis ponte, quẽ Gallis pauore attonitis, ne reſcindere quidem, nedũ hoſti repugnare in mentem venerat, legiones traducit, acieq; inſtructa ad hoſtẽ pergit. Galli è caſtellis, quę ponti ſuperimpoſuerant, deturbati, ponteq; amiſſo ac hoſte in caſtra pene accepto, à ducib. deſtituti, morbo fameq; magna ex parte cõfecti, & ob id à certaminis ſtudio auerſi, ne tentato prędio diſſipantur. Qui v. per valetudinẽ effugere nequiuerũt, poſitis armis hoſti ſeſe dediderũt. Dux Hiſpanorũ arbitratus non minus decorum eſſe victis parcere, quam hoſtes ſuperare, ſuos à cæde hoſtiũ inhibuit, Francoſq; armis ſpoliatos dimiſit incolumes. Quoſdam etiam ex hoſtibus illuſtriores viros, Chriſtiana, ac rara victoris in deuictos vſus benignitate, ne in itinere neceſſariarum rerum inopia deficerent, memor humanarum rerum, viatico iuuit. Francorum regi clades ſuorum alia ſuper aliam nuntiata, iram in Venetos ob eorum infidam ſocietatem adeo accendit, vt ſtatim conſilium ceperit de bello cum Hiſpano rege finiendo, quo facilius Venetorum iniurias vlciſceretur. nihil n. regem latebat eorum, quę Veneti aduerſus Gallos in Italia moliti fuerant: Ioanne Laſchare, qui regii oratoris nomine apud Venetos id temporis agebat, omnia Venetorũ conſilia, & callidiſſime explorante, & ad regem per occultos nuntios deferente. Itaq; non modo pacem cum Hiſpano compoſuit; ſed etiã affinitatem contraxit, data illi in matrimonium ſororis ſuæ filia. De regno Neapolitano cuius ſane poſſeſſio, ſi aut vis abeſſet, aut iure diſceptaretur, neutri eorum competeret, ita tranſactum eſt, vt Rex Hiſpanus dimidiam eius partem iure prioris fœderis obtineret, alteram partem dotis nomine ita poſſideret, vt ſingulis annis quinquaginta nummûm aureorum regi Francorum penderet.

Ioannes Laſcharis Galli regis apud Venetos orator.

Pax inter Gallum & Hiſpanum reges.

A dicta inſuper hæc conditio eſt, vt ſi ex hoc matrimonio fili⁹ ſuſceptus eſſet, totum regnũ Neapolit. illi cederet. Sin a. Rex Hiſpanus nihil liberorum ex hoc connubio relinquens deceſſiſſet, ad regnũ ipſum nihil obſtante priore fœdere Francorũ Rex perueniret. Pace quo diximus modo inter Gallum & Hiſpanũ facta, atq; ad Venetos litteris legati ſui, qui apud Hiſpanũ regem erat perlata, ingenti ex conſcientia perfidiæ metu perculſi ſunt. Itaq; quo & ipſi alicuius Chriſtiani regis amicitię ſeſe munirent, omnib. tentarunt artib. Maximil. Cæſarem Friderici filium, hominẽ ſatis notæ leuitatis in societatẽ pellicere, aut ſaltẽ à cæteris Chriſtianis regib. auertere. nihil n. Veneti & R R. etiã Pontifices magis ſibi timendũ cenſent, q̃ Chriſtianorum regũ coitionem. Metus a. vtriſq; hinc oritur, quia neutros ſane Chriſtiani reges imperio dignos exiſtimant: alteros, quia mercaturę dediti ſunt; alteros, quia non profanis, ſed ſacris ac diuinis duntaxat reb. vacare debent. q̃q̃ vt, quod ſentio, dicam, ſicut nolim ſacerdotes magnis imperiis potiri, ne curis inaniũ rerum à diuino cultu auocentur, ita eos poſſeſſionib. velim eſſe q̃ ditiſſimos. nam hoſpitalitas, munificentia, benignitas, propriæ ſacerdotũ actiones, ſine opib. ac ſumptu exerceri nequeunt, præterq̃ quod mendicacitas non modo per ſe turpis eſt, ſed etiã interdum ſeu cupiditate, ſeu egeſtate cogente doloſa. Videmus n. paſſim eos ipſos ſacerdotes, qui profeſſione ſua pecuniis odium indixere, non modo poſcendis numis nõ ſatiari, ſed etiam ſub paupertatis gloria multo maiora acquirere, quã quæ pleriq; eorum religionis ritu capti, reliquerant. Sed de hoc alias. Vt vero animaduertere Veneti non cæteros modo Chriſtianos principes fere ſibi eſſe infenſos: ſed ipſum quoq; Maximilianũ ab ſe auerſum, omniq; ſpe in ꝓpriis virib. repoſita, audacia ſeſe tutos reddere conſtituunt; nulloq; honeſtatis reſpectu, quod vtplurimum ab his à condita eorum vrbe factitatum eſt, imperium augere; rati amplitudinem imperii, quibuſcunq; id artibus fiat, non tam inuidiam eis apud Italos præſertim, qui opes imprimis admirantur, conflaturam, quam vires ac potentiam collecturam. Quod profecto improbum conſilium tandem deſtituit fortuna: tametſi ſatis lætis initiis cœpta eorum viſa ſit fouere. Fortunam autem vim quandam diuinę appellamus conſtitutionis, qua humana negotia agi cenſemus. nam cum in idem tempus quo Veneti huiuſmodi conſilia animo voluebant, mors Alexan. ſexti Pont. Rom. peropportuna incidiſſet,

multas Italiæ vrbes Rom. Pont. vectigales, partim à poſſeſſoribus pecunia emptas, partim voluntaria deditione traditas, in ditionem redegerunt. Quas ſane vrbes Cæſar Valentinienſium dux, homo omnibus ſceleribus coopertus, atque ad perturbandam Italiam natus, ipſius Alexandri Pontificis filius, ex adulterio ſuſceptus, vi tenuerat, pulſis inde iuſtis poſſeſſoribus: mortuo deinde Pontifice amiſerat. neque enim licet per leges vectigalem agrum auferri ab eo, qui conduxit, aut eius ſucceſſore, quamdiu vectigal pendatur. Et quoniam nos huius viri mentio admonuit, quo ſane nihil immanius ætas noſtra tulit, naturam & mores eius non prætcribo ſilentio. neque enim minus operæ precium puto imitanda memorare, quam quæ cauere decet. Alexander VI. Pont. Rom. Hiſpanus natione, ille, qui ante Pontificatum Rhodericus Borgias appellatus eſt, de quo ſupra etiam meminimus, dum eſſet Cardinalis, quinque liberos ex quadam adultera Romana fœmina tulit. quorum quatuor mares fuere. quos inter natu minimus, Cæſar prænomine, Dux Valentinienſium nuncupatus, audacia atque crudelitate, quum in ſuos tum in alienos, ita notus extitit, vt omnis fere memoriæ barbariem, libidine atque importunitate aut ſupergreſſus ſit, aut adæquarit. Huic, pater, pecunia (vt alio loco diximus) Pontificatum nactus, vix puberem, Cardinalem deſignauit, ementitus non ex ſe genitum eſſe, ſed ex viro, cuius vxorem, quod ſatis conſtat, ipſe adulterauerat. Qui vt magnis ſceleribus rudimentum poneret, Gemium Mechmetem Turcarum regis filium, iuſſu parentis (vt fama obtinuit) veneno ſuſtulit, dum vna cum Turca quaſi obſes à patre datus, Carolũ Octauum Francorum regem regnum Neapolitanum (vt ſupra demonſtrauimus) petentem inuitus ſequitur. Ab hac immanitate facinora ſua incipiens, cum fratris vxore conſuetudinem habuit. Quæ res cum fratri natu maximo Candienſium duci, querela ipſius, qui iniuria afficiebatur, innotuiſſet, adulterum ſæua oratione increpuit; malumque ei inter caſtigandum ſæpius minatus eſt, ni à turpitudine deſiſteret. Cæſar pręterquam quod fratris fortunæ inuidebat, minas inſuper eius ægre patiens, ei mortem inferre, depoſitoque Cardinalatu regnum ſibi parare conſtituit. ad quod ſane illi, maiore fratre incolumi, facilis via, vt ipſe arbitrabatur, haud quaquam patebat. nam vt quæ deſtinauerat, efficere poſſet, tota parentis fortuna ſibi ſoli erat vendicanda. Itaque ſimulata reconciliatione, fratrem in quoſdam extra vr- *Cæſar Dux Valentiniẽſium.*

Drinonem & Drilonẽ non eundẽ eſſe fluuiũ.

uitate hoſtium fuit. Quinquaginta tantum ex Turcis viui Lyſſum adducti, cæteri partim interfecti, partim fuga elapſi. Pheris cognita ſuorum aduerſa pugna quos trans Drinonem miſſos docuimus, ne vbi forte in hoſtes, non modo victoria, ſed & ingenio feroces incideret, Scodram cum reliquo exercitu rediit. Et quia ſatius viſum eſt, rem conſilio cum Albaneſiis, quam armis gerere, dedit operam, vt Alexandrum Scenderbegi nepotem, ſibi conciliaret. Itaque cum apud ſe multos Albaneſios haberet, linguæ commercio per occulta colloquia, ingentibus promiſſis, iuuenem genere nobilem, auique gloria illuſtrem, nullis apud Chriſtianos præditum fortunis, ætate fluxum, atq; præſentis tædio fortunæ, in oblatam ſpem flecti promptum, non modo Venetis ademit, ſed etiam ſibi eo facilius aſſumpſit, quia ſatis conſtabat illum de Venetis ſatis conqueri, atque ferre ægerrime, quod ſe ob ſua in eos merita proque opera ab ſe proximo prælio nauata, nullis decoraſſent donis. Et profecto Chriſtianæ nobilitati ſatis perſuaſum eſt; Venetos opera nobilium in bello neceſſitate magis, quam voluntate vti; virtutem vero eorum, quia mercaturæ dediti, arma per ſe non exercent, ſemper ſuſpectam habere. Cæterum, quoniam de Drinone fluuio meminimus, de quo noſtræ ætatis homines ambigunt, an idem ſit cum eo amne, quem Plinius Drilonem vocat, viſum eſt haud abſurdum, paululum excedere, ad demonſtrandum hunc amnem, & Drilonem, quem vulgo Boianam dicunt, eundem non eſſe. quamuis Hermolaus Barbarus Venetus in Plinianis caſtigationibus, eundem eſſe velit, deceptus tum vocabuli ſimilitudine, tum quia apud veteres ſcriptores Boianæ nomen nuſquam extat. Et Plinius forſan, quia de Drinone nullam mentionem facit, hos duos proculdubio amnes vnum eſſe putauit, hac maxime ni fallor cauſa lapſus, quod hi duo amnes non procul à Scodra oppido inter ſe coire pene videntur, vtpote qui ibi haud magno terræ ſpatio dum Drinon Scodrenſem agrum præterfluit, dirimantur: atque inde veluti ex eodẽm fonte bifariam effuſi, mox magno interuallo diſiuncti, Adriatico mari vterque accipitur. Vnde diuerſos eſſe amnes, nec vſque commiſceri ex hoc etiam ſatis conſtat, propterea quod Drinon in monte Scardo, qui Dalmatiam à Dardanis diſterminat, exoritur: quibuſdam ignobilibus amnibus acceptis, per confinia Illyrici, ac Macedoniæ fluit, duobuſque oſtiis in mare euolutus, Inſulam, in qua Lyſſum oppidum noſtra ætate, vt

ſupra

ſupra diximus, ædificatum eſt, efficit. Drilo vero, cui Slaueni à peſtilenti eius aura, Boianę nomen indiderunt, è lacu effluens, Lygniſtri, ad quem Doclea inſignis ciuium Romanorum vrbs extitit, qua is radices montis ſubit, in quo Scodra oppidum ſitum eſt, atque eodẽ alueo, per decem & octo millia paſſuum labens (tantum enim ſpatii, quod & Plinius affirmat, ea vrbs à mari diſtat) in pelagus haud procul Olchinio effunditur. Sed neque eius regionis incolis aſſentior, qui lacum ex quo Drilo, ſeu Boiana emittitur, poſt Sclauenorum in Illyricum irruptionem (ea eſt Dacica Gottorum gens, vt alio loco demonſtrauimus) crebris terræ motibus ſolo ſuapte natura humente, & pluribus diſtincto fontibus, erupiſſe tradunt, dum validior terræ concuſſio, aquarum vltro etiam emanantium, laxiores efficit venas. Ipſum inſuper montem Adrium, qui dorſo mediam ſecat Dalmatiam, multis in locis ingenti proruiſſe lapſu arbitrantur, & largiores è radicibus effudiſſe riuos. è quibus ſane Maracius in iuſtum pene auctus fluuium eo ipſo accipitur lacu, qua Docleæ (quam & ipſam erumpentibus ſubito aquis abſorptam eſſe credunt) veſtigia ac ruinę, marmoreaque monumenta ſub aquis viſuntur. Ego autem Doclęę excidium in aquas, terræ motu exortas, haudquaquam contulerim, ſed potius in Gottos, Hungaros, Sclauenos, Saracenos. quæ quidem gentes non modo Docleam, ſed & Salonas clariſſimam Dalmatię vrbem, multasque alias Illyrici non ignobiles latinas colonias fractis Romanis opibus deleuere. Huius præterea tempeſtatis acerbitas Epidaurum quoque euertit: vnde quædam antiquæ familię, à Romanis ciuibus originem ducentes, cremata patria, ad munitiorem locum commigrauere: in quo haud multis poſt annis Polymirum Belum Slauenorum regem, Roma vbi aliquamdiu exulauerat, in Illyricũm à principibus regionum accitum, vrbem Rhacuſam condidiſſe ſupra demonſtrauimus. Et profecto vrbes quoq; ea lege ſtatuuntur, vt aliquando ęque ac cætera mortalium opera conſeneſcant, atque etiam intereant. quanquam vrbes ipſas reſtitui & reuiuiſcere interdum videmus. Iam Veneti diuturno bello defeſſi, de pace à Turcis petenda belloq; finiendo conſilia eo intentius voluere cępe-runt, quia & mercaturę eorum, vnde magna ex parte ſtipendiũ militib. ſuppeditabant, neruiq; Venetę rei conſtabant, per bellũ magnopere impediebantur: quæ res opeſ etiam illorũ vehementer attriuerat: nec vllis fere Chriſtianorum regum auxiliis, præterquàm ſolo

Salona vrbs Dalmatia clariſſima.

 no-

Pax inter Venetos & Turcas, quibus conditionibus facta.

nomine, ac fama Hungaricę magnitudinis adiuuabantur. Ad hæc Italarum rerum ipſos à Turcis auertebat cura. Iam enim Lodouicus Aurelienſis duodecimus Francorum rex Italia Circumpadana atq; Mediolanenſi imperio occupato, diuiſerat cum Ferdinando Hiſp. rege, (vt ſupra diximus) regnum Neapolit. eiecto inde Friderico Alfonſi II. fratre. Quos ſane reges vel per ſe graues accolas, nedum immixtos Italiæ rebus, intolerandos fore exiſtimabant. Sed nec Turcæ, maxime qui honeſtioris fortunæ erant, bellum pace atq; ocio mutare recuſabant. Videbant n. damno magis, quam emolumento illis id bellum eſſe. nam pręterq̃ quod nullo ſtipendio à rege accepto, ſed ſuo ipſorũ ſumptu ac pecunia ex agrorum, quos precario poſſident, redditib. cõtracta ſemper militant, in ea expeditione nihil fere prædæ obueniebat, quũ nec Venetus terra, nec Turca mari bellator eſſet. Turcarum a. opes in mancipiis, cæterisq; rapinis magna ex parte conſiſtunt. Sed quia Veneti à Turcis contemptui habebantur, pacẽ per ſeſe petere, ne hoſtes ea re elati iniquas pacis conditiones ferrẽt, haudquaquam auſi ſunt. Itaq; agunt cum Hungaris, vt vulgatà noua militum conſcriptione territarent Turcas, ita tamen re in ſpeciem compoſita, vt Hungarum non minus pacis q̃ belli cupidum eſſe, appareret, eoq; modo tentarentur hoſtes an ad pacem animos verſos haberent. Quos cum ad quietiora conſilia, & arma deponẽda inclinatos animaduertiſſent, & ipſe non ſuo tantum nomine, ſed etiã perinde ac pacificator à Venetis adhibitus, ad pacẽ his conditionib. cõponendam Bazethem fere coegit. Vt Veneti deducto Leucade p̃ſidio oppidum Turcis redderent. Cephaleniam tamen Inſulam per bellum captam tenerent. Turca vero quidquid in continenti de Venetis cepiſſet, ſibi belli iure haberet, atq; eo die populandi vexandiq; Venetos tam terra q̃ mari finẽ faceret. Eodẽ fere tempore accidit Conſtantinopoli res mira, & rari exempli, atq; ob id literis mandanda, quæq; maxime argumento eſſet, verũ Dei cultum cœlitus infundi, purgatamq; vitiis mentem illuſtrari, ac in diuinitatis cognitionẽ induci. Turca q̃dam ex eo ſacerdotũ genere, quos Machometani Talyſmanos vocãt, literis Arabicis, quib. omnes Machometani vtuntur, ſatis imbutus quolibet 8. die, quos antiquitas Veneri attribuit, vti Machometanis mos eſt, templũ Sophię ſacra facturus ingrediebatur: id a. templũ Chriſto, qui Dei ſapiẽtia eſt, à magno Iuſtinian. erectũ, Machometes Bazethis pater capta Conſtãtinop. Machometanis ſacris dedicauerat, qui cum eſſet inter ſacerdotes eruditione

ſimul & vitæ integritate inſignis, non modo à plebe, ſed etiam a rege ipſo, dũ doceret populum, attentiſſ. audiebatur, omnesq; mirum in modũ concionib. ſuis tenebat. Tandẽ cum in templũ leges Machometanas, de more populo rege pſente, interpretatur, proiecto per cõtemptũ codice, quem Turcæ Alcoranum. i. præceptorum collectionẽ vocant, conuerſusq; ad ipſum regẽ, diuinitus proculdubio mente monita, inquit, miror te rex, quũ ſis vir ſapiens, nondũ deprehẽdiſſe Machometanę hęreſis vanitatẽ, ac quendã verſuti autoris aſtũ in ſua ſecta conſtituenda, vtpote q̃ nihil in ſe diuini, aut q ad veram hominum beatitudinẽ ptinet, habeat. Quippe Machometes terrena tantũ ac corporea ſapiens, nec viuis verũ iter ad fęlicitatẽ oſtendit: & vita functis cõmunem cũ beſtiis beatitudinem pollicetur. Atq; quum videret vir callidus Chriſti religionẽ ad animi puritatem, veritatisq; contemplationẽ omni ex parte conſtitutã eſſe, tãtisq; miraculis fulciri; vi & voluptate propoſita, duob. ſane efficaciſſ. humanis affectib. ſectam ſuam munire ac tueri pcepit. Quare ſcito ſolam Chriſtianam religionẽ veram cẽſendam, & Chriſtum, vt ipſe recte affirmat, viam, veritatẽ & vitam eſſe. Quod vbi Thalyſmanus dixit, extemplo rex, vt erat patriæ religioni deditus, hominẽ comprehendi, atq; in foribus templi crudeliſſ. necari iuſſit, denuntiauitq; rem ſilentio tegi, graui pœna propoſita, ſi quis efferret. Verũ id cęlari Deus haudquaq̃ permiſit. Nam quidã Turca Illyricæ nationis, eiuſdẽ gentis Chriſtiano homini omnia, vt geſta erant, narrauit. quæ cum multorum affirmatione vera eſſe cognouiſſem, huic hiſtoriæ inſerenda cenſui. Regno Neapolit. inter Gallũ & Hiſpanũ (vt dictum eſt) diuiſo, haud ita multo poſt inter ipſos oritur diſcordia: quandoquidem & regnum ſocietatem non admittit, & poſſeſſio iniuſte ac per latrociniũ parta haudquaq̃ ſit diuturna: licet ſæpe videamus reges etiam malis artibus factos, iiſdem regna gerentes, occulta Dei voluntate valde florere: nec mirum, cum nihil apud Deum præter virtutem in bonis numeretur. Itaq; rupto fœdere, quo patrium Friderico regnum ablatũ erat, ferro decernere incipiũt, vter regum iuſtior Neapoli. regni eſſet poſſeſſor. Vbi ad arma ventum eſt, intra vnius ferme menſis ſpatium Hiſpanis in oppidum maritimum Apuliæ (Barlethum incolæ vocant) haud memorabili prælio compulſis, regnum Galli occuparunt. Erat Hiſpanis dux Conſaluus Adigarius, ſicut pacis artibus vir inſignis, ita omni belli laude digniſſ. quem ſupra diximus Cephaleniam de

Thalyſmanus ad Chriſtum conuerſus iuſſu regis Turcarum necatur.

Turcis

Diſcordia inter Galliæ & Hiſpanum reges.

Turcis cepiſſe. Qui cum vidiſſet Italos Francis conciliari, iamq; in eorum ditionem totum regnum conceſſiſſe, ſtatuit quoad Galli ſimul incolarum fauore, ſimul ſuis ipſorum viribus florerent, certamine ſuperſedere, nec manum cum his conſerere: verum cunctatione atque mora eos eludere, ſatis gnarus, & Gallorum vim breui ſeneſcere ſolere, & regni Neapolitani incolas, vt cæteros quoque huius ætatis Italos, fidem paruo momento mutare. Itaq; commeatu Barlethum comparato, cum omnibus ſuis, quos inter quidam Columnenſes equites, viri, vt nunc eſt Italorum virtus, ſatis ſtrenui ſe in oppido obſidendum permiſit, atq; eo tandem inopiæ deuenit, vt in ſola fuga ſpem omnem ſalutis collocaret. Iamq; naues; Hiſpanos auecturæ, paratæ erant, quum Veneti, nullo ſocialis fidei reſpectu (erant enim cum Gallo rege tunc fœdere iuncti) aduerſus Francos clam mittunt nauibus ad Conſaluum cum commeatu, ac ſtipendio ſexingentos circiter Heluetios milites (quos hęc ętas Suizaros appellat) rati Venetæ reip. haud expedire, Gallos ad Mediolanenſe imperium, Neapolitanum regnum ſibi adiungere. Conſaluus hoc auxilio à Venetis adiutus abiecto fugæ conſilio, cępit crebris ex oppido eruptionibus Gallos indies magis magiſque vexare, nec tamē ad aleam totius pugnæ deſcendere; verum vbi paululum procurriſſet, ſtatim in oppidum refugere, & quo magis hoſtium negligentia creſceret, metum & diffidiam ſimulare. At Galli inſitam eorum ſocordiam proſpera fortuna fouente, in dies negligentiores, atque ab ſecundis rebus, vt fit, magis ſolito incautiores eſſe: ac veluti ipſi obſeſſi fame macerarentur, non autem hoſtes clauſos obſiderent, labores detrectare, moram ac dilationem certaminis ægre ferre, in caſum vniuerſę pugnę obſidionis tædio Hiſpanos prouocare: hoſtium enim noua auxilia à Venetis (vt dictum eſt) ſubmiſſa ignorabant: nec conſilium Hiſpani ducis animaduertebant. Qui quidem, quod viribus deerat, id fraude ſupplendum ratus, quum aliquamdiu metum ſimulaſſet, tandem oſtendit ſe valde cupidum dimicandi; verum edicto regis ſui prohiberi, affirmans inter Hiſpanum & Gallum reges inducias eſſe, pacemq; componi. Et re vera ſub hoc ipſum tempus hi reges de pace inter ſe firmanda per inducias agebant. Itaq; Conſaluus vir cæteris egregius, religione induciarum per diſſimulationem ſpreta, qua ſcilicet citra famę iacturam ſe hoſtib. impoſiturum putauit, quia nondum inducias inter reges pactas nuntii propalam attu-

Galli aduerſa ferre non ſuſtinentes, hoſti victoriã concedunt.

attulerant, ſignum pugnæ proponit. Francosq; in agro Cerignolano decem & 8000. paſſuum procul à Berletho agentes propter ſpem proximam pacis, certaminis ſecuros, atq; ob id ad præliũ imparatos (credebãt n. inducias eſſe) aggreditur. Galli re improuiſa perculſi, primo trepidare, mox collecto animo aciẽ inſtruunt, atq; in hoſtem ex aduerſo venientem, impetũ faciunt, primoq; congreſſu turbatum loco mouent Hiſpanũ. Sed quia Deus regnum Neapolitanum Hiſpanis deſtinauerat, dux Francorum dum in primam aciem equo prouectus Gallos ad pugnam hortatur (nam Conſaluus iam ſuos terga dantes ac fugam ſpectantes reuocauerat) tormento forte ab hoſtib. miſſo ictus cecidit; cuius caſu Galli perturbati terga hoſti confeſtim vertunt, ac fœda fuga diſſipantur, eadem facilitate qua regnũ Neapolit. ceperant, amiſerunt. Nulla n. fere gens eſt, quæ minore animo aduerſa ferat: celerioriue deſperatione victoriam hoſti cõcedat. vnde quum quidã Illyricus eques (Barlethum n. à Slauenis Illyrica gente haud parua ex parte incolitur) Gallis equitib. fugientibus obuiam eſſet factus, atq; vnũ ex his vna congreſſus, ictu lanceæ equo deieciſſet, duo quoq; reliqui ſtatim infracto animo ſeſe vincendos Slaueno præbuerunt, quos magna omnium admiratione præ ſe agẽs Barlethum cõpulit. Conſaluus ſtatim ab ipſa pugna cum victore milite Neapolim eo lætior petit, quo paulo ante propior periculo fuerat, vrbemq;, q̃q̃ in Gallos inclinatiorem, voluntate ciuium, lætisq; populi dolorem diſſimulantis, acclamationib. ingreſſus eſt. Vultus n. & vox humana, vel quũ maxime animo diſpares ſunt, ſeruire poſſunt. Intra paucos dies arx quoq; Neapolitana capta, muris eius, qua aditum Hiſpani moliti ſunt, cuniculo puluere accenſibili repleto, atq; incenſo dirutis. Quod vbi Francorum Rex Lodou. Aurelienſis accepit, accuſata Hiſpanorum fraude, ſuorum ignauia, exercitum in Circumpadana Italia reparare conſtituit. quo celeriter confecto, regnum Neapolitanum repeti iubet, creato exercitus duce Franciſco Gonzaga Principe Mantuano. Iam Francorum copiæ fines regni Neapolitani ingreſſę ad Lyrim peruenerant, ponteq; amnem Franci iungebant, quum Conſaluus, cum modica quidem ſuorum manu, ſed duro in armis milite eo acceſſit, tranſitu hoſtem prohibiturus. Cæterum, effecto opere Hiſpanis nequicquam obſtantibus, atq; ad vtramq; partem pontis caſtellis, cum præſidio impoſitis, Galli partẽ copiarum crebro traducebant, ac leuia certamina cum hoſtibus, va-

Marchio Mantuan' Gallos, conſilia recta ſequi nolētes, derelinquit.

rio euentu inibant. nam quantū equites Galli hoſticis præſtabant equitibus, tantum pedites Hiſpani Gallis peditib. ſuperiores erant. Quum hic rerum ſtatus ad Lyrim eſſet, Franciſc. Gonzaga Marchio Mantuanus, iuſſu Galli regis ad exercitum venit, quem cum inueniſſet ſoluto imperio inertem, imbellem, commeatus ac omnium rerum neceſſariarum inopia laborantem, licentia & laſciuia corruptum; adhæc graui valetudine tentatum, eo quod caſtra ſicut nulla munitione tuta erant, ita nec in loco ſalubri, inſcitia ac negligentia ducum poſita, conuocatis principib. acerba eos oratione increpuit. Galli, pręterq̃ quod externi hominis imperium, inſita genti ſuperbia, aſpernabantur, ſæua etiam concione exacerbati, nihil q̃ aut ipſis ſalutare eſſet, aut regi honorificum, glorioſumue foret, ad animum admittere: ſed omnia fœda ſeditione ac tumultu labefactare cœperunt. Quod vbi Marchio Mantuan. animaduertit, Gallorū inſania, cum Conſalui ingenio collata (qua erat prudentia) facile intellexit, Francis certam impendere perniciem. quippe qui bonis conſiliis nihil iuris reliquerant. Itaq; ne ſua culpa clades cuiquam accepta videretur, excuſata valetudine, quā (vt ferunt) ſimulauerat, Mantuā ſeſe recepit, atq; ad regem litteras conſcripſit, quib. & Gallos ſolutę militaris diſciplinę accuſauit, & ſibi exercitum non paruiſſe conqueſtus eſt. Per idem tempus Veneti ſemel fælicem perfidiā Barlethano pręlio aduerſus Gallos experti, ſimulq; occaſione vtendū rati, cum Bartholomæo Liuiano Duce exercitus ſui, conſiliū ineunt, vt is ſimulata defectione, cū 300. equitib. conferat ſe ad regnum Neapolitanum, ac prętextu transfugæ adiungat ſe Hiſpanis copiis, per ſpeciem Conſaluo ac regi Hiſpano forte operam nauandi, curet Gallos à finibus regni Neapolitani haud incruētos abire: atq; externos homines ſua ipſorum ſtrage ab occupanda Italia deterrere. Cōſaluus exercitu ſuo auxiliis Venetis aucto, cognitaq; hoſtium imbecillitate, ac principū ſeditione: tum Marchionis, cuius ſpecimen animi magni faciebat, diſceſſu, ratus haud parum de Gallorū virib. detractum; ſtatuit hoſtē ad certamen vltro prouocare: Sed quia inter Hiſpanos & Gallos amnis (vt dictum eſt) intereat, pontemq; ſuperiniectum Galli tenebant, inuitis ipſis Gallis manus conſeri nequibat. Itaq; accitum ad ſe Petrum cognomento Nauanam ſpectatę virtutis virum, qui in Hiſpano exercitu ordinem ducebat, hortatur, vt cum ſua cohorte pręſidium ponti impoſitū aggrediatur. Exercitum Gallorum eſſe, inq̄t,

ſine

ſine duce, ſine imperio, nec minus ſeditione, q̃ ęgritudine inualidũ, atq; idcirco Hiſpanos occupato ponte facile amnem trãſituros, manusq; cũ hoſte virib. multo inferiore cõſerturos, locũq; aut victoriæ inuẽturos, aut Gallos, ſi pugnam detrectarint, ſpe regni Neapolitani abiecta, procul ab iis finib. per ſe abituros. Petrus ducis adhortatione accẽſus, aſſumpta cohorte ſua, & id roboris in exercitu Hiſp. erat, plenus bonæ ſpei vadit ad oppugnandum caſtellũ, in ea parte pontis conſtructum, q̃ ad Hiſpanos vergebat. nec vana ſpes fuit. nam Frãci, cum ne conſpectum quidem Hiſpanorum ſuſtinuiſſent, eodem impetu in illud quoq; caſtellum q; ad alteram partem pontis ædificatũ diximus, irrumpunt. Conſaluus occupato à ſuis ponte, quẽ Gallis pauore attonitis, ne reſcindere quidem, nedũ hoſti repugnare in mentem venerat, legiones traducit, acieq; inſtructa ad hoſtẽ pergit. Galli è caſtellis, quę ponti ſuperimpoſuerant, deturbati, ponteq; amiſſo ac hoſte in caſtra pene accepto, à ducib. deſtituti, morbo fameq; magna ex parte cõfecti, & ob id à certaminis ſtudio auerſi, ne tentato prę lio diſſipantur. Qui v. per valetudinẽ effugere nequiuerũt, poſitis armis hoſti ſeſe dediderũt. Dux Hiſpanorũ arbitratus non minus decorum eſſe victis parcere, quam hoſtes ſuperare, ſuos à cæde hoſtiũ inhibuit, Francosq; armis ſpoliatos dimiſit incolumes. Quoſdam etiam ex hoſtibus illuſtriores viros, Chriſtiana, ac rara victoris in deuictos vſus benignitate, ne in itinere neceſſariarum rerum inopia deficerent, memor humanarum rerum, viatico iuuit. Francorum regi clades ſuorum alia ſuper aliam nuntiata, iram in Venetos ob eorum infidam ſocietatem adeo accendit, vt ſtatim conſilium ceperit de bello cum Hiſpano rege finiendo, quo facilius Venetorum iniurias vlciſceretur. nihil n. regem latebat eorum, quę Veneti aduerſus Gallos in Italia moliti fuerant: Ioanne Laſchare, qui regii oratoris nomine apud Venetos id temporis agebat, omnia Venetorũ conſilia, & callidiſſime explorante, & ad regem per occultos nuntios deferente. Itaq; non modo pacem cum Hiſpano compoſuit; ſed etiã affinitatem contraxit, data illi in matrimonium ſororis ſuæ filia. De regno Neapolitano cuius ſane poſſeſſio, ſi aut vis abeſſet, aut iure diſceptaretur, neũtri eorum competeret, ita tranſactum eſt, vt Rex Hiſpanus dimidiam eius partem iure prioris fœderis obtineret, alteram partem dotis nomine ita poſſideret, vt ſingulis annis quinquaginta nummûm aureorum regi Francorum penderet.

Ioannes Laſchares Galli regis apud Venetos orator.

multas Italiæ vrbes Rom. Pont. vectigales, partim à poſſeſſoribus pecunia emptas, partim voluntaria deditione traditas, in ditionem redegerunt. Quas ſane vrbes Cæſar Valentinienſium dux, homo omnibus ſceleribus coopertus, atque ad perturbandam Italiam natus, ipſius Alexandri Pontificis filius, ex adulterio ſuſceptus, vi tenuerat, pulſis inde iuſtis poſſeſſoribus: mortuo deinde Pontifice amiſerat. neque enim licet per leges vectigalem agrum auferri ab eo, qui conduxit, aut eius ſucceſſore, quamdiu vectigal pendatur. Et quoniam nos huius viri mentio admonuit, quo ſane nihil immanius ætas noſtra tulit, naturam & mores eius non præteribo ſilentio. neque enim minus operæ precium puto imitanda memorare, quam quæ cauere decet. Alexander VI. Pont. Rom. Hiſpanus natione, ille, qui ante Pontificatum Rhodericus Borgias appellatus eſt, de quo ſupra etiam meminimus, dum eſſet Cardinalis, quinque liberos ex quadam adultera Romana fœmina tulit. quorum quatuor mares fuere. quos inter natu minimus, Cæſar prænomine, Dux Valentinienſium nuncupatus, audacia atque crudelitate, quum in ſuos tum in alienos, ita notus extitit, vt omnis fere memoriæ barbariem, libidine atque importunitate aut ſupergreſſus ſit, aut adæquarit. Huic, pater, pecunia (vt alio loco diximus) Pontificatum nactus, vix puberem, Cardinalem deſignauit, ementitus non ex ſe genitum eſſe, ſed ex viro, cuius vxorem, quod ſatis conſtat, ipſe adulterauerat. Qui vt magnis ſceleribus rudimentum poneret, Gemium Mechmetem Turcarum regis filium, iuſſu parentis (vt fama obtinuit) veneno ſuſtulit, dum vna cum Turca quaſi obſes à patre datus, Carolũ Octauum Francorum regem regnum Neapolitanum (vt ſupra demonſtrauimus) petentem inuitus ſequitur. Ab hac immanitate facinora ſua incipiens, cum fratris vxore conſuetudinem habuit. Quæ res cum fratri natu maximo Candienſium duci, querela ipſius, qui iniuria afficiebatur, innotuiſſet, adulterum ſæua oratione increpuit; malumque ei inter caſtigandum ſæpius minatus eſt, ni à turpitudine deſiſteret. Cæſar pręterquam quod fratris fortunæ inuidebat, minas inſuper eius ægre patiens, ei mortem inferre, depoſitoque Cardinalatu regnum ſibi parare conſtituit. ad quod ſane illi, maiore fratre incolumi, facilis via, vt ipſe arbitrabatur, haud quaquam patebat. nam vt quæ deſtinauerat, efficere poſſet, tota parentis fortuna ſibi ſoli erat vendicanda. Itaque ſimulata reconciliatione, fratrem in quoſdam extra vr-

Cæſar Dux Valentinienſium.

Cæſar Dux Valentini-enſium.

bem hortos ad cœnam inuitat: redeuntemque ſub veſperum in vrbem, atque aliquanto à comitibus amotum, per ſpeciem aſpiciendę cuiuſdam inſigni forma mulieris, dato vni ex ſuis, cum quo conſilium communicarat, negocio, nil tale ſuſpicantem obtruncat, ſaccoque vna cum grauibus ſaxis inſutum in Tyberim demerſit. Hoc paricidio admiſſo Cæſar Cardinalatu (quem à patre vltro oblatum non religionis ſtudio, ſed ſpe, vt plerique faciunt, opulentioris fortunæ acceperat) ſeſe ſponte abdicauit, palam profeſſus, ſe à Pontifice progenitum, & ob id tanto nequaquam idoneum ſacerdotio: æquè ac maius flagitium eſſet, illegitime natum ſummum ſacerdotium obtinere, quam ſacris Deoque dicatis pecuniis, ac in hoſpitalitatem abſumendis, abuti: atque his ipſis regna, pulſis iuſtis regibus, per nefas parare. Et quia potentia per ſcelus quæſita, peſſime exerceri ſolet, ac plærumque ſuum ipſius exemplum in authorem recidit, patrem carnificio vultu, miniſque circumſeſſum arbitrio ſuo regebat, atque ita in ſuam incuſſo metu, cupidinem trahebat: vt ex ſcelerato per ſe homine, perditiſſimum efficeret; omnemque humanitatem exuere cogeret. nihil enim petenti miſerrimus pater negare audebat, vel ſi id quod peteretur, turpiſſimum foret: ſacra omnia venalia erant. quod quidem apud ſanctos illos Pontifices, qui Chriſtianorum mores condiderunt, nunquam fando auditum eſt. Et quod his non minus flagitioſum eſt, noxiorum quoque impunitates precio dabantur. nemo literis aut vitæ ſanctimonia ad vllam ſubuehebatur dignitatem, ſolis nummis ad ſacerdotia aditus patebat. Diuites Epiſcopi veneno necabantur, quo non modo Pontificis filius, quod turpiter prodigeret, haberet, ſed etiam eius familia ſpoliis expleretur. In demortuorum locum, atque in vacua ſacerdotia, qui plus auri obtuliſſet, ſufficiebatur. His pecuniis milites conducebantur, quorum expeditio ac militia erat, principes Italiæ ex ſuis ſedibus pellere, captos forte aut fide interpoſita vocatos, interficere. Vnde tota Flaminiæ regio, & quidquid præterea vrbium ad ius Romani Pontificis ſpectabat, ploratibus ac lamentis ſonabat. Illuſtres conſtuprabantur fæminæ, virgines, pueri ingenui rapiebantur. Cuncta cruore, fuga, libidine, auaritia, omnique ſcelerum genere, fœda erant. Cumque aliquot annis hæc peſtis atque immanis bellua ita graſſata eſſet, ſeque apud omnes fere gentes ſcelerum magnitudine inſignem feciſſet,

ciſſet, nec ſumptui rapinæ ſufficerent (erat enim cum aliarum rerum, tum maxime pecuniæ largitor) duos Rom. eccleſiæ Cardinales (quos & flagitia ſua auerſari intellexerat; & diuitiis celebres erant) tollere conſtituit; quo eorum bona veluti caduca ac vacantia, atque ad fiſcum deuoluta ſibi vendicaret. Ad auertendam igitur ſuſpicionem, illos vna cum Pontifice, ad cœnam vocat. Vinum nobilioris notæ Cardinalibus porrigendum inſcientibus omnibus veneno inficit: Et eum, qui à calicibus erat, ſceleris prorſus inſcium admonet, vt de illo vino ſolis quos morti deſtinarat inter cœnandum offerat. *Epiſcopi diuites veneno ſublati.*

Cæterum, Alexander Pont. (iam enim ſceleſti Pontificatus ſupremus dies appetebat) quum forte priuſquam cæteri ad cœnam veniſſent (nam in eius ædibus conuiuium inſtructum erat) ſitis admonitu interrogat miniſtrum poculis præpoſitum; quale vinum cõuiuis depromptum eſſet? Miniſter illud ipſum vinum cui venenum immixtum erat, ſceleris vt diximus ignarus, offert (nemini enim rei atrocitatem Cæſar aperuerat) quod quum admotum labris, placuiſſet Pontifici, iuſſit apponi ſibi aliquid eſculenti: moxque ſemel atq; iterum ipſius vini potionem, nullo forte miniſtri guſtu libatam, ſecurus veneni, eo quod exploratæ fidei miniſter habebatur, hauſit. Interim Cardinales (quos diximus ad cœnam vocatos) ancipiti metu deliberare, irentne ad peſtiferas epulas, an valetudine excuſata domi ſeſe continerent? ſed quia eo rerum ventum erat, vt nõ minus periculoſum eſſet vitare, quam inire conuiuium (timebant enim ne euitato veneno, in ferrũ inciderent) præſumptis aduerſus venenum remediis, eunt ad epulas. Itaque quum omnes diſcubuiſſent, Dux Valentinienſium, & ipſe aduerſus venenum præmunitus, vultu in hilaritatem compoſito, cæpit large epulari, atq; ex eo ipſo vino, cui venenum inditum erat, quo metum Cardinalibus demeret, bibere: tanta auiditas huic monſtro inerat, necandi hos cardinales. Sed quia miniſter dum quantum de venenato vino potionibus abſumebatur, tantundem puri atque innoxii vini in lagenam imprudens adiicit, vim veneni magna ex parte mitigarat, virus in inferenda morte efficax, prima potione ſolus Pontifex hauſit, quo intra duodecim dies extincto, cæteri conuiuæ vna cum Pontificis filio, haud graui adeo morbo paulo poſt afflicti periculum euaſere. Hæc ægritudo, non minus, quam Pontificis mors, res Cæſaris funditus euertit.

Alexander Pontifex hauſto veneno perit.

euertit. nam morbo implicitus nihil negocii per ſeſe obire potuit, quum res, ſua ipſius non modo opera, ſed etiam præſentia indigeret. Itaque intra paucos dies vrbes eccleſiæ Rom. vectigales, partim antiquum imperium reſpicientes, pulſis Cæſarinis præſidiis, principes ſuos reuocarunt, partim Venetis ſeſe (vt dictum eſt) dediderunt. Cæterum, ne mortuo quidem parente, Cæſar a flagitiis deſtitit. Nam cum Pius tertius Pont. Rom. qui Alexandro in Pontificatum ſucceſſerat, vigeſimo die ab eius inito Pontificatu ſuum obiiſſet diem, ne eſſet, qui retenta duntaxat ſibi poteſtate, quam vulgo ſpiritualem vocant, imperium vrbium Italicarum Rom. Imperatori reſtitueret (id enim Pium mente agitaſſe quidam authores ſunt) pactus eſt Cæſar (incertum qua mercede) cum Iuliano Sauonenſe ciue diui Petri ad vincula tunc Cardinale, quem Pontificem creatum, Iulium ſecundum appellarunt, vt ſua opera Cardinales Hiſpani in Pontificiis comitiis ſuffragiis ineundis ipſi Iuliano adiumento forent. Cæterum, quum Iulius Pontificatum adeptus, Genuenſi religione fidem Cæſari ſeruaret, nec modo promiſſa ei non præſtaret, ſed inſuper malum minaretur, Neapolim ſe contulit. Ibi, quia Deus illum tam diu iniurias impune ferre noluit, fugiendo (vt ſæpe vſu venit) in periculum incidit, propterea quod à Conſaluo Adigario, eadem fraude, qua ille multos Italiæ principes interfecerat, fide interpoſita, comprehenſus, atque in cuſtodiam datus, in Hiſpaniam, ad Ferdinandum Regem, Hyſabellæ virum miſſus eſt; à quo in carcerem coniectus, quum diu varia conſilia euadendi animo volutaſſet, tandem ſanguinarius homo, ne ab ingenio ſuo degeneraret, ſubſidium ab audacia & crudelitate petendum cenſuit. Itaque ſimulata ſcelerum pœnitudine, vocat ad ſe quendam Cæſiæ ſectæ, cuius Diuus Franciſcus author eſt, ſacerdotem; cui ſcilicet Chriſtiano ritu peccata aperiret. Qui cum cuſtodum permiſſu, carcerem ingreſſus eſſet, in ſede procul ab oſtio carceris, de induſtria collocata, confeſſionem auditurus, conſidere iubetur. Cęſar quantum temporis confeſſioni ſatis eſſe putauit moratus, educto pugione ſacerdotem percutit, veſteque exanimati induitur, credens eo habitu cuſtodes deceptum iri. Iam primam cuſtodiam euaſerat, quum carceris præpoſitus, cæteris ſolertior, conſpecto homine ſacerdotali veſte induto, cuius cucullus (ita capitis tegumentum monachi appellant) magis ſolito in oculos demiſſus eſſet; ſuſpicatus, vt erat, Cæſarem dolum

aliquem

aliquem commentum eſſe, iniectis manibus hominem compreheñdit, agnitumque recipi in carcerem coegit. Rex Hiſpaniæ percepta ſceleris atrocitate, Cæſarem vltimo ſupplicio afficiendum cenſuit: verum precibus quorundam principum, ſententia dimotus, ita illum, ne quid ſalute deſperata ferox iuuenis grauius conſuleret, vinculis liberauit, vt prædes acciperet, qui eum quandocunque iuſſiſſet, ſiſterent, quem niſi promiſſores exhibuiſſent, pecunia regis arbitratu luerent. Non ita multo poſt Cæſar audiens, in ea Hiſpaniæ regione (quam noſtra ætas Nauariam nuncupat) inter Vaſchones & Cantabros ſita eſt, bellum exortum eſſe, & inde illi vxor erat, tituluſque dignitatis, ocii impatiens, eo confeſtim contendit: ibi à quodam Cantabro hoſte, dimicans interfectus eſt. Iulius ſecundus Rom. Pont. ægre ferens, Venetos eo audaciæ progreſſos, vt ne à rebus ad Rom. Pont. ſpectantibus rapaces continerent manus, ſæpius eos admonuit, vt vrbes Rom. eccleſiæ vectigales; deductis inde præſidiis reſtituerent: nec iniquis augeſcerent incrementis; viderent, ne expeditius ſit quædam rapere, quam continere: reputarentque nimias opes, magnæ locum facere iacturæ. Veneti præſenti inflati fortuna, haud fere reputare, ſecundas res in aduerſas facile conuerti. Itaque Pontificis poſtulata paruifacere: interdum ei etiam minari. Inuidiam nequaquam vereri. imo ſermonibus propalam ferre, ſacerdoti rerum imperium non conuenire, quaſi illud mercatori magis quam ſacerdoti conueniret. Pontifex animaduerſa Venetorum pertinacia, profundaque imperii ac diuitiarum cupidine, verbis nihil profecturis deſiſtendum ratus, armis ius ſuum tandem proſequi ſtatuit. ſed quia ſuis duntaxat armis, ac per ſe, Venetos, veritus eorum potentiam, laceſſere non audebat; querelam ad omnes fere Chriſtianos reges, partim litteris, partim legationibus defert: accuſat Venetos æque ac ſacrilegio contactos: hortatur ipſos reges, vt non modo Rom. eccleſiæ iniurias, ſed & ſuas vlciſcantur: nec ſinant mercatores regna per ſcelus occupare, vndiq; Venetis bellum concitat. Iam cæperant Chriſtiani reges Pontificis verba, non modo auribus, ſed etiam animis admittere. nam præterquam quod reges natura ipſa (cuius vis maxima eſt) vitæ ac fortunæ, vt fit, diſſimilitudine, populorum imperium auerſantur; vtilia ſimul & honeſta ſuadebat. Itaque Francorum regem per ſe quoque in Venetos male animatum rogat, vt ſe octingentorum equitum auxilio, ad Bononienſem

Cæſar aſtu ſingulari è carcere euadere fruſtra conatur.

Iohannes Bentiuola cum uxore liberiſque in fugam ſe coniicit.

expeditionem iuuaret. Decreuerat autem Iulius pontifex, quo Venetis aliena calamitate, metum incuteret, oſtenderetque ſe iam cæpiſſe res eccleſiaſticas repetere, capto, aut pulſo Ioanne Bentiuola, importuni tyranni dominatu Bononiam liberare, atque iuri Romanæ eccleſiæ vrbem omnino reſtituere: magis iræ ſuæ, in ipſum Ioannem (incertum quam ob cauſam) conceptæ indulgens, quã ciuitati conſulens. nam Italiæ ciuitatum, ob factiones ac diſcordias, omnem poteſtatẽ ad vnum conferri, intereſt. Acceptis à rege Gallo, quos poſtulauerat, equitibus, Bononiam cum exercitu proficiſcitur. Et quia nunquam prius auditum erat, quenquam Rom. Pont. (vtpote qui antehac epiſtolis potius, quam armis depugnarunt) per ſeſe, aduerſus Chriſtianos, exercitum duxiſſe, ita aduerſo rumore cæpit eſſe, vt omnium ſermonibus paſſim laceraretur. Ille vero (vt erat peruicacis ingenii) opinionem de ſe hominum, ſimul & cõſcientiam ſpernẽs, magiſq; profani principis, q̃. ſacerdotis munus obiens, intra paucos dies, Bononiam deditione cępit, Ioanne Bentiuola, vbi ciuium ſuorum voluntatem in Pontificem inclinatam cognouit, fuga cum liberis ſuis elapſo. ferunt Bentiuolam patriam relinquẽtem dixiſſe: *quantum mutauerint mores ſuos Romani Pont. vel hoc exilium argumento erit. Diuus Gregorius, ne arma in Longobardos moueret, paſſus eſt eos Italiam vexare, aſſerens ſe Dei timore ab armis arceri, Iulium vero Pontificem exercitum per ſeſe ad oppugnandum Bononiam, quod nemo vnquam Pontificum feciſſet, duxiſſe.* Quod vbi Venetis nuntiatum eſt, qui quidem malebant Bononiam à Bentiuola, quam à Rom. Pont. teneri, vocato in Senatum Ioanne Laſchare Græco homine, ac Francorũ regis oratore, multis verbis expoſtulant, eo, q; Rex Veneto Senatu inconſulto, Pontificem Venetis infenſum, in oppugnanda Bononia ſuis iuuiſſet auxiliis; & perinde ac eo facto ſocietas violata eſſet, homines inſolentiſſimi adiiciunt: haud mirandum eſſe, ſi regem pœnitebit. Laſchares admiratus Venetorum temeritatem, inquit, ſe nihil à rege habere, quod illis reſponderet: ſed ſi his videretur, ſe regem de hac expoſtulatione certiorem facturum, & quod ab illo reſcriptum fuerit, Venetis indicaturum. Rex cognitis Venetorum non modo querelis, ſed etiam minis, iram in tempus magis opportunum differens, ſeu forte ea re non admodum motus, mandat Laſchari, Venetos perhumano exciperet ſermone, diceretq; his ſe, q; Pontificem auxiliis iuuiſſet, nihil aduerſus ſocialis fidei religionem feciſſe.

feciſſe. neq; enim fœderi aſſcriptum eſſe, ne ſibi maiorum ſuorum inſtituto, Romanæ eccleſiæ res curæ eſſent, quum præſertim nihil intereſſet Venetorum, quod pulſo tyranno, vrbem ſuam Rom. Pont. recepiſſet. Interea Ferdinandus Hiſpanorum rex Philippo Belgarum, ac Morinorum duce, Maximiliani Auguſti filio, genero ipſius regis, ab Hiſpanis principibus in vlteriorem Hiſpaniam accito, prætextu regni Neapolitani viſendi, cum quadraginta circiter nauium claſſe Neapolim venit: non enim ſeſe in Taraconenſem Hiſpaniã patrium regnum tunc contulit, quo & ſponte ſua magis quam Hiſpanorum principum coactu, vlteriori Hiſpania genero ceſſiſſe videretur: & Conſaluum Adigarium tot victoriarum ſucceſſu inflatum, regiumque (vt fama erat) affectantem faſtigium, ab adminiſtratione regni Neapolitani amoueret: ſimul & vrbes Apuliæ oppignoratas, regno Neapolitano reddi curaret. Porro Ferdinandus cõnubii iure ad regnum vlterioris Hiſpaniæ, quam incolæ à Caſtulone vrbe quondam nobili, dictam Caſtiliam vocant, peruenerat. Qui dum Neapoli ageret, Venetos amicis verbis ſæpius admonuit, vt vrbes Apuliæ reſtituerent. Et licet id ſurdis auribus nequicq̃ caneret, iniuriã tamen tacitus ferebat. neq; enim vrbes illas per ſe armis repetendas cenſebat, cæteris regibus qui aduerſus Venetos ſecum ſentiebant, nondum ad gerendum bellum ſatis paratis. quippe Venetos tãti faciebant tunc Hiſpani, (nondum enim imbecillitatẽ virium eorũ in rebus bellicis detexerat fortuna) vt eos non niſi fractis prius à rege Gallo opibus eorũ, aggredi auſi ſint. nam Veneti anteq̃ Galli & Hiſpani, hi regnum Neapolitanum, illi Mediolanenſe, nõ magis armis q̃ cognationis iure obtinuiſſent, toti fere Italiæ moderabantur. tantum ſane valebat Venetorum conſilium, aduerſus reliquos Italos, ignauia ſimul ac diſcordia eneruatos. Itaq; Philippo Morino intra paucas dies febre extincto (quem diximus ab Hiſpanis principibus regem deſignatum in vlteriorem Hiſpaniam acceſſiſſe) Ferdinandus, re, quæ ad Apuliæ vrbes Venetis oppignoratas ſpectabat, infecta, Hiſpanias repetiit, reuocantibus cum his ipſis, qui paucis ante menſibus, dum genero fauent, pene expulerant: fama eſt ſatis conſtans, hunc regem, dum in Hiſpaniam reuertitur, inter nauigandum Hoſtiam (ita vocant oppidum ab Anco rege Romano conditum, qua Tyberis in Thuſcum mare influit) primum diuertiſſe, atque cum Iulio ſecundo Roman. Pont. collocutum eſſe.

Veneti ab Hiſpanis magni facti.

Imperator Alemanus Rex Romanorum dictus.

Deinde Sauone (vrbs eſt in Liguſtico littore ſita) cum rege Gallo congreſſum. Cum vtroque autem de bello Venetis inferendo, ſermonem contuliſſe. Per idem enim tempus Francorũ Rex Genuam, haud procul a Sauona diſtantem, quæ (vt fama eſt) Venetorum imprimis inſtinctu defecerat, per ſe eo cum exercitu accedens deditione ciuium receperat: non enim Senatus Genuenſis, ſed plebs, in cuius manu res Genuenſis eſt, ab officio deceſſerat. Cæterum, Maximiliano, qui & ipſe Venetis ſeſe acerrimum hoſtem præ ſe ferebat, ingenti vulnere morte filii icto, bellum Venetum (quoad is elugeret) dilatum eſt. eo magis, quia Maximilianus vano ſpiritu inflatus, primas aduerſus Venetos partes ſibi depoſcens, tam in regem Francorum, quam in Iulium Pontificem mobili eſſe animo habebatur. propterea quod ita Venetis, quas in Italia tenebant vrbes, eripi volebat, vt etiam à iure Pontificis Francorumque imperio Italia eximeretur: Atque Imperator Alemanus, quem quidam Germani principes, regem Romanum dictum, in Imperatorem Chriſtiani exercitus deſignant: in ſua ditione ſolus Italiam haberet. Vnde quidam Gallus, qui id temporis Mediolanenſibus Francorum regis nomine præerat, ſatis vrbane in Maximilianum iocatus, affirmauit, illum ingentia infirmis manibus ſemper amplecti: atque ob id & pacis & belli iura confundere, nec pacta vlla ſeruare religione: aliiſque ne quid rei gerant, magis impedimento eſſe, quam ipſum quicquam rege dignum gerere. Itaque Maximilianus contractis circiter decem millibus peditum, equitumque in agro Tridentino conſedit, primo tempore Italiam ingreſſurus. non enim deerant quidam Patauinorum, Vicentinorum, Veronenſium, Tauriſanorum, qui ei hanc expeditionem ſuſcipiendam, odio in Venetos ita ſuaderent, vt defectionem à Venetis pollicentes, certam ſpem victoriæ (adeo mortalibus fiduciam ira attollit) augurarentur. Sed quoniam, quoad ſuperatis Alpibus, quæ Italos a Germanis dirimunt, in Italiam tranſcenderet, diſſimulare bellum tutius videbatur, quam illud aperte indicare, ſeu viribus, ſeu fidei illorum, qui eum in Italiam vocabant, diffiſus, miſit ad Venetos nuntium, ſe iter Romam habere, quo ibi à Rom. Pont. imperii inſignia de more acciperet; velle ſibi Venetorum permiſſu, liceret per agrum Venetæ ditionis exercitum ducere. Veneti, vt qui in deliberando ad tutiora ſemper inclinant, vel forte alicuius Alemanni ipſorum pecunia corrupti enuntiatione, con-

ne,conſilio Maximiliani perſpecto, reſpondent, Imp^m. multis militũ copiis,quibuſcum Romam iret,haud indigere, ſe paratos eſſe in eius gratiam, cum ſuo exercitu, illum, quo vellet,deducere. Hoc nuntio ad Maximilianum remiſſo,exercitum ſuum eo proficiſci iubent,vnde Germanos in Italiam irrupturos putabant. Maximilianus ſatis intelligens ſe ſuis artibus à Venetis peti,cum paucis equitibus è Tridento in vlteriorem Alemaniam,relictis ibi caſtris,proficiſcitur: quo maioribus copiis coactis rediret, Venetoſque indicto bello vrgeret. Videbatur enim illi, iure imperatorio, vrbes Venetis parentes,repetitum iri. propterea quod Gregorius tertius Rom. Pont. abrogato Leoni Conſtantinopolitano imperio,eo quod haud recte de religione ſentiret,Ius Romani imperii in Francos primum tranſtulerat,Luithprando Longobardorum rege,eccleſiam Rom. bello vaſtante; eo maxime tempore,quo ipſe Leo vrbem Conſtantinopolitanam,ægre à Saracenis tutabatur:nec ſeſe, nedum Italiam, defendere poterat. Licet mox,cum centum annos Romani nomen Imperii Franci obtinuiſſent,deficiente Caroli magni genere in Lodouico Lotharii filio,id ius in Germanos Leo octauus Romanus Pont. contulerit: quo quidem Germani nunc quoque vtuntur, paruo admodum Chriſtianæ Reip. emolumento: quandoquidem nuſquam Chriſtiani nominis hoſtibus proximi ſint. tametſi ea gens & opibus, & virtute nulli Chriſtianorum ſecunda ſit. Interea Germani qui in Tridentinis caſtris ſtatiua habebant,ac ſi Maximilianus Venetis bellum indixiſſet,excurſiones facere, in Venetorum agros crebro irrumpere,prędas pecorum ſimul & hominum agere. Veneti ex aduerſo obuiam hoſti ire,ſuum agrum tutari,cum prædatoribus ex occaſione manum conſerere;eoſq; haud parua cæde ab incurſionibus deterrere. Gallos inſuper,cum quibus fœdus & ſocietatem Rex Lodouicus nondum ruperat. quo & Galli in cauſam deſcendentes, Alemanico illigarentur bello, rogare,vt cum Maximiliano bellum pro ſociis ex fœdere ſuſcipiant. Et quoniam Francorum rex,cupiens ſibi cũm Maximiliano omnia integra eſſe, conſcripto exercitu nihil auxilii Venètis portabat:ſed Mediolanenſis imperii fines,quietis ſtationibus tantummodo tutabatur: apparebatque haud ęgre laturum Gallum, ſi clade aliqua Maximiliani animus minueretur, quanquã Gallus non minus optabat de ferocia Maximiliani demi, quam noua aliqua cauſa,inter Venetum & Alemanum offenſam exoriri,quo

Germani agrum Venetum infeſtant.

Germani agrum Venetum infeſtant.

Venetis maius omni ex parte odium conflaretur. Igitur Veneti abuſi Maximiliani abſentia Carnos, Hiſtrosq;, quatenus hæ gentes ad Maximilianum pertinebant, ſuis per ſe copiis inuadere ſtatuųnt. Itaq; nullo hoſte occurrente, intra paucos dies quidquid oppidorũ ac vicorum in finibus Veneti imperii Alemanus tenebat, partim vi, partim hoſtium voluntate, arciṹ præfectis pecunia corruptis, in poteſtatem redegerunt. Fuerunt autem ad ſeptuaginta prope loca muris ſepta, quæ in Carnico atq; Hiſtrico agro de Maximiliani patrimonio, Veneti tunc cœperunt. Hac victoria, tametſi illa in Senatu, belli huius ſuaſoribus maximo honori ob præſentem lętitiam fuerit, quoſdam ſeniores Venetorum vacuo à perturbatione animo futura prudentius perpendentes, fleuiſſe dolore accepimus. quos quidem futuri euentus vates fuiſſe certum eſt. Quippe hoc bellum Venetis, alioqui ob cupiditatem finium proferendorum, graui oneratis inuidia, adeo auxit odium, vt non minorem illis paulo poſt cladem, quam Alemano ignominiam tunc intulerit. propterea ꝙ omnes fere Chriſtiani principes, pro ſe quiſq; fremere, regum maieſtatem in ordinem coactam eſſe, mercatores imbelles, ex argentaria officina ad imperia prodire, domi reſides, alienis oculis, alienis manibus in bello vti; regum ignauiam atque diſcordiam in conſilio habere, hisq; oſcitantibus, rerum potiri. Itaq; niſi Venetis mature occurratur, totam Italiam ſub imperium eorum breui ceſſuram; atq; infima ſummis æquatum iri.

LVDOVICI TVBERONIS DALMATÆ ABBATIS COMMENTARIORVM DE TEMPORIBVS SVIS

Liber Nonus.

IVLIVS ſecundus Rom. Pont. vbi Chriſtianorum regum in Venetos odium, noua inſuper in Maximilianum Cæſarem iniuria vehementer exaſperatum eſſe accepit, ratus reges ipſos ſeu poſitis purgatiſue ſuſpicionibus, aut diſſimulatis ſimultatibus, aduerſus communem regum hoſtem facile coituros, eos iterum legationib. fatigare inſtituit. Cu-

ius quidem authoritas opera Margaritæ Maximiliani filię, apud Chriſtianos principes multo validior fuit. quandoquidem illa iniuriis patri à Venetis illatis, concitata: non dubitauit, vel per ſeſe principes adeundo orare, vt ſocietatis armis, repeterent à Venetis, quæ per iniuriam occupata poſſiderent: nec Rom. Imperatori tantam ignominiam inuſtam vellent: quum præſertim nemo Chriſtianorum regum ſit, quem illi non laceſſerint. Igitur octauo & quingenteſimo ſupra milleſimum humanæ ſalutis anno, authore Iulio ſecundo Rom. Pont. omnes fere Chriſtiani principes partim per ſe, partim per legatos indicto conſilio, Samorobrinam conuenere; ibique inter illos ad internecionem Veneti nominis fœdus ictum eſt. Porro Samorobrinam nunc quidam Cameracenſe, alii Diui Quintini oppidum appellant. Et quoniam Pontifici nihil prius, potiusque videbatur, quam Francorum regem ſibi adiungere, vtpote eas vires allaturum, quibus hoſtes haudquaquam pares eſſent futuri, ipſum imprimis regem ad hoc bellum ſuſcipiendum enixe hortatus eſt. tametſi nolebat Venetorum opes ita frangi, vt externi reges Italiam vendicarent. vnde ferunt ipſum Pontificem legato, quem ad regem Francorum Lodouicum XII. miſit, mandaſſe, vt apud illum ita perplexe verba faceret, vt ſi rex, cuius ſolius vires, nempe vicini & validi regis, Veneti formidabant, aduerſus communem hoſtem victor extitiſſet, nihil ſibi aſſumendum exiſtimaret, præterquam quod illi Pontifex, qui ſuo præſcripto omnia agi volebat, permiſiſſet. Itaque ſocietate inita cum Maximiliano Cæſare, Lodouico Aurelienſi, Ferdinando Aragonio, altero Gallorum, altero Hiſpanorum rege aſcriptis inſuper fœderi Alfonſo Ferrarienſiū duce, Franciſcoq; Gonzaga Marchione Mantuano, huiuſmodi orationem apud Francorum regem Pontificis legatus habuiſſe dicitur. *Coniuratio in Venetos.*

Etſi, Lodouice, Rex Chriſtianiſſime, Pont. Romanum, qui plane Chriſti locum in terris obtinet, nihil magis decet, quam non modo paci ſtudere, verum etiam Chriſtianos diſſidentes in gratiam reducere, ac præſcriptis quemq; finib. continere: tamen cum non liceat pace frui, niſi eam armis quæſieris, non ſolum bellum honeſtum eſt, ſed etiam neceſſarium: modo id ita geratur, vt omnib. teſtatum ſit, non alia cauſa ſuſceptum eſſe, quam, vt eo ſuum cuique reſtituatur. Iam quartus annus circumactus eſt, ex quo Iulius Pontifex, nunquam Venetos hortari deſtitit, vt tandem latrocinio ſuo finem

impo-

Oratio Pontificis legati ad Gallum regem.

imponerent, redderentque Romanę Eccleſiæ ſaltem illas vrbes, quas recens in Flaminia occuparunt: preces adhibitę ſunt, minæ etiam adiunctę: nihil denique quo illos ad ſaniora conſilia reuocare poſſet, prætermiſſum. Qui quoniam olim negociandi conſuetudine, omnia lucro ac vtilitate penſant, nec his humana vlla iura, aut diuina obſtant, quin cuncta ſibi per ſcelus vendicent, trahant, excidantq; bello perinde ac communes omnium gentium hoſtes, vrgendi ſunt. Permittunt enim leges, faſque eſt, ſi à volentibus nequeas, ab inuitis ius expetere. Sed quia Venetorum viribus Pontifex per ſe impar eſt, mandauit mihi, vt te, rex Lodouice, hortarer, velis maiorum tuorum inſtituto, Eccleſię Rom. adeſſe: nec ſinere eam quicquam de reb. ſuis vllius latrocinio deperdere. ex nulla expeditione maiorem laudem ferre potes, quam ex ea, quæ te titulo eccleſiaſtici aſſertoris decorabit: nulla victoria hac glorioſior, nullus triumphus honeſtior. Cęteris quidem Chriſtianis regibus turpe eſt, Romanam eccleſiam aliena ope indigentem, pati eſſe deſertam. Regi vero Frãcorum Lodouico nefas, quippe cuius maiores huiuſm. defenſio maxime illuſtres, atq; apud omnes gentes celeberrimos reddidit, Chriſtianiſſimos nominare fecit. Dices forſan, Lodouice, regum religioſiſſime, non eſſe muneris pontificii, res eccleſiaſticas à Chriſtianis bello repetere, ſed potius iure deceptare. Id ita ſe habere non inficiamur. Sed Veneti magis ſimulant, ſe Chriſtianos eſſe, quam re ipſa oſtendunt. Quippe qui iuſtitiam, pietatem, innocentiam nihili ducunt: rurſus, modo vtilitas affulgeat, fraude niti, fidem violare, fœdus frangere, pro ſummo bono ſemper habuere. His artibus tot vrbes in Circumpadana Italia imperio ſuo adiunxerunt: Cretam & Cyprum inſulas interceperunt: & quia puero Cyprio rege, veneno ſublato, inuidiam verebantur; conuocatos fide interpoſita omnes, eius inſulę principes, atq; in nauibus impoſitos, ne quis ſupereſſet, qui ſpem illorum ſollicitam faceret, miſerrima omnibus morte illata in altum demerſere. Poſtremo, vbi videre nefarii homines, tot facinora ab ſe impune perpetrata, ne quid ſceleris prætermitterent, mare mediterraneum omnibus gentibus commune Dei munus, aſſidua claſſe inſidentes, cęteris negotiatoribus pręcluſerunt, quicquid nauibus ex variis regionibus conuehitur, in ſuis portoriis eſſe volunt. Atqui horum ſcelerum vltio ad Pontificem ſpectat; cui quia tantis cœptis pares vires deſunt, tibi eccleſiæ Romanæ filio natu maximo

Oratio Pontificii legati ad Gallum regem.

ximo hanc vltionem Pontifex delegat. Diffiteri nequeo, nihil magis celſi animi eſſe, nihil quod Chriſtianum magis deceat, quam iniurię obliuiſci. Quare tuas, Rex Lodouice, iniurias, quibus te, nulla ſocialis fidei ratione habita, Veneti toties affecere, haud inhoneſte etiam condonare potes: modo abſit ignauiæ ſuſpicio; & id clementia potius ſit, atque humanitas, quam animi remiſſio ac diſſolutio. Eccleſię certe detrimenta negligere, niſi à tuis maioribus degenerare velis, non potes. Supra demonſtraui, Pontificem quietis conſiliis apud Venetos nihil profeciſſe: eius authoritatem apud omnes Chriſtianos ſanctam Venetis ludibrio eſſe: horum contemptus caue, ne latius emanet: neue à Rom. Pont. ad reges facili deſcenſu perueniat. Et profecto perſuaſum habent Veneti regum maieſtatem in vulgus redigi poſſe, atq; etiam ad ima pręcipitari. Igitur nefandis conſiliis mature occurrendum eſt: ſuis ipſorum cladibus, æquo iure cum cæteris mercatoribus, viuere docendi ſunt, ſub legibus, ſub regum imperio tenendi. Nec putes factu eſſe difficile Venetorum ſpiritus infringi. in bello alienis oculis, alienis manibus vtuntur. quippe mercenarios non modo milites, ſed etiam duces habent, ſi vno prælio haud incruenti abierint, ſtatim cognoſcent, ſe nō ſua virtute, ſed aliena ignauia fortunatos, & fælices fuiſſe: licet nunc cum regibus ex æquo agere videantur. At cum tibi è diuerſo omnia Dei munere abunde ſuppetant: Cauſa iuſtiſſima (quid n. iuſtius, quam res, pręſertim eccleſiaſticas, à contactis ſacrilegio armis repetere?) Conſilium, animi magnitudo, opes, rei militaris peritia, militum tum virtus, tum multitudo, de victoria nihil dubitandum eſt. Quam cum conſecutus fueris, Lodouice, humanitatem, quę virtus reges maxime ornat, hac vel imprimis cauſa non exues; vt ſcilicet te non prædæ cupidine, ſed iniuriæ propulſandæ cauſa bellum Venetis intuliſſe omnes intelligant. Quod profecto toto Chriſtiano orbi facile perſuaſurus es, ſi victoriam, cuius ſpes magna omnes tenet, adeptus, intra fines tuos te continueris; nec tuis duntaxat, ſed quod proprium magni regis eſt, amicorum & ipſorum etiam hoſtium rationibus inſeruieris. Nam ſicut ſummi ducis eſt, hoſtes ſuperare, ita etiam his ipſis, parta victoria conſulere. Haud difficulter populi erga regē amor, in odium conuertitur, vbi fortuna obſequente cupiditatib. ſuis rex minus imperare in animum induxerit. Omnibus victoria tua grata erit, ſi inſolentia caruerit. Ne-

Reſponſum Galli regis ad legatum Pontificiū. mo non bene precabitur tibi, nulli tuum imperium graue futurum eſt, ſi non quantum fortuna ſuadebit, ſed quantum ęquitas permiſerit, & ipſe Pontifex annuerit, tibi aſſumpſeris. Hæc Apoſtolicus legatus. Contra rex (tametſi intelligebat, qua mente Pontifex modeſtiam ei ſuaderet, nempe (vt demonſtrauimus) Pontificis conſilium erat, Venetorum ſpiritus ſubmitti, non autem Francorum vires in Italia augeri) ſe primas huius belli partes libenter ſumpturum reſpondet, daturumque operam, vt Veneti dignas improbitate ſua pœnas luant: ſeque ita in poteſtate Rom. Pont. futurum, vt cęteris quoque Chriſtianis teſtatum ſit, Lodouicum Francorum regem nihil ſua ſeorſum cauſa facere, ſed omnia ad communem vtilitatem referre.

Dimiſſo Pontificis legato, conſcribit ocyus exercitum, atq; cum primum per anni tempus licuit, tranſmiſſis Alpibus Mediolanum venit. Inde miſſo Venetias vno ex aulicis nobili viro, Senatui Veneto, ſuo ſolius nomine, (& ita inter ſocios conuenerat) bellum denuntiauit. His autem verbis nuntium qui hoc bellum indixit, vſum eſſe ferunt. Lodouicus XII. Francorum rex, magnis & multis iniuriis veſtris irritatus, Veneti, vobis bellum indicit. quippe qui fœderis religionem ſæpius violaſtis, hoſtes eius auxiliis modo, ac pecunia iuuando: modo (quod his haud minus ſceleratum eſt) cum amicis regibus eum committendo. vnde non, qui prior arma mouit, ſed qui prior fœderis iura violat, is & fidem frangit, & iniurius eſt. Proinde, aut in animum inducite, pro iniuriis ſatisfacere, aut bellum accipite. Satisfaciendi autem hanc vnicam viam eſſe. Primum vt omnibus vrbibus Flaminię Pont. Rom. vectigalibus cedatis: deinde quicquid locorum vlli Chriſtiano principi, præſertim Maximiliano Cæſari, ac regno Neapolitano, quouis modo pactioneue vnquam ademiſtis, reſtituatis. præterea quoſcunq; agros, quaſcunq; vrbes Philippus vicecomes Mediolanenſium dux tenuit, imperio Mediolanenſi reddatis. Senatus Veneti princeps Leonardus Lauredanus priuſquam à Gallo rege nuntius acceſſiſſet; ſatis gnarus, quibus cum mandatis mitteretur, conſuluerat Senatum, quid regi eſſet reſpondendum.

Itaque vultu iam compoſito, vt nullam animi formidinem prę ſe ferre videretur, Gallo hunc in modum ex Senatus ſententia paucis reſpondiſſe dicitur: Cum apud Chriſtianos valde impium

pium habeatur, ſocios prodere, ſe vehementer mirari, Lodouicum Regem in animum inducere, vt Iulij Pontificis Romani ſcelerati hominis perſuaſu, credat Venetos quidquam hoſtile, ſeu aduerſus fœdus in ſe cogitaſſe, & ob ſolam ſuſpicionem, tantum ſceleris concipere, vt velit ſociis ac amicis arma inferre, cum probe ſciat rex, nullam cauſam Venetos præbuiſſe, cur deberet iure dirimi ſocietas. Quare ſe regem velle monitum eſſe, vt cum Venetis in ſocietate permaneat, nec laceſſat bello gentem Chriſtiani orbis potentiſſimam.

Veneti cõditiones à Gallo propoſitas accipere non volunt.

Ad ea Gallus ſubridens, Leonarde, inquit: Scito, Francorum Regem nihil de Venetis, aut temere credere, aut aduerſus eos inconſulte facturum: ſatis enim compertum habet, qua religione amicitiam & ſocietatem fœdere vinctam, coluiſtis. nec prꝫterea illum latet, Venetos opibus beatos eſſe, & auro mercaturis quæſito abundare. Sed hꝫc parua imperii veſtri munimenta fore putat, niſi vos ferrum texerit, præſertim aduerſus eos hoſtes, apud quos tanti eſtis, vt fortunis veſtris citra vllum periculum ſe potituros arbitrentur. Proinde opus vobis eſt, aut pari robore, aut obſequio in regem, quod ſolum, vt propediem per vos intellecturi eſtis, vos tutari poteſt. Amice monuerat Venetos hoſtis, ſed illi militiæ ſimul imperitia, ſimul prꝫſenti fortuna ſublati, vires non militum virtute, verum multitudine penſantes, cum rege bellicoſo, & optimi generis equite ſuccincto, manum conſerere ſtatuerunt; quum nullo modo prꝫlium eis committi expediret: ſed aut bellum ducere (quod quidem factu haud difficile erat. bellum enim in ſolo & ſuis ſedibus erat gerendum) aut hoſtibus æqua petentibus parere, ſua vnicuique, quæ per ſcelus occupauerant, vltro reſtituendo: & ſoli, quod inſtitutis ac moribus illorum conueniebat, mercaturæ incumbere, nec terra marique regendis imperiis implicari: propterea quod nihil minus tutum eſt, quam ingentes opes, nullis aduerſus hoſtem propriis armis munitæ. nam hæ (vt alio loco dictum eſt) alienis armis & milite externo ære conducto, tutæ eſſe nequeunt. Vt is, qui bellum Venetis indixerat, Mediolanum ad regem eſt reuerſus, Rex in Cremonenſem agrum confeſtim contendit, qui dum eo iter faceret, audiens TRIVILIVM, RHIPALTAMQVE Glareabduani agri oppida ab hoſtibus

Liuianus Venetorũ dux per Gallum captus.

recepta,atq; incenſa (hæc enim oppida indicto Venetis bello ad regem defecerant) Caſſianum aduolauit. Ibi re prius ad conſilium ducum ſuorum relata, Abduam ponte iunxit, copiasque hoſte prohibere non auſo, traiicit; ſeque illic ſub fragoribus hoſtilium tormentorum, metum ſimulans, ne hoſtes prælium ſubterfugerent, quatriduo continuit. Dux Veneti exercitus Bartholomæus Liuianus, regem loco iniquo incluſum eſſe exiſtimans, litteras ad Venetos ferocibus dictis refertas, ſuo & legatorum nomine, qui ex Venetis ciuibus in exercitu erant, conſcribebat: quibus propediem fore affirmabat, vt barbaros fuga diſſipatos, regemque ipſorum captum viderent. Gaudebant illi ea verborum contumelia, exultabantque vana, & mox in contraria ceſſura ſpe. Verebatur rex (vt demonſtrauimus) ne Veneti prælium vitando ducerent bellum.

Igitur explorato Liuiani conſilio in locum æquiorem caſtra transfert, atque hoſtem ex improuiſo dimicare coegit. Inſtructa vtraque acie, Liuianus cum pedite Italico (qui ſane hac tempeſtate imbellis eſt) & leuis armaturæ externis equitibus, primam Gallorum aciem, cui præfectus Mediolanenſium Gallicę vir nationis, cum Iacobo Triuultio præerat, adoritur, atque ita pręlium ferociter iniit, vt Gallos primo congreſſu loco moueret. Quod vbi rex conſpexit, adhortatus ſuos in primam aciem aduolauit, atque cum omnibus ſuis turmis, quod roboris in exercitu Gallico erat, impetu in hoſtem facto, confeſtim aduerſarios in fugam coniecit, capto Liuiano, cæſisque ex Veneto exercitu quatuordecim millibus hominum, pauciſſimis ex ſuis deſideratis. Quo facto, viſum eſt Italis, qui prælio interfuerunt, aciem Venetorum prorſus inermem, & ſine dextris fuiſſe; Gallos vero centimanos extitiſſe. quanquam Bazethes Othomanus Turcarum rex audito huius certaminis euentu, Gallos fortunatos appellauit: qui opificem hoſtem, ad fugam plane, quam ad pugnam aptiorem habuerit. Profligato exercitu Veneto Princeps PETILIANVS (cui ſumma imperii in exercitu permiſſa erat) cum reliquis copiis, in Brixianum agrum vrbē ingreſſurus contendit. Brixiam non admiſſus, Venetias verſus abiit, atque in oppidum, quod Venetiis tribus millibus paſſuũ diſtat (Incolæ Meſtrim vocant) conſedit. Interim Bergomates, Cremonenſes, Brixiani, ſeſe regi permiſerunt. Piſcarienſium quoq;

muni-

munimentis expugnatis, fines Mediolanenſis imperii, ad Mincium producti ſunt. Eo Veronenſes atque Vicentini, Patauinique legatos ad regem miſere; qui ſignificarent ſe, quæ rex imperaſſet facturos. Ille eas vrbes ad Imperatorem Romanum pertinere faſſus, iuſſit Maximiliani de ſe arbitrium expectare. Quo facto Francorum rex non minorem modeſtiæ laudem, quam victoriæ tulit. tametſi hac animi moderatione totum victoriæ fructum pene effuderit. nam tunc hæc præferebatur opinio, ſi cum victore exercitu, Meſtrim progreſſus eſſet, reſp. Veneta vltimum excidium fuiſſet paſſura: propterea quod illius ciuitatis plebs (quæ magna ex parte ex conuenis, atque externis hominibus conſtat, Slauenis, Albaneſiis, Græcis, & Circumpadanis Italis) nihil magis tunc optabat, quam dari ſibi opportunitatem, opes Venetorum publicas, ſimul, & priuatas diripiendi. quod quidem ſenatoribus, eorumque liberis, qui & per ſe imbelles ſunt, improuiſo malo conſternatis factu facillimum futurum fuiſſet, ſi rex caſtris ad Meſtrim, in littore Venetiis proximo poſitis, pronuntiaſſet, eorum, qui diripuiſſent, prædam futuram. At ego crediderim, Deum maluiſſe Venetos illa clade admonere iuſtitiæ, cuius alioqui eos ingens obliuio cæperat, quam funditus perdere: quandoquidem non magis Francorum regis modeſtia, quam Maximiliani mora, deinde inter ipſos reges diſſidium, rem Venetam ſubleuarit. Vnde Venetos tot regum coniuratione non obrutos fuiſſe; diuinæ clementiæ potius, quam ipſorum regum errori proculdubio tribuendum. nihil enim refert ad ſalutem Venetæ ciuitatis, ſuone conſilio an hoſtili errore excidium euitarit: quum Deus omnia fere per ſecundas agat cauſas: nec minus vitiis hominum, quam virtutibus, perinde ac voluntatis ſuæ inſtrumentis, vtatur. tametſi ille nullius vitii ſit cauſa. Nam ſi Venetorum res, ex alieno odio penderet, iamdiu corruiſſet: quũ nemo fere Chriſtianorum Principum, adeo mitis ſit ingenii, quin Venetos æque ac publicam nobilitatis peſtem, fraudum ac inſidiarum nidum, excidendos cenſeat. nempe quorum ciuitatem officinam euerſionum appellant, finitima quæq; loca recenſentem, tanquam ad prædam expoſita. Et ſane teſtantur morum eius gentis periti meliorem ac ſapientiorem, & reip. ſtudioſiorem haberi, qui inter conſultandum docuiſſet nefaria, modo magnitudo vtilitatis quæratur. Nolim autem petulantior in ſcribendo videri, quod ita Venetorum mores nudarim. nulla mihi iniuria

Liuianus Venetorum dux per Gallum captus.

Venetia Christianis principibus euerſionum officina ſunt.

hæc gens cognita eſt. Ipſe autẽ cum Chriſtianus ſim, odio neminem habeo, vt rerum qualiſcunq; ſcriptor, quę in meam ætatem incidêre, narro, plæraq; ne verbis quidem immutatis, vti accepta ſunt, trãſcribens. Dũ hęc in Veneto agro gerũtur, Iulii II. R. Pont. exercitus Rauennã acceſſit, ciuibuſq; eam dedentibus recepit, centeſimo & XL. fere anno, poſtea quam Palentanis, fide interpoſita, in vincula coniectis, eam Veneti occupauerant. Inde Ceruiam, Fauentiam, Ceſenam, Ariminum, & quidquid eo in tractu locorum, ad Romanam eccleſiam vnquam pertinuit, voluntaria item omnium deditione, in poteſtatem Pontifex redegit. Eodẽ quoq; tempore Alfonſus Ferrarienſium dux, Franciſcuſq; Mantuanus Marchio, quicquid Veneti, de eorũ imperio, ad illã diem tenuerant, recuperarũt. Vrbes item regni Neapolitani, pignori (vt ſupra demonſtrauimus) datæ, pulſis Venetis, in fidem Hiſpani regis venerunt. Satis creditur Cretenſes, Cyprioſq; deſcituros fuiſſe, ſi ad quem deficerent, habuiſſent. Idem conſilium maritimæ Dalmatiæ vrbes cæpiſſent, niſi Vladiſlaui Caſimiri regis ignauia obſtitiſſet. Porro non ſolum mediterranea Dalmatiæ, ſed etiam maritima eius regionis loca, ad Hungaricam ditionem, vt alio loco diximus, antiquo iure ſpectare, certum eſt. Quod cum Veneti non ignorarent, timerentque illarum vrbium defectionem, ne quid Dalmatiæ optimates, reſpectu priſtini, & regii imperii moliri poſſent, in eos plebem clam concitaſſe, in ſuſpicionem venerunt. nempe nobilitas ſub ius alienum neceſſario poſita, longe inclinatior eſt ad regium, quam ad populi imperium. quandoquidem dignitate domini, minus turpis eſſe videatur ſeruitus. Hoc igitur exorto ſeu fortuito tumultu, ſeu Venetorum conſilio, (neque enim id pro comperto habeo) Phariæ inſulæ (quã & Leſinam vocant) nobilitas pene deleta eſt, ea partim interfecta, partim domo, ſedibuſq; patriis extorris. Illius enim Inſulæ plebs, authore quodam eiuſdem corporis ſacerdote, adiũctis ſibi agricultoribus, prima omnium Dalmatarum arma in optimates ſumpſit. Hoc morbo in reliquos Venetæ ditionis Dalmatas, tanq̃ contagione quadam vulgato, multi Antiuarenſium Principes, a plebe ſua interfecti ſunt: Cathareni multitudine, ac viribus ſuis aduerſariis validiores, audacia etiam ſe ab impetu plebis facile tutati ſunt. Nam cum conſpexiſſent plebem vna coire, ſumptis armis eam inuadunt, atque è foro in domos citra cædem & ſanguinem compellunt. Quo facto res

Catha-

Catharena, ſubita ſeditione turbata, compoſita eſt. Cæteris Dalmatiæ ciuitatibus, magis metus, ne quid noui conſilii aduerſus Venetos inirent, intentatus eſt, quam vlla inſignis calamitas ad hanc diem per plebem illata, ſeu id Veneto de induſtria agente, ne fraude ſua plebem concitatam fuiſſe appareret, ſeu ipſi Veneti ad Dalmatiæ optimates in officio continendos, eo terrore ſatis profectum arbitrati. Maximilianus vbi accepit, res Venetorum vno prælio aduerſo vehementer acciſas eſſe, ratus occaſionem ſibi quoque oblatam eſſe, adiungendi imperio ſuo quidquid vrbium in Circumpadana Italia à Gallo Rege relictum erat, miſſo Veronam quodam Alemano epiſcopo, vrbem ciuium voluntate, in ſuam ditionem redegit. Veronæ defectione Patauini quoque Alemanicum præſidium intra vrbem accepere, prætore Veneto ſine iniuria emiſſo.

Verona ad Maximilianum deficit,

Cæterum, dum & MAXIMILIANVS contrahendo exercitu in Germania moratur, & Rex Gallorum Mincium amnem, Benachumque lacum, imperio ſuo terminum conſtituit, Veneti paulum à terrore collecti, Patauina plebe eorum cæpta adiuuante (plebs enim Senatui ſuo ſemper aduerſatur) Patauium recipiunt, pulſo Alemanorum præſidio, quod numero hominum eo minus tutum fuerat, quia Alemani Patauinæ nobilitatis voluntate, ac amicitia confiſi, nihil ſibi à Venetis, tanta ſtrage confractis, timendum putabant; ignorantes Venetorum animos, non ita mercatura corruptos, quin exiſtiment, interdum fortunæ eſſe obluctandum. Iam Maximilianus contracto ſimul peditum, ſimul equitum iuſto exercitu, fines Italiæ ingreſſurus erat, quum Venetorum oratores ad eum acceſſerunt, infimis precibus petentes, vt ſibi ad ſe adeundi, dicendique poteſtatem faceret.

Qui magis veteris Romani imperii maieſtatis, quam ſuæ fortunæ memor, & ob id elatior, aditum quidem Venetis negauit: permiſit tamen mandata, quæ pertulerant, ſcriptis edere: quæ huiuſcemodi fuiſſe dicuntur. Venetos amicitiam, & ſocietatem velle cum Maximiliano iungere, eiq; omnibus Italiæ vrbibus, totoq; continēti cedere. Polliceri inſuper quinquaginta millia nummū aureorum in ſingulos annos, perpetuo ſe penſuros, modo ille aduerſus Gallos arma ſumat. Alemanus animaduertens Venetorū poſtulatis manifeſtam

Iulius II. Papa Italiam à Gallorũ ſeruitute liberam facere nititur.

niſeſtam ſubeſſe fraudem: nec eos quidquam aliud quærere, quam ſociorum regum diſſidium, eos re infecta ab ſe dimiſit; exercitumq; Patauium admouit. nam Venetis toto continenti verè, & ex animo cedentibus, receptiſque à quoque ſociorum regum (vt inter ipſos conuenerat) ſuis rebus haud quaquam pugnare inter ſe regibus (vtpote ſublata cauſa) neceſſe erat. Veneti Maximiliani ſibi conciliandi ſpe deiecti, exiſtimantes Patauio retento, continentis quoque poſſeſſionem, haud videri amiſſam, faciliuſque cætera loca inde recuperatum iri, eo magnam vim commeatus, priuſquam Maximilianus Patauinum agrum attigiſſet, importarat; validoque præſidio vrbem munierant, data eius tutandi cura Principi Petiliano; cui (vt ante dictum eſt) ſumma etiam imperii tradita erat. Patauina vrbs ad Meduacum amnem poſita, quinque & viginti millia paſſuum à mari diſtat, tribus foſſis à Venetis perductis cingitur, quæ aqua ex proximo flumine campeſtribus locis deriuata, completæ ſunt. Vnde non ſolum militum præſidio, ſed etiam opere Patauium egregiè emunitum erat. Itaque Maximilianus cum duos menſes oppugnanda vrbe fruſtra abſumpſiſſet (nihil enim dignum dictu egit, dato documento nomen Cæſareum ſine viribus inane eſſe) à militibus inopia ſtipendii pene deſertus, in Alemaniam eſt reuerſus. Iulius ſecundus Pont. Rom. videns totam profligati Veneti gloriam penes Lodouicum XII. Francorum regem haud immerito eſſe: ſimul Liguſtico ingenio, vnde originem ducebat, quietis impatiens, ad hæc ægrè ferens, ſibi ac eccleſiæ Rom. metuens, ſi externi & maximi regum armis opprimeretur Italia, ſatis gnarus Pontificiam maieſtatem magis opibus, ac Chriſtianorum regum ſtultitia, quam religione & vitæ ſanctimonia ſtare; cæpit animo volutare, quemadmodum à Gallorum ſeruitute, eam tutam liberamque redderet: quaſi (vt plærique falſa opinione ducti arbitrantur) omnes Chriſtiani ſub quocunque hi cœlo nati ſint, non eſſent eiuſdem ciuitatis ciues, referretque quicquam Germanus Galluſve, an Hiſpanus Italiam teneat, modo illi rector non deſit, qui vna cum armis iuſtitiam colat; gentemque ingenio ſane præſtantem, ac regionis fœlicitate fortunatam, ſed ſeditionibus & deſidia laborantem, & ob id imbellem, atque opportunam externorum iniuriæ tueretur. Quo conſilio capto Pontifex omnia diuina atque humana iura permiſcuit, nec ſolum Pontificis, ſed ne Chriſtiani hominis officio fungi curauit, dum Francos ex Italia pel-

Pontifex ſolus Italiã inquietam facit.

lia pellere conaretur, non communi quidem Chriſtianorum vtilitati, vt Pontificem decet; inſeruiens, ſed quo ſecurior ipſe luxui, ac ſuperbiæ amoto cenſore indulgeret. Itaque vana ſpe inflatus, cum Venetis in gratiam rediit; omniumque Chriſtianorum principum animos, in regem Francorum ſollicitare inſtituit. Et quia Alfonſum Heſtenſem Ferrarienſium ducem, vt ſecum in regem Gallum coniuraret, inducere nequiuerat, ei bellũ indicit, crimine impudentiſſime obiecto, de vectigali non ſoluto: (eſt enim Ferrarienſium ciuitas Romanæ eccleſiæ vectigalis) vt ſcilicet eius cauſæ prætextu Ferrariam ipſi duci auferret, quam ſane vrbem ex pago in pulcherrimam Italiæ ciuitatem gens Heſtenſis redegiſſet. Hac Pontificis iniquitate, motus Bernardinus natione Hiſpanus, Sanctæ crucis Cardinalis, vir & vitæ integritate, & eruditione inſignis, clam Pontifice ſe Mediolanum contulit, atque ex tuto (erat enim Iulius Pontifex non modo præcipitis iræ, ſed etiam exitialis) Pontificem deterrere ab incępto conatus eſt, literis & nuntiis eum monens, vt Italiæ rebus compoſitis, hortaretur Chriſtianos principes ad arma aduerſus communem Chriſtianorum hoſtem ſumenda. Per ſolum autem Pontificem ſtabat, quo minus res Italiæ eſſent quietæ: quandoquidem Pontifex Rom. quæ eſt eius apud Chriſtianos authoritas, nutu poſſit omnem diſceptationem finire, modo à quietis conſiliis non abhorreat: quis enim Pont. Rom. iuſta imperanti, non pareat? quum ille ei, qui decreto eius non ſtetit, rebus diuinis poſſit interdicere? quæ pœna ſane grauiſſima eſt, nempe cui ita eſt interdictum, numero impiorum, ac ſceleratorum habetur. Et quum demum Bernardinus Cardinalis, animaduertiſſet Pontificem in pertinacia perſiſtere, conſilium Gallicæ eccleſiæ authore rege Lodouico X I I. aduerſus eum conuocauit, in quo plæriſque Gallis ob inſitam genti religionem, huic conſilio aduerſantibus, quippe quod non niſi Pontifice Roman. authore indici poteſt, multa & maxima ſcelera Iulio ſecundo obiecta ſunt. ſed quia id temporis, quidam Chriſtiani maximi principes, quorum ſocietatem Pontifices Rom. ſuis rationibus, ne dicam licentiæ, minime conducere putant, rupto nefariè pacis fœdere inter ſe ſimultates exercebãt, non ſolum ſua ipſorum æmulatione, ſed etiam Pontificis in Gallum odio, tanquam furia quadam eos committente. quicunque Francorum regi infenſus erat, is Pontificis

Rhaimundus Cardonenſis prorex Neapolitanus.

inſaniam fouebat. Itaque re alia, alio, vt fit, trahente, animiſque in diuerſa ſtudia verſis, nihil, quod aut ad inſtaurandos ſacerdotum mores, aut ad hoſtes Chriſtiani nominis, contundendos pertineret, agi tunc potuit. Depoſito igitur cenſuræ metu, Iulius Pontifex coacto exercitu, per ſe in expeditionem profectus eſt. atque dum Mirandulam oppugnat, quæ tunc cum Ferrarienſium duce erat ſocietate iuncta, ratus ibi haud difficilem victoriam fore, eo quod ciuitas minus firma eſſe videbatur, à Gallis Iacobo Triuultio duce profligatur. ſane Triuultius permoleſte ferebat, Principem Mirandulanum ciuitate ſua pelli. is enim Triuultii filiam in matrimonium duxerat. Hac clade animo haud quaquam demiſſo, imo magis ad bellum gerendum accenſo, quum Romam ſeſe Pontifex recepiſſet, vocat ad ſe Hiſpani regis oratorem, & voce ita ſublata, vt à circumſtantibus exaudiretur, Scribe, inquit, confeſtim regi tuo, vt ſi ille regnum Neapolitanum retinere velit, totis regni viribus Romanam eccleſiam aduerſus Gallos iuuet. nam horum alterutrum breui euenturum eſſe, vt aut Galli Circumpadanam Italiam ab ſuo ſeruitio liberam omnino relinquant, aut mox Italiam vna etiam cum regno Neapolitano, victo Pontifice obtineant. Quæ vbi Rex Hiſpanus ex litteris ſui legati cognouit, nullo fœderis ac ſocii regis reſpectu, veluti equus œſtro exagitatus, regi Gallo, cuius ſororis filiam in matrimonium duxerat, amicitiam renunciat, conſcriptamque octo millium hominum phalangem, atque in naues impoſitam, Neapolim proficiſci iubet, mandat inſuper Rhaimondo Cardonenſi, regni Neapolitani præfecto, vt totas illius regni vires in defenſionem Rom. eccleſiæ conuertat, atque in omnibus Pontificis voluntati obtemperet, modo ille ſtipendium militibus de ſuo numerare non recuſet. Itaque regni Neapolitani præfectus delectu habito, equitum frenatorum mille, peditum cum Hiſpana legione duodecim millia confecit, atque magnis itineribus Bononiam contendit, quæ paucis ante menſibus (vt ſupra demonſtrauimus) Pontifice in fugam à Gallis coniecto, ab imperio ipſius Pontificis defecerat, Bentiuolis in patriam reſtitutis.

Porro Iulius Pontifex (vt alio loco diximus) veteribus inimicitiis incitatus, magno Bentiuolas odio proſequebatur, ſeu animi morbo indulgens (nam ex hominibus, & his interdum [illegible] ſtu-

d:eſis,

dioſis, fiunt Pontifices) ſeu tyrannidi ipſius familiæ infenſus. Quod *Veneti a-*
vbi Galli, qui in Circumpadanis agris ſtatiua habebant, intellexe- *grum Fer-*
runt, miſſis auxilio quinque Vaſchonum cohortibus, Bononiam *rarienſem*
aduerſus Hiſpanos egregie tutati ſunt. Nam cum Hiſpani per rui- *inuadunt.*
nas murorum, quos tormentis demoliti erant, vrbem ingredi conarentur, multis ſuorum amiſſis, primo à muris repulſi, mox etiam in caſtra redacti ſunt. Veneti duorum Chriſtiani orbis potentiſſimorum regum inſania abutendum rati, & terra & mari rem pro viribus gerere conſtituunt. Itaque decem & ſeptem triremes nautis ac remigibus magis, quam militibus inſtructas hoſtium Padi, qua is haud procul Atria, nobili olim Tuſchorum Colonia mare influit, petunt. atque aduerſo flumine ſubeuntes Ferrarienſem agrum inuadunt.

Quod vbi duci Ferrarienſium Alfonſo nuntiatum eſt, confeſtim armat ſuos: & erant id temporis Ferrarię quidam etiam Galli milites: atque hanc manum trifariam diuiſam, aduerſus hoſtem eduxit, vnā partem populatoribus obſiſtere, aliam præcludere fugam hoſticis nauibus iubet: cum tertia ipſe Venetas naues aggreditur.

Itaque prædatoribus partim cæſis, partim fugatis, ex decem & ſeptem nauibus quindecim capiuntur: duæ reliquæ, quæ agmen coegerant, nec multum ab hoſtio Padi proceſſerant, in altum refugerunt. Alfonſus tractis Ferrariam captiuis nauibus, naualia his exædificauit: eoque eas monumentum naualis victoriæ, omnibus conſpiciendas, magno Venetorum dolore ſubduxit. Quippe qui tantam rerum commutationem ægerrimè ferebant, recordantes, ſe, antequam de ſuis opibus rex Gallus bello illato non parum dempſiſſet, ſub ditione pene ſua Ferrarienſes habuiſſe. Sane Veneti, impudenti quadam arrogantia, prætorem quotannis, duce Ferrarienſium inuito, qui & ducis conſiliis intereſſet, & ius Venetæ nationi diceret, Ferrariam mittebant. Ad hoc (dictu quidem ridiculum, ſed quod de maieſtate ducis multum detraheret) non licebat Duci tuba ſignum, ſed cornu Ferrariæ canere, quum prætor Venetus in eadem vrbe, quoties ſignum canendum eſſet, tuba vteretur. Porro Veneti cum aliquando Ferrarienſium diſſenſionibus freti vrbem fraude occupaſſent, coactu Pont. Rom. quibus diximus conditionibus, præſidium inde deduxere, vrbe Heſtenſibus re-

Brixiani à Gallo deſicere nitũtur.

ſtituta. Iiſdem fere temporibus Veneti hac maritima infælici expeditione inſcitiam atque ignauiam præfecti claſſis coniecta (ſemper enim apud Venetos res bello male geſta ducib. adſcribitur) diſſimulataq; cõſternatione terreſtres copias (licet hæ admodum tenues eſſent) Brixiam, quæ iam Gallicum iugum gentis inſolẽtia, atq; libidine excutere cupiens, ad defectionem ſpectabat, inſcientibus Gallis admoueri iubent. Itaq; Brixiani populi voluntate vrbẽ recipiunt, direptis eorum bonis, quos Gallicę factionis eſſe conſtabat. Galli audita Brixiana defectione, Brixiam duce Caſtone Foiſio accurrũt, atq; per arcem, q̃ Gallicum adhuc pręſidium tenebat, vrbem ingrediuntur, diſpoſitis prius ad omnes vrbis portas militum ſatis validis ſtationibus, ne quis hoſtium fuga elaberetur. Venetus exercitus, fretus Brixianorum voluntate, ad arcẽ, vbi Galli hoſtem inſtructa acie operiebantur, & ipſe ad pugnam paratus accedit. Itaque vtraq; ex parte clamore ſublato, acerrimum primo concurſu accenditur certamen. & eſt campus intra vrbem arci ſubiectus, mediocribus explicandis aciebus, non admodum incommodus: porro neutra pars iuſtum exercitum habebat: propterea quod Venetorum res iam acciſæ erant, Galli vero copias ſuas minuerant, milite in multa diſtributo præſidia. Sed Venetus exercitus, per ſe à Gallo facile vinci aſſuetus, vtpote mercenarius, & pro aliena rep. dimicans, vbi vidit Brixianos armatum hoſtem non ſuſtinere, ſed acie paulatim excedere, atque arma ab hoſte auertere, quoſdam etiam fugæ ſeſe mandare, & ipſe eodem terrore corruptus, terga hoſti dedit. Et quia exitus ex vrbe non patebat, cædes omnia obtinuit, milites Itali ad vnum fere omnes, cum magna Brixianorum parte trucidati ſunt, vrbis fortunæ direptæ. Andreas quoque Grictius ciuis Venetus, qui mercatura intermiſſa, cum exercitu Veneto Brixiam ingreſſus fuerat, viuus captus. nam is ſuorum acie inclinata in hoſpitis cuiuſdam ædem pauidus profugerat: atque ita hoſtium furori ſpatio dato, præter captiuitatem nihil in eum grauius conſultum eſt. Interea Hiſpani omiſſa Bononiæ oppugnatione caſtra in agrum Rauennatem transferunt, quo magnam vim varii commeatus mari Adriatico ex Apulia conuexerant: cum Gallis enim ſigna conferre vehementer cupiebant: Rurſus Galli ægre patiebantur, Hiſpanum armata manu ſuam prouinciam inuadere. Itaque Caſton Foiſius, Francorum regis ſorore ortus, cui ſumma rei Gallicæ in Italia permiſ-

permiſſa erat à rege, iuuenis raro animi, ſimul & corporis robore, luſtrato ad Ferrariam exercitu, pergit ad hoſtem. Hiſpani, vt ſunt inſita vafri calliditate, prælium ex occaſione commiſſuri, & Gallos (vt ſæpe alias fecere) temporis ſpatio ſegniores ad dimicandum redituri, collem ſatis æditum, tribus millibus paſſuum Rauenna diſtantem caſtris ceperant, nec facile aduerſarii illos munitionibus ſeſe tenentes aggredi poterant. Itaque Galli vt in æquor traherent Hiſpanum, ſimulant ſe Rauennam oppugnatum ituros. Et haud difficulter fides habita eſt. nam ſatis conſtabat, & Gallos neceſſariarum rerum inopia vrgeri, & Rauennam commeatu abundare. Dux igitur Hiſpanus non ad cætera eius nationis ingenia ſolers Rauennam defenſurus, collem neceſſario relinquendum cenſuit, propius vrbē inſtructa acie conſtitit. Quod vbi Galli conſpexere, votum ſuum impletum rati, ſigna in hoſtem extemplo conuertunt. Primo ingens ſtrages hominum, iumentorumq; tormentis vtrimq; ædita eſt, mox gladiis res geri cœpta. Iā Gallo equite acriter inſtāte, Hiſpana acies nudata erat equeſtri magna ex parte auxilio, equitibus Hiſpanis aut captis, aut in fugam coniectis; pedes tamen eius gentis nondum loco motus acerrimam aduerſus Vaſchones, Alemanosq; atque Boemos Gallorum mercenarios ciebat pugnam. Quod Caſton Foiſius conſpicatus equo deſcendit, & peditibus permixtus hortatur Vaſchones, adniterentur paululum, pulſos hoſtium equites, partamq; victoriam eſſe. Pedites Hiſpanos ſolos, ab equite deſertos, in acie adhuc ſtare, non pugnandi ardore, ſed fugæ deſperatione. Quæ dum inter ſuos Dux armis inſignis agit, telo è tormento ab incerto authore emiſſo ictus, concidit. Quanquam eo tempore rumor non defuit, Caſtonem à Vaſchonibus popularibus ſuis, per iram interfectū: quós ſane ſegnius ſigna inferentes, pugnamq; remittentes, ferro, ac vulneribus in hoſtem redigere cœperat. Porro Vaſchones, quemadmodum & Hiſpani, eius ingenii ſunt, vt facilius blanda oratione, quam vi ad officium impellantur. Sed quia eodem tempore Alfonſus Ferrarienſium Dux cum auxiliis aduenerat, nihil fere terroris Gallis mors ducis intulit, ſpe metum æquante. Cæterum, Hiſpani non modo ab equite ſuo, ſed etiam à duce militiæ imperito (nunquam enim ante hac exercitum duxerat) deſtituti, languidius pugnabant: nec iam in re trepida ſpes fere ſalutis, quam in fuga apparebat: at tamen pertinax in tenui ſpe certamen non omnino omittebant,

Caſton Foiſius è Francorum regis ſorore natus.

Vaſchonũ mores. tebant. Itaque ſine vllius imperio (nempe veterani) in orbem coeunt: atque interdum procurrendo, quos hoſtium nacti eſſent, concidebant.

Quare Galli, tametſi Hiſpanorum timore, ac deſperatione alacriores effecti eſſent; tamen propius adire non audentes procul tela coniiciebant. Sed poſteaquam Ferrarienſium Dux Hiſpanos tormentis vrgere cœpit, Galli, redintegrato clamore, ſigna obnixi inferunt in hoſtem: tandemque haud diſſipata fuga cedentem in proximos montes compulere. Cæſa eſſe ex vtraque acie ad quindecim millia hominum dicuntur. Sed rem miram, & quę, neſcio, an vnquam prius vſu venerit, qui huic prælio interfuere, accidiſſe affirmant. Gallos quum & multo plures cecidiſſent, & ducem amiſiſſent, pro victoribus diſceſſiſſe: ſeu ob hanc forte cauſam, quia hoſtium dux nullo vulnere accepto prælio exceſſerat, fuga cum paucis arrepta, pugnantes adhuc ſuos reliquerat: ſeu quia plures Galli (maioribus enim copiis certamen inierant) incolumes ſuperfuerant: locumque in quo dimicatum eſt, prælio functi haudquaquam deſeruerant, ſenſu forſan caſus ducis, qui militum animos conſternare ſolet, non niſi peracta pugna ad Gallos perueniente. Victores, hoſtibus fugatis verius quam victis, Rauennam vi irrumpunt, præterquã commeatum, quem diximus eo importatum ab Hiſpanis fuiſſe, bona ciuium diripiunt. Mox conquiſitum Caſtonis Foiſii corpus, curatumque & feretro impoſitum, Mediolanum ad ſepulturam deuectum, ibique pro tanti ducis, ac regii conſanguinei dignitate, omni rerum verborumque honore à Gallis atque Italis funus eius celebratum. Inde caſtris motis vrbes Flaminiæ nomine concilii Gallici occupantur; Duce quodam Sancto Serenitate ciue Mediolanenſe, Romanæ eccleſiæ Cardinale ſacerdote, qui cum Bernardino Cardinale (de quo ſupra meminimus) aduerſus Iulium Pontificem nequicquam coniurarat, regibus Chriſtianis, vt dictum eſt, in diuerſa ſtudia diductis. Rex Hiſpanus audita ſuorum aduerſa pugna, reque, vt geſta erat, cognita, & ob id parum admodum perturbatus, magnam Hiſpanorum partem ad arma concitat, confeſtimque ingenti exercitu confecto, Vaſchonum fines Gallicę ditionis, qua illa gens Pompelonenſes attingit, ingredi iubet, ad Pompelonẽq; vrbem, quæ tunc in ſocietate Galli regis erat, ſedem belli conſtituit: eo conſilio, vt inde Aquitaniæ imminens, Francos

ab

ab Italia auerteret. Maximilianus quoque, qui & per ſe Gallis gloriam ſemper inuidit, Germanos milites, qui mercede conducti cum Gallis in Italia militabant, Hiſpani regis affinis ſui Pontificisque Romani rogatu inuitos domum pro authoritate ſua reuocat, vt erat homo nouandis rebus quam gerendis aptior. Quod autem hi Germani Gallorum mercenarii legionem ſuam inuite abduxerint, id argumento eſt, quia è caſtris Gallicis abeuntes, ſua ſponte (neque enim ad id cogi poterant) iurarunt, ſe in Gallorum regem arma nequaquam verſuros, ſed confeſtim domum repetituros: nefas exiſtimantes aduerſus eum dimicare, cuius paulo ante milites extitiſſent. Quorum mentes ſi Maximilianus, eorum princeps, vt debuerat, eſſet imitatus, haud ſane ab officio ita facile diſceſſiſſet, deſtituendo iniuria regem ſocium ac de ſe aduerſus Venetos optime meritum. niſi forte honeſtius ſimul & vtilius viſum eſt, Pontificis Romani ac regis Hiſpani, neceſſarii ſui morem gerere voluntati, quam ſinere regem Gallum opibus Italiæ adauctum, ſuper cæteros reges eminere, inuidia, quæ animum vehementer mordebat, hac honeſtatis ſpecie obtecta. Eodem quoque tempore ad duodecim millia Heluetiorum à Pontifice Venetisque mercede conducta in Circumpadanam Italiam cum filio L o d o v i c i Mauri, cui Mediolanenſe imperium Gallorum Rex paucis ante annis abſtulerat, irrumpunt. Nec Morini ac reliqui Belgæ, qui nepoti tunc Maximiliani parebant, Britannusque rex ab hac coniuratione aduerſus Gallos inita abfuere; quorum alter nepos ex filia regi Hiſpano erat, alter vnam ex filiabus ipſius regis, matrimonio ſibi coniunxerat. Hac tanta belli mole in Gallum regem concitata, facta eſt repente magna rerum commutatio.

Vrbes Flaminiæ nomine Concilii Gallici occupantur.

Nam Gallus retentis ſolummodo arcibus vrbium Circumpadanæ Italiæ exercitum ex Italia, in Galliam neceſſario reuocauit: atque ita arma quacunque hoſtis ſpem belli gerendi præbebat, circumtulit, vt nullam occaſionem illi dederit, vllam Gallico regno iniuriam inferendi. Rhaimundus Hiſpanus Dux, cuius culpa paucis ante diebus in agro Rauennate ab Hiſpanis male pugnatum erat, ſimul ac Gallos Italia exceſſiſſe audiuit: eaſque regiones, ex quibus illi digreſſi erant, ſociis Germanorum armis obtineri, reparato exercitu (& ita ab Hiſpano Rege ei

man-

Rhaimūd' exercitus Hiſpanici contra Gallos dux.

mandatum erat) ignominiam turpi fuga acceptam dempturus, eò confeſtim perrexit. Nec ſolum vrbes, quas Galli reliquerant, ſocietatis nomine, quam, quia Pontifex princeps eius fuerat, ſanctam appellabant, intra paucos dies occupauit: ſed etiam Mutinam, & Reginenſium ciuitatem ab Alfonſi Heſtenſis imperio auertit; quandoquidem Alfonſus, vt à rege Gallo deſciſceret, adduci non poterat: exiſtimans Gallorum ſocietatem, quoad hi Mediolanum retinerent, maximo rebus ſuis aduerſus omnes hoſtes munimento fore. Interea ab Heluetiis Pontificis, & Venetorum conductitiis, quũ iam dies ſtipendij accipiendi veniſſet, atque forte Veneti & Pontifex ambigerent, qui eorum pecuniam militibus numerare deberet, procacius ſtipendium flagitatur, atque eo ſeditionis peruentum eſt, vt Venetos ad exercitum legatos, Heluetii vincirent, quos mox accepto ſtipendio liberos abire permiſerunt. Ipſi vero latronum ritu graſſantes, multis Venetis oppidis, ac vicis direptis, in ſuas ſedes redierunt: dato documento, eos quibus nihil ciuilis roboris eſt, imperio potiri, (vt alio loco diximus) non poſſe. nam nihil aliud eſt externos milites conducere, quam tyrannos ac dominos propria mercede paratos habere. Dum hæc inter Chriſtianos Iulii ſecundi Pont. Rom. imprimis inſtinctu, qui (vt diximus) huiuſce diſſidii, author, concitatorque extitit, geruntur; Bazethes Othomanus Turcarum rex ſenio, ſimul & ęgritudine prope confectus, intelligens ſe neque regendo imperio iam parem eſſe, neque à fine vitę nimium abeſſe, conſtituit depoſito imperio vnum ex liberis in locum ſuum regem ſubrogare, quo & populares imperatore regiæ ſtirpis non indigerent, ſi quis hoſtium pacem eorum laceſſeret: & ne, vbi ipſe exceſſiſſet, regnum Turcaicum fratrum diſſidio & mutuo conflictu (ſunt enim apud Turcas viſitata fratrum de regno certamina) primum in multos principatus diuideretur: mox diuiſum & ob id debile effectum, aut hoſtili iniurię expoſitum eſſet, aut per ſe domeſticis armis attritum euerteretur. Porro erant Bazethi multi vtriuſque ſexus liberi ex variis captiuis mulieribus ritu Turcaico ſuſcepti: apud quos ſane mos eſt, eodem cultu habere ex ancillis natos, quo & iuſto matrimonio ſuſceptos, ex quibus præter fœminas. quatuor duntaxat mares tunc ſupererant, cęteris (vt fama eſt) partim veneno patris opera ob defectionis ſuſpicionem necatis, partim morbo abſumptis. Horum maximus natu Cichanes appellatus eſt; poſt hũc

Achi-

Achimates fuit, deinde Corguthes, vltimum Selynem vocarunt. Conuocat igitur Bazethes ſeorſum ſingulos eorum, quibuſcum de magnis rebus conſultare conſueuerat, quo quisq; amotis arbitris, ſuam liberius promeret ſententiam. Sciſcitatur quemnam ex liberis ſuis potiorem regno adminiſtrando cenſerent. Purpuratorum opulentiores, quique ocio & quieti dediti erant, Achimatem maxime probabant, vtpote mitis hominem ingenii, nec vlla notum in ſuos aſperitate. Armorum vero ac belli cupidiores, Selynem imperio magis idoneum putabant. Etenim vir ardentis animi, & bellis gerendis natus eſſe videbatur. Maximum natu regulorum, regno indignum omnino cenſebant, eo quod ceruicoſior eſſet, nec ſuorum conſiliis obtemperans paternę etiam admonitionis impatiens: licet & ampliſſimam Satrapeam in Aſia obtineret, & filium rarę indolis haberet: cui tamen neq; ordo paternæ ętatis, neq; ius gentium, neq; animi dotes, regnum conciliare potuerunt, voluntate aui obſiſtente. Qua ſane inſigni iniuria adoleſcens agitatus, non ſolum in Achimatem regem deſignatum, ſed etiam in ipſum auum ingens concepit odium. quod ſtatim detexit, (vt paulo poſt demonſtrabimus) quum primum explicādæ irę nactus eſt opportunitatem. Corguthes vero ne in conſultationem quidem, vtpote virili ſtirpe orbus veniebat. propterea quod Turcæ eum regnare haud facile permittunt, cui ſpes ſobolis adempta eſt. quod quidem eo conſilio faciunt, ne rege ſine liberis defuncto, regnum aut omnino interiret, aut ad quempiam ſeruorum, ſobole regia extincta, delaberetur: cum omnes fere, qui apud Turcas in ſummo magiſtratu ſunt, vnde gradus ad imperium facilis, aut ſerui ſint, aut libertinę conditionis. Tandē cum aliquamdiu de rege conſtituendo conſultaſſent, decernunt regem Achimatem Satrapem Amyſinum, moderati & iuſti regis indole apud Turcas celebrem. Cęterum, quo ſine tumultu ex Amyſo Conſtantinopolim Achimates deduci poſſet; prętextu Sophiacę expeditionis, mittitur in Aſiam cum parte regii exercitus Halis quidam ex regiis purpuratis, regi deſignato ad Sangarium amnem (ita enim inter ipſos cōuenerat) occurſurus. Nec inepte Achimatis amici hanc ſimularunt expeditionem, propterea quod quoſdam Aſciaticos Turcas per id tempus tumultuari ſermonib. ferebatur. Sophiæ autem apud Machometanos, à quodam Heliſophia Machomethis genero denominati ſunt. Qui quidem inter cęteros Machomethanarum

Turca ex ancillis natos eodem loco habēt quo è matrimonio iusto susceptos.

Sergius Monachus ritus expiãdi nous auctor.

narum legum ſcriptores præſtare dicuntur. Multi autem Machomethanas leges vani aſſimilatione ſanctiſſimorum virorum, qui Chriſti Euangelium conſcripſere, litteris mandarunt, quas ſane Machomethes vaferrimus hominum, quo rudẽ litterarum gentem in ſuam ſententiam facilius induceret, cœlitus ſibi traditas, ſeque à Deo miſſum æque ac CHRISTVM ſatis efficaci fraude ementitus eſt; ſi non ex animi bonis, & vera felicitate, ſed ex terreno imperio, ac præſentib. opib. exitialem ſectã ęſtimare velis: quandoquidem, ſiue Dei in nos ira, ſiue noſtra ignauia, maximam orbis terrarum partem, non ſine Chriſtiani nominis dedecore, ac detrimento, Machometani armis occuparunt. Sed Aſiatici vtplurimum Heliſophię libros in precio habent: reliquorum ſcripta non magni faciunt. Inde ratus, vt fit, diuerſitate inimicitias conflante, Machomethanis ſimultates intercedunt: differunt autem Sophię à cæteris Machometanis ritu ſolum ſacrificandi (nam omnium eadem de Deo opinio) quippe Sophiæ ſupplicationibus tantum Deum placãt, quum reliqui Machomethani aquæ ablutione ſcelera expiari poſſe putent. quem ſane expiandi morem Sergium Monachum, ne deeſſet ſacerdos, qui veram religionem oppugnaret, ritu à Chriſtianis tradito, inſtituiſſe ferunt, licet nos à prima luſtratione illa, quam nefas eſt iterare, qua ſane originalis macula eluitur, commiſſi pœnitudine, moxque emendatione, addita ſacerdotis prece ac cenſura, expiationem fieri æſtimemus, Chriſti imprimis litatu, omnem humanam labem expiante. Non latuit Corguthem, Lydiæ Satrapem, regis conſilium, ipſius conſiliariis rem prodentibus, quos ille donis & pollicitationibus ſibi nequicquam conciliarat. Sane quilibet liberorum regis, ſuos apud patrem parare ſolet fautores. Itaque quaſi deſperans de ſucceſſione paternę fortunę, cœpit Selyni in ſpeciem regnum moliri, ratus eo in fratrem ſtudio, & illius voluntatem redemptum iri, nec ſuis votis propter ętatis honorem id magnopere obſtiturum. Credebat enim Achimate primo loco deiecto, aut ſeſe ipſum locum adepturum, aut, ſi ad ſpem euentus non reſpondiſſet, Selyne non ſine ſua ſuffragatione rege declarato, ſe nõ modo ampliorem, ac opulentiorem Satrapeam habiturum, ſed etiam ſalutem ſuam in tuto locatum iri. quanquam nullo officio frater fratris in regno Turcaico conſtituti, gratiam redimere poteſt, amore ſecuritati cedente.

Nam

Nam ferox gens Turcarum ex multis nationibus contracta, ſicut metu magis, quam caritate regibus ſuis paret: ita & reges, magis terrore, quam beneficentia ſubiectos in officio continere ſolent. Satis autem conſtat, *timorem haud fidum eſſe regni cuſtodem.* Subditi enim quem timent, aut perire cupiunt, aut alio ſaltem rectore mutare. Nec flagitioſum apud Turcas putatur, fratri de imperio deturbato, fratrem ſeu quemlibet alium eiuſdem familiæ in regnum ſubſtituere. nempe non minus ad familiam regiam, quam ad regem imperium ſpectare cenſent. Inde nulla ſunt apud Turcas acerbiora odia, quam eorum, qui in eandem ſpem regni geniti ſunt. Hic autem ille Bazethis filius Corguthes, qui admodum puer à Mechmete auo in Aſiam proficiſcente, Conſtantinopoli relictus, auoq; paucis poſt diebus in Bithynia extincto, quoad Bazethes pater eius ex Gallatia, quam victui ſuo attributam tenuerat, Conſtantinopolim accederet, in ſede regia, à paternis amicis collocatus, ea conditione, vt fama eſt, patri ſedem ipſam regiam conceſſerat, vt illi ipſe in regnum ſuccederet. Qui quidem Bazethe de imperio deponendo agitante, dum parentem Achimathi deditum putat, in Ægyptum abierat, illius regis animum tentaturus, vt ſcilicet externo auxilio id efficeret, quod videbat patris voluntate ſibi negari. vnde Bazethes hoc Corguthis conſilio vehementer permotus, ingenti ſumptu eum ab Ægypto domum reuocarat, rege Ægypti haud inuito. Magnis enim muneribus ne reditum Corguthis moraretur, cultus fuerat. *Corguthes ex Ægypto in Lydiam redit.*

Corguthes igitur vbi in Lydiam rediit, commutandam ſibi conſilii rationem arbitratus, totum ſe ad Selynis amicitiam adiunctum, (vt paulo ante demonſtrauimus) videri volebat. Itaque ad Selynem in Capadociam Trapezuntium, vbi ille Sattrapeam obtinebat, nuntium confeſtim mittit, qui Bazethis in Achimathem animum ei indicaret. ſimulque hortaretur illum, vt in Europam tranſgreſſus bellum patri excitaret. In idque omnibus viribus incumberet, vt Sarmatas, atq; Europes Turcas ſibi conciliaret. nam his in ſocietatem deductis, paternum Achimati ſtudium, non admodum profuturum. Et, ne Alys dux regii exercitus, cum Achimate, quem diximus, regem eſſe deſignatum, coniungi poſſet, vireſque in vnum conferret, clam iniit ſocietatem cum quodam latrone eius ſectæ, quam diximus apud Turcas Sophiacam

Corguthes ex Ægypto in Lydiam redit.

appellari, eique perſuadet aduerſus Halydem paternum ducem bellum ſuſcipere.

Hic autem latro aliquot ante menſibus adſcita haud contemnenda ſui ſimilium manu, cum ipſo Corguthe ſimulatis (vt quidam opinantur) inimicitiis manum conſeruerat: eumque acie ſuperatum ſeu ſimulato metu ſponte cedentem, ad mare Phoceam compulerat, nec paruam deinde montanæ Mæoniæ partem occuparat: aperteque ab Othomanis deficiens, vicinas regiones latrociniis infeſtas reddebat: prædicabatque ſe quoque, vt paſtorem quondam Othomanum, à Deo in magnam vocari fortunam. Etenim Othomanus, cuius ſoboles multis Aſiæ atque Europæ regionibus nunc imperat, ex paſtore latro (vt ſupra demonſtrauimus) effectus, ſucceſſu rerum proſpero, ad regium faſtigium acceſſerat. Itaque Selynis ſuaſu latro fit obuiam Halydi in radicibus Dindymi montis, quo priuſquam Achimates regiis opem laturus, quem Amyſo iam profectum conſtabat, eo cum copiis ſuis acceſſiſſet, manum cum hoſte confereret, ratus & ſe tutius cum vno exercitu, prælium initurum, & Halyde profligato, viam ad imperium Achimati præcluſum iri. Halys vbi animaduertit latronem, acie inſtructa ex aduerſo venire, & ipſe ſuos arma capere iubet, atque in latrones impetũ facere. Cõmiſſo certamine atrox editur cędes, vt fieri neceſſario ſolet, inter eos, qui & rari loricis corpora inter pugnandũ muniunt, & ad mortem inſita animo ferocia promptiſſimi ſunt. ibi Halys dum in primam aciem prouectus equo, hortatur ſuos, à Cichanis filio, (de quo ſupra meminimus) per dolum interficitur eo conſilio, vt regiis audita ducis nece, pauor & conſternatio iniiceretur. Is autem Bazethis ex filio nepos quamuis eſſet patris iuſſu inter regia auxilia, tamen Cichane inter hunc tumultum repentina morte dum inter epulas cum æqualibus largiore vino vtitur, exanimato: cognitoque aui in Achimathem ſtudio, Selynis partes ſecutus eſt, ne Achimatis rem, quem (vt diximus) vehementer oderat, copiis ſuis augeret. tanta ſane illi, ſeu explendæ iræ cupiditas extitit, ſeu id fortuna agente, vt etiam eorum conſiliis, res Selynis, cui plane Deus imperium deſtinarat, iuuaretur, quibus ipſe mortem mature erat illaturus.

Itaq; Cichanis filius Selyni ſeſe adiungit, neſcius futuræ ſortis; nec animaduertens, quã ſua parum intereſſet, Selynes an Achimates

regno potiretur: nempe ab neutrô ille conſeruandus erat. Quandoquidem Othomanis regibus (vt docuimus) ſolenne ſit, in ſecuritatem ſuam, quam ipſi imperii conſeruationem appellant, omnem cognationem & ſtirpem regiam præter liberos interficere. Porro ſolis liberis parcunt, ne ſubſidia ſpei intereant, & regni deſit cuſtodia. Phalanx regia, vtpote militiæ aſſueta, duce amiſſo, neque animum deiicit, neque vlla ex parte pugnam remiſit: ſed latronum impetum præſenti animo ſuſtinens, hoſtem incruenta victoria potiri haud quaquam permiſit. Tandem multis vtrimque deſideratis, latrones in proximos montes ſe contulêre: regius vero exercitus haud effuſa fuga caſtra repetiit. Interea Selynes natu vltimus regulorum magni vir ſpiritus, cognito patris conſilio, inſita animo induſtria, haud cunctandum tali tempore ratus, aliquem in Thracia locum Conſtantinopoli vicinum occupandum cenſuit; ſatis gnarus, qui regulorum ſedem regni tenuerit, eum imperio quoque proculdubio potiturum. Commiſſa igitur cuidam ex amicis Trapezuntina zatrapea cum quinquaginta lembis in Euximum mare enauigat, atque in Tauricam Cherſoneſum, quo loci diſtantia, patri, eius in Europam aduentus, minus ſuſpectus foret, curſum dirigit. eam regionem à Taphor nobili vrbe, Capham corrupta antiqua voce, ætas noſtra nominat. Cherſoneſo, pulſo inde patris præſidio, in poteſtatem redacta, filioque ſuo attributa, Sarmatas Cherſoneſi accolas, quos nunc Tatharos dicunt, ſibi amicitia affinitate cum his contracta iungit. nam filiam Tathari regis, filio ſuo in vxorem accepit. Itaque ex illis gentibus, ipſius regis voluntate, ad tria millia armatorum facile confecit. licet hæc natio, ferox illa quidem, ſed ad pugnam cominus ineundam nullius fere vſus ſit: vtpote ſagittis emiſſis magis terga vertere, quam gladio rem gerere aſſueta. quibus ſuis copiis adiunctis, nauibuſque impoſitis contendit, qua Iſter in Pontum influit. Inde Iſtri hoſtia prætervectus ad Iſtropolim Tomoſque, & circa illa loca copias ſuas exponit. Mox Mœſiæ vlteriora petens inter Ænum montem, & Danubium amnem; in Tribalorum agro conſedit. Inde credens patrem cæptis ſuis (quia nemo obuiam ſe tulerat) haud obſtare; tranſgreſſus Ænum, ad Rodopem montem acceſſit. Hinc ad patrem, Hadrianopoli tunc agentem, litteras querelarum plenas dedit; petens, vt ſibi eum adire liceret: Bazethes enim metu terræ motus aliquot ante menſibus è Byzantio Hadrianopo-

Filius Cichanis Selyni ſe adiungit.

Epiſtol. Selynis ad Bazethi.

lim (vrbem ad Hebrum amnem, haud procul à Rhodopes radicibus ſitam) ſeceſſerat. ferunt autem epiſtolam in hanc ſententiam conſcriptam eſſe. Selynes Bazethi patri regum maximo fælicitatem. Cum accepiſſem te ſimul, pater, morbo, ſimul ſenecta moleſtam vitam ducere: atque ideo nolle amplius mole regendi imperii grauari, & paterno caſu, vt par eſt, indolui. & non mediocris cura ſalutis Othomanii imperii animo meo iniecta eſt. Quare ſæpius ad te nuntios cum literis miſi: ex quibus quædam intelligeres, quæ non minus ad conſeruationem imperii tui, quam ad gloriam & amplitudinem ſpectare videbantur. nunquam tamen per quoſdam conſiliarios tuos, qui officii prætextu regiam tuam obſident, vllis nuntiis aut literis meis aditus ad te patuit, quod cum & imperio pernicioſum putarem, & toleratu mihi perdifficile eſſet; à ſeruis ſcilicet, filii nuntios, aditu paterno arceri: id per me agendum cenſui, quod per nuntios & literas nequiui. Quare ſupplex peto, vt filio patrem adire liceat, & ea coram loqui, quæ ad ſtatum Turcaici imperii, & decus Othomanæ familiæ pertinere, tu ipſe iudicabis, quum mihi acceſſum, dicendique poteſtatem conceſſeris. Vbi ex literis Bazethes ad amicos retulit, agitatumque an Selynes ad patrem eſſet admittendus, nemo id faciendum ſuaſit. omnes enim fere Achimatis partes ſe fouere ſimularunt, quia Rex in illum inclinabat. licet non idem animi habitus omnium eſſet. nempe quibuſdam imperium ad Selynem trahentibus; ſed nemo ſuo ipſius periculo Selyni conſultum volebat. Itaque cenſuerunt, Selynem primo molli reſcripto reprehendendum; quod iniuſſu patris prouincia ſua Trapezuntio exceſſiſſet; deinde quod non accerſitus ad patrem, præter morem Turcaicum venire in animum induxiſſet. Iiſdem litteris hortati ſunt eum, prouinciam ſuam repetere; omniaque ex parente ſperare, quæ indulgentiſſimus pater in liberos conferre debeat, ſi ipſe patris voluntati morem gerendo, eius beneficio dignum ſe præſtiterit. Selynes videns aditum ad patrem negari: nec ad regnum acquirendum, vllam ſpem in patris voluntate relinqui, animum ad alia præſidia paranda conuertit. Attamen velato odio, ad patrem fallacibus blanditiis nuntiat, ſe fore in patris poteſtate. Verum magnopere rogare patrem, ne ſe ad gloriam natum releget in Capadociam, & ibi inglorium deſidere cogat, ſed permitteret ſe eſſe in

 fini-

finibus imperii, Hungaris adiacentibus. Ex hoc, ſe nec patri ſuſpectum fore, vtpote procul à Conſtantinopoli, & regni ſede ablegatum, armis vero ita operam daturum, vt omnes Chriſtiani, pariter & Turcæ intelligant, ſe veram Othomani ſobolem eſſe. Hoc autem dicebat, non quo Hungaris bellum inferre vellet: quippe quos ne omnibus quidē Turcaici imperii viribus aggredi auderet: ſed, vt feroces gentes ad Danubium poſitas, imperio nactus, & patrem facilius in ſuam adduceret ſententiam, & ſpem regni cæteris fratribus præcideret.

Europæi Turcæ Aſiaticis virtute præſtant.

Nam Turcæ Europæi, maxime qui Danubium accolunt, Aſiaticis virtute longe præſtant. Ad hæc, vt ſi fortuna conſilio eius aduerſata fuiſſet, ſe è proximo ad Hungaros conferret: eorumque amicitia, ac opibus, & regem Turcaicum territaret, & nouarum rerum cupidis, præſto eſſet. nam nemo fere regum poteſt eſſe omnibus adeo commodus, quin habeat in regno aliquos ſaltem aduerſarios occultos; qui ſane, cum non deeſt eiuſdem vir ſtirpis, quem regi opponant, facile noua conſilia vel leui intercedente offenſa capere ſolent. His auditis Bazethes non tenuit iram, conuocatiſque extemplo amicis; Percipitis, inquit, Selynis improbam regnandi cupidinem? qui quidem nulla alia cauſa, vt iam pro comperto mihi eſt, tentauit me conuenire, niſi vt mecum de regno ad ſe deferendo ageret; deinde, ſi precibus ac perſuaſione parum profeciſſet, ad vim nefaria deſcenderet audacia. Qua ſane mente & validiſſimam imperii noſtri partem ſibi committi optat, quo, vel me inuito, imperio potiatur. Quare ex quo Achimati regnum deſtinauimus, Selynis petulantiam, armis reprimere, in animo eſt; niſi quid forte aliud vobis, quod magis è rep. videatur, in mentem venit. Ibi dum quiſque ſubterfugit princeps ſententiam promere, ne forte aut ſtudium ſuum alienum à regia voluntate detegeret, aut vitæ periculo, eius conſilii author fieret; quod poſtea euentus minime probaret, Ionas Dalmata prætorianorum militum, quos Turcæ Ianiciaros vocant, præfectus, fide in regem ad eam diem ſatis notus, & ob id minime ſuſpectus, ſimulans ſe nullius regiorum liberorum ſtudioſum eſſe, ſed potius Reipubl. Turcaicæ curam habere, licet eſſet Selyni deditiſſimus, huiuſcemodi verbis vſus eſſe dicitur. Etſi difficile eſt regi de maximis rebus deliberanti conſilium afferre, propterea quod nemo ita prudens

Iona Dalmata in cõſilio oratio.

dens eſt, vt eum opinio aliquando non decipiat: quoniam ne bona quidem cōſilia ſępe ex ſententia cedunt. quia Deus res mortalium ſuo potius arbitratu, quam ex hominum voto agitat; tamen cum & meus in regem animus ſatis ſit perſpectus, nec imprudentia quicquam detrahat fidei, ſententiam meam primus dicere non dubitaui, vtcunque res caſura eſt: eo magis, quia quod honeſtiſſimum, ſimul & tutiſſimum viſum eſt, ſequendum putem. Nulli noſtrum, qui huic conſultationi interſumus, dubium eſt, quin Selynes, aut armis ſit reprimendus; aut, ſi hoc periculoſum, nefaſque, vt eſt, videtur arte aliqua procul hinc ſubmouendus. Si rex iuſſerit armis aduerſus filium vti, parendum omnino eſſe; quis enim regi optimo ac ſanctiſſimo potius non obtemperet, quam tam atrocis imperii munus exhorreſcat? Sed valde verendum eſt, ne milites vel iurati in obſequium regis, non audeant; quum dimicandum fuerit, enſes in regis filium ſtringere, niſi rex ipſe (qui quidem ob valetudinem, equo vehi nequit) huic tam nefario prælio, vtpote inter patrem & filium commiſſo, per ſe interſit. quandoquidem omnes regii ſerui ſumus, atque ita inſtituti, vt perinde ac Deum in terris, non ſolum regem, ſed & liberos eius habeamus. Præterea hoc quoque aduertendum eſt, an Turcaico imperio conducat, tutumue in poſterum ſit futurum, milites ciuili bello aſſueſſe, & ſeruorum manus regio ſanguine imbui; & hoc dico, ac ſi prælii euentum, & victoriam exploratam haberem. Quod ſi quid ſecus (quod omen Deus auertat) quam ſperaueras ceciderit, verendum eſt, ne victor malit eſſe memor fortunę beneficii, quam neceſſitudinis ac paternæ caritatis. Quare citra vllum certamen, ac rerum perturbationem, cenſeo Selynem per ſpeciem honoris hinc ablegandum: atque ita illi, quod petit, concedendum; vt magis nomen, quam rem ipſam habeat. quo & tu minore negocio, quæ deſtinaſti, facias: conſiliumque tuum exequi poſſis: & ille aliqua ex parte voti compos hinc abeat. nam quemadmodum regnum pluribus eadem authoritate præditis committere, haud puto expedire, ita cæteros liberos contemnere, dum vni tantum proſpicitur, parum tutum. Neque enim homines accepta beneficia, tam in officio continent, quam iniuriæ abalienant. Et quis credet, Selynem, licet ſit Bazethes regum iuſtiſſimus, filiorumque amantiſſimus, non eſſe iniuria affectum, ſi ille triſtis, vtpote aditu, & conſpectu patrio prohibitus diſceſſerit? Limites igitur Danubii, qui ad Hun-

Selynes arma contra patrem Bazethem ſumere cogitat.

ad Húgaros vergunt, ita Selyni attribues, vt omnia caſtella, & quicquid ibi munitioris loci eſt, tui iuris ſit, tuoq; nomine teneatur. Vicinarum præfectos prouinciarum admonebis, ac etiam nouo ſacramento aſtringens, ne illi te inconſulto, vlla in re, quæ maioris momenti ſit, morem gerant. Quo facto & ille præfectum magis, quam regem aget: & citra tui ſanguinis effuſionem, quem volueris regem facies. Nam cuicunque legiones tuas vnà cum theſauro tradideris: is non modo volentibus pariter & inuitis, proculdubio imperabit, ſed etiam totas regni vires ad ſe trahet, adempta viuo quoque tibi regia authoritate: nempe regium per ſe nomen viribus ablatis vanum euadere, atque in ordinem facile cogi, nulli dubium eſt. Hac ſententia, à rege ſimplicis ingenii homine, & qui ex ſuo animo amicos æſtimabat, comprobata, eo magis, quia nihil minus vtile id temporis eſſe, quam ciuilis diſcordia videbatur, attributiſque Selyni regionibus Turcaici imperii, quę regno Hungarico adiacebant, iubent eum confeſtim in prouinciam ſibi deſtinatam proficiſci. Selynes animaduertens conatus ſuos non ex toto, vt optabat, procedere (nam & Danubii limites tenere cupiebat: vt ſi ad ſpem euentus non reſpondiſſet, effugium, vt dictum eſt, ad Hungaros pateret: & à regni ſede haud procul abeſſe, ne fratrum quiſpiam Conſtantinopolim, ſe procul agente occuparet) animum ad arma patri inferenda, prauo quidem ac impio conſilio: ſed quod tandem, vt plerumque fit, fortuna haud auerſata eſt, adiecit. Nam quemadmodum illi nemo Turcarum vitio daret, ſi de imperio cum aliquo fratrum certaret (nempe apud Turcas quilibet ex regiis liberis eodem iure paternæ fortunæ ſucceſſor habetur) ita eius conſilium præter quoſdam affinitate ſibi iunctos, pauci ciuium, qui aliquo numero erant, probarunt. Etenim illum eo conſilio magnum ſcelus ſuſcepiſſe, etiam quidam amicorum, qui cæteros prudentia ac religione antecibant, iudicarunt: eo magis, quia Bazethes regum ſanctiſſimus apud Turcas habitus eſt. Cæterum, tametſi Selynes ſceleſti conſilii certus eſſet: tamen qua potiſſimum parte bellum moueret, parum illi conſtabat. Itaque conſulit amicos, Hadrianopolimne inuaderet, an prius regni ſedem & theſauros, maximam militaris turbæ illecebram, iret occupatum? ſed quum neutrum amici incolumi paterno exercitu, faciendum cenſerent, licet Conſtantinopolim, vbi regii theſauri aſſeruabantur, in poteſtatem habere è re ſua videretur,

Oratio Selynis ad milites. tur ſtatuit. id tutius conſilium ratus, milites variis verſando artibus ad ſe trahere, atque ad transfugia pellicere, omnibus prius prouinciis, quas inter Danubium & Hemum montem vſque ad Drinum amnem ſibi commiſſas putabat, pecuniis impetratis, atque acerbiſſime exactis. Hac re Bazethes ſolerter perſpecta, confeſtim mouit Conſtantinopolim verſus, ne leuibus ingeniis, nouorum conſiliorum, occaſionem præberet: ſimul quo Aſiæ propinquior, Sophiacæ factioni maiorem incuteret terrorem. Adhæc, vt ſi Selynes in pertinacia perſiſteret, copiis ſuis Achimati attributis, potius fratres inter ſe dimicarent, quam ipſe ſenecta, ſimul & morbo inualidus bellum gerere cogeretur: atque ætate per ſummam quietem acta, ſub extremum vitæ tempus manum cum filio (quod infeliciſſimum putabat) conſereret. Poſtea quam vulgatum eſt, Bazethem Conſtantinopolim reuerſurum, vnde (vt diximus) paucis ante menſibus abceſſerat, Selynes (vt parentis conſilium eluderet) modicis itineribus eum ſequi inſtituit. Itaque priuſquam caſtra moueret, inito ſuorum numero (ad quinque autem & x x. millia armatorum ex variis Turcaici imperii regionibus, iam ad ipſum confluxerant: quorum pars magna, egeſtate compellente, cæteri nouarum rerum, vt fit, ſtudio, eo ſe contulerant) huiuſcemodi verbis milites allocutus eſſe dicitur, quo illorum animis oratione confirmatis, nō magnopere patris eius maieſtatem vererentur: atq; vel ſi armis decernendum foret, ſeſe ad ſuam cauſam adiungere non dubitarent. Non me fugit, inquit, milites, eum qui patris voluntati vel paruis in rebus aduerſatur, nedum illum armis laceſſat, apud omnes gentes impium ac deteſtabilem haberi. Verum cum incæpti mei cauſam, ſimul & paternum conſilium intellexeritis, non modo me nullum ſcelus admittere: verum etiam ſumma dignum laude iudicabitis. Quandoquidem omnes cogitationes meæ, ad publicam duntaxat vtilitatem referuntur, nec digitum, vt dicitur, ab imperii ſalute excedo. Scitis, milites, parentem meum ætate ac valetudine adeo affectum, vt iam decreuerit depoſito imperio, in ocium omnino concedere, Achimathemque regem pro ſe conſtituere: primum, quia ille ad regia munia obeunda ſeſe parum idoneum putat, deinde vti Turcæ, ſi qua vis hoſtilis repente ingrueret, habeant imperatorem, qui & poſſit & audeat, hoſtibus non ſolum repugnare. ſed etiam, ſi res poſtulauerit, bellum vltro inferre. Et probe noſtis Turcaici imperii

perii

perii finibus Hungaros opulentos, ac eoſdem ferociſſimos hoſtes magna ex parte circumiectos, vt taceam nouos aduerſarios Sophias nobis in Aſia exortos: Iuliumque ſecundum Pont. Rom. ingentis ſpiritus virum, quē ferunt Turcaici belli ſemina iam iecisſe. Et ſane hominem in ea dignitate collocatum, aſſerunt Christiani ius habere omnes ſuæ ſectæ principes in nos concitandi, ex quibus Francorum & Hiſpanorū reges lumina mundi appellāt, quorū alter iam multos annos aduerſus noſtræ religionis gentem Aphricæ incolā fœlici incepto bellum gerit: alter nihil aliud meditatur, q̃ deuicta Italia cuius iam maiorē partem habet in poteſtate, Venetiſq; ſub iugū miſſis nobis arma inferre. Et affirmant Gallicæ nationis periti, Francos, qui ſanè ab vltima origine Sarmatæ ſunt, eos eſſe bellatores, qui noſtræ genti facile conferri poſſint, nec multum Hungaris grauibus accolis noſtris, vel animi magnitudine, vel cædis auiditate concedere. Si igitur pater, quia ita illi è Turcaici nominis rep. eſſe videtur, ſponte ſua regno cedit, quis eſt noſtrum adeo à ſalute huius imperii auerſus, qui nō exiſtimet quam optimum, atq; eundem fortiſſimum, in locum patris cooptandum, etiam ſi aliter illi cordi eſſet? propterea q, hac in re, vtpote quæ ad communē vtilitatem, & gloriā ſpectat, non q, patri libet, faciendum, ſed publicum emolumentum & ſalus quærenda. quanq̃ pater ſi vere regno conſulendū cupit, voluntatem iudicio diſſonam habere nō debet: ſed animi libidinē ſaluti publicę ſubiicere. Putat enim regno ſibi eſſe abeundum, quo magis idoneus in imperium ſufficiatur. Sed quid refert dimoto ſene ægroto, iuueni in vmbra, & ocio educato, atq; ob id ignauo, imperium, & ipſum tot annorū pace languidum incumbatur? Certe, prçterq̃ quod à viuo rege, q, nefas eſt, regnum aufertur, in maius diſcrimen incidimus. quādoquidem regna quę late patēt deſidia contineri nequeant. Quum igitur patri certum ſit, imperii abdicatione regno proſpicere, ſucceſſoremq; viuo ſibi conſtituere, vos milites magis decet, iudicium patris mei, quam improuidā eius animi affectionē ſequi. Altero enim ſalus imperio paratur, altero clades certiſſima. Nam ſicut Turcarum imperium armis conditum eſt, & in hanc fortunā auctum, ita iiſdem etiam artibus adminiſtrandum. Quæ cum ita ſint, milites, iura quæ liberos parentib. iungunt, his cæptis nulla ex parte violamus. Sed potius à deſide ad ſtrenuū, cui maxime cōuenit, imperiū, transferimus, in quod quidem is noſtrū ius habet maximum qui reliquis fratribus

Oratio Selynis admi lites

 vir-

Oratio Selymis ad milites. virtute præſtat. Vter autem noſtrum paternæ fortunæ dignior ſit ſucceſſione, facillimum diiudicatu vobis erit, ſi me cum Achimate contuleritis. De fratre nihil obloquor, quum præſertim & mei & illius mores in aperto ſint. Satis mihi fuerit, vos optime noſſe, me nunquam pro ignauia, ac ſegnitie modeſtiam ſimulaſſe. Verum & domi & militiæ illud de me ſpecimen ſemper dediſſe, quod à iuſto, ſimul & magnanimo rege expectandum eſt. Et quia ipſe non tam meam, quam publicam cauſam ſuſcepi, quicquid fælicitatis fortuna tribuerit, id totum mihi vobiſcum commune futurum eſt. nihil enim mihi antiquius erit, quã de me optime meritis, parem gratiam referre: & eos beneficiis meis quam ornatiſſimos reddere; qui in aſſerenda dignitate mea, ſtrenuam operam nauauerint. Atque vt cognoſcatis, quid ex vtroque noſtrum ſperetis, vnicum filium habeo, cuius victui vna ex regionibus Aſiæ attributa, ſatis diuitem ac honoratum Satrapem efficiet: cæteræque prouinciæ veſtræ virtuti patebunt, noſtram fortunam, ac dignitatem aucturæ ſunt, Achimatis vero liberorum turbæ, ne tota quidem Aſia ad victum ſufficit. Atque ita ſi ille regnum obtinuerit, Aſiatica vectigalia, regiæ duntaxat familiæ, ſumptus miniſtrabunt, vos reliqui, vulgus ignobile, ſpectatores potius alienæ fortunæ, quam poſſeſſores eritis. Quare ſi, quod nolim, cum paterno exercitu neceſſario pugnandum fuerit, mementote eo noſtram cauſam deductam, vt non niſi dimicatione, & victoria non modo tuti, ſed etiam innocentes eſſe poſſimus. Nam quamuis patrem ipſum Bazethem amore in patriam ſuperemus (ille enim ſuæ affectioni inſeruit: nos publicæ vtilitatis rationem habemus) tamen videmur aduerſariis, qui noſtræ inuident virtuti, deſciſſe atque hoſtilia agere, & idcirco niſi vicerimus, omnibus perinde ac patriæ hoſtibus eſt pereundum. Vnde iniuſti eſſe non poſſumus, quibus ſcilicet & in patriam pietas honeſta arma induit, & non modo bellum neceſſarium eſt: ſed etiam vnica ſpes in armis relinquitur. Si me igitur victorem reddideritis, prætérquam quod in tuto res noſtræ collocabuntur, imperii aſſertor vna vobiſcum perpetuis laudibus ferar. Haud enim in patrem iniurii exiſtimabimur, ſi q; ipſe eiurat, & in nos merito conferẽdum eſt, virtute noſtra occupauerimus. Imo, & ipſe pater, mutata ſentẽtia, victorem amplectetur, fortitudinem admirabitur, & demum imperio eum digniſſimum iudicabit, quem fortuna in id faſtigium euexerit.

Natu-

Natura enim cogente principaliter, modo animi perturbatione vacet, omnes liberos eodem caritatis gradu habet, niſi quiſpiam filiorum maiore virtute plus paternæ beneuolentię ad ſe merito traxerit. Vt finem orationi Selynes impoſuit, clamor vndique lætitiæ index exoritur: approbant omnes ſententiam: hortantur ne cunctetur imperium ſibi militum ſuorum ſanguine parare; ſi vel patrem ipſum ferro peteret, prompto animo operam ei pręſtituros. tanta fuit ſeu vis orationis, perorantiſue authoritas, qua maxime rudis & incondita turba incitari ſolet, ſeu militum ad ducem amor, & admiratio ingenii omnis fortunæ capacis: ſeu deſidis imperii faſtidiũ præſertim rapto viuere aſſuetis. Igitur Selynes, ſpei plenus, patrem Conſtantinopolim verſus (vt dictum eſt) iter habentem, ſequi cœpit, veſtigiis eius ita inſiſtens, vt vbi pater noctem egiſſet, ipſe eodem loci poſtridie ſe reciperet; eo conſilio, vt ſi Achimathi (vt rebatur) tranſitus in Europam eſſet præcluſus, paterque illius acceſſum forte deſperaſſet, pręſto haberet, in eandem ſpem genitum, quem euitandi tanti tumultus cauſa, quaſi neceſſario, regem deſignaret, haud diffidens etiam aliquem ex regiis amicis, quos ſibi iamdiu multis officiis parauerat, id ipſum Bazethi ſuaſurum. Sin vero pater, obiecto exercitu venienti obſiſteret, occaſione pugnandi vteretur. ſatis credens prompto certamine, bonam paterni exercitus partem ad ſe tranſituram. nempe Bazethe ob graueſcentem in dies magis valetudinem ſupremis appropinquante, credibile erat, multos Turcarum ingruentis imperii gratiam paratum ire: nouamq; ſpem tranſitione futuros. Iam Bazethes Selymbrianos campos attigerat, ea enim iter facere conſtituerat, vtpote regionem propter ſpacioſam planiciem, & ſibi, qui carpenti iactationem vix tolerabat, & exercitui commodiore, quum ei nuntiatum eſt Selynem adeſſe. Rex iuſſis ſuis conſiſtere, atq; arma capere, vocat ad ſe Sinonem Eunuchum purpuratorum accepriſſimum, & cui ſummam omnium rerum fidem habebat. ſæpius enim eius fideli opera vſus fuerat: imperat ei, iret ad Selynem aſſumptis ſecum militum quinq; millibus, atq; ſublato candido vexillo, quod colloquii ſignum apud Turcas eſt, percunctaretur illum, quid hoc rei eſſet? cur patrem armatus ſequeretur? cur ad deſtinatam ſibi, & tantopere petitam prouinciam non proficiſceretur? Selynes ſua in patrem atrocitate animum patrium erga ſe menſus, vbi vidit partem regii exercitus ſeiunctam à cęteris

Selynes patrem Conſtantinopolim contendentem feſtinanter ſequitur.

Bazethes impietatẽ filii lachrymans accuſat.

copiis, ad ſe verſum progredi, coniectans ex candore vexilli, patrem haud tam humanitate coactum, q̃ ſpe dimicandi prędamnata metu conſternatũ, ea pacis velamenta p̃ferre, ratusq; territis addendum timorem: atq; turbatis illis, in fugamq; conuerſis, reliquũ quoq; temporis exercitũ, vtpote cui nullus vſus eſſet imperator, facile diſſipatũ iri; Simonem aggreditur, & haud parua cęde ab ſe ſubmouet. Nec fere apud Turcas, Barbaram & feram gentem, hoc Selynis facinus adeo deteſtabile viſum eſt, vt illi plerique non ignoſcerent, exiſtimantes, cæteros humanos affectus regnandi cupiditate vinci. Huc accedit, quia ingenita charitas, qua liberi parentibus iunguntur, nullo familiari vſu apud Othomanos reges augetur. nam prætèrquam quod nemo ex regia prole iuſto matrimonio, ſed ex captiuis mulieribus naſcitur, ſimul ac regi filius ſuſcipitur, extemplo procul à conſpectu patrio ablegatur: nec ei licet vnquam patrem adire, aut attributę Satrapeæ finibus excedere. Quod vbi Bazethes animaduertit, ira accenſus, iubet carpenti, quod vehebatur, velum amoueri, Ducesque ac purpuratos propere conuenire: ibi miniſtrorum adminiculo pedibus ſeſe excepit, & voce ob valetudinem tenui, ac ſubdeficiens, vix proximis exaudientibus interrogat primo, an ipſe imperio potens eſſet? & poſteaquam à circumſtantib. audiuit, cuncta eſſe in regis poteſtate, obortis lachrymis accuſauit filii impietatem: commemoratisque beneficiis, quibus per triginta annos & amicos & milites ad illam diem proſecutus eſſet, hortatus eſt eos, vt regi ſuo gratiam referrent, fortem ac fidelem operam nauando. Et quia Selynes non ſolum dicto audiens non eſſet, ſed etiam hoſtilia ageret: darent operam, vt illi apud patrem filii nomen parum proſit. Ira tamen in patrio & miti pectore charitati erga ſobolem paulatim cedente, poſtremo addidit ſermoni, cauerent, ne ſibi filium interficerent, id ſcilicet fortuna agente, vt eſſet, qui patrem mox necaret. Hac habita oratione, ſagitta, qua potuit, vi arcu excuſſa, ſignum pugnæ dedit. Duces regii in ſuos quiſque ordines confeſtim ſe recipiunt, mox clamore ſublato, qui quidem tubarum ſonitu, tympanorumque pulſu confuſus multo terribilior auribus accedebat, equisque admiſſis ruunt in Selynem. Quibus cum ille impigre occurriſſet, ita eorum impetum ſuſtinuit, vt aliquamdiu neutro ſit pugna inclinata. Tandem equites regii adiunctis ſibi turmis, quæ ex nobilibus adoleſcentibus conſe-

ctæ, regem ſemper comitantur (Spachioglanos Turcæ vocant) aduerſam multitudine ſuperante impellunt aciem, atque ingenti ędita ſtrage in fugam coniiciunt. Et quoniam id quoque memoria dignum quibuſdam viſum eſt, ferunt Bazethem cum hanc pugnam è curru ſpectaret, conſpecto Selyne in primam aciem euecto, ſuosque ad prælium adhortante (erat enim ſuis armis, & cętero ornatu, ita ſtaturæ breuitate inſignis; inſedebatq; equum rara magnitudine conſpicuum) proximos percunctatum eſſe, quisnam eſſet ille tam paululus homo, qui tantopere certamen accenderet, neq; enim filii faciem noſcitabat: atque vt cognouit filium eſſe, iniecta ſibi admiratione, paululum velut attonitum ſilentium tenuiſſe: mox ſubridentem dixiſſe, habitum corporis filii ſui, audaciæ atq; animi elationi haudquaquam reſpondere. nempe Scythę eos maxime magnis rebus gerendis idoneos putant, quos ſpecie corporis excellere vident. In hac pugna ex Selynis exercitu quatuor millia cæſa eſſe dicuntur. Victores vero circiter quingenti deſiderati ſunt. Ab hoc prælio Selynes in Pontum ad naues, vnde venerat, refugit, mox ad Tauricam Cherſoneſum ſeſe recepit. Bazethes vero haud minus rerum perturbatione mœſtus, quam victoria lætus, Conſtantinopolim ſe contulit. Curam illi intendebat, ne Selynes imperii auidus, gloriæque appetens militaris, Turcarum ſtudia in ſe accenderet, Achimatisque è contrario modeſtia, atque in patrem pietas apud gentem inquietam, armisque deditam, pro ſocordia haberetur. Igitur nondum exercitu demiſſo, quemadmodum citra tumultum, Achimati regnum confirmaret, agitare cum amicis cœpit. nam prætoriani milites (quos Ianiciaros vocari diximus) prę ſe ferebant, ſe viuo rege alium ſuffici non paſſuros, quod quidem non charitate in Bazethem, ſed odio in Achimatem, ſpeque direptionum ab his agebatur, quæ apud Turcas per interregni ſpatium, quandoque militari fiunt licentia. Cæterum, Selynes ne profligatus quidem ſpem regni abiiciendam putauit, tantum fiduciæ ſeu animi magnitudo ei addebat, ſeu quia exploratum haberet paternum exercitum in ſe magis, q̃ in Achimathem inclinare. Quam quidem ſpē vel maxime cōfirmauit, poſteaq̃ intellexit, prætorianos neq; orationis lenocinio, neq; vlla largitione poſſe induci, vti Achimathem, viuo parēte, regnū inire paterentur. Et ne occaſioni ſuæ deeſſet, treis raræ magnitudinis naues frumento onuſtas è Taurica Cherſoneſo

Selynes à patre in fugam conuerſus.

Con-

Selynes Cõſtantinopolim annonæ caritate laborantem frumento ſubleuat.

Conſtantinopolim miſit, vbi audiuit vrbem annonæ caritate laborare, dato ſuis mandato, vti prætorianis, præſertim gregariis militibus, triticum minimo pretio venderent: quo facto nec patri gratuitis largitionibus ſuſpectum ſe præbuit: nec illi defuit, vnde ſtipendium militibus ſuis, & cætera neceſſaria ſuppeditaret. Qua profecto benignitate adeo prætorianorum voluntatem promeritus eſt, vt cũ omnes fere imperio digniſſimum propalam prædicare non dubitarent. Cui quidem præterquam quod aduerſa prælii fortuna potius miſerationem, quam vllum attulerat contemptum, multo magis exinde altitudo animi, decori eſſe cœpit, quam fuerat paulo ante ſceleri data regnandi cupiditas, aduerſus parentis voluntatẽ concepta, militari turba quæ liberalitate illecta ac cõciliata erat, interpretante Selynis conſiliũ, non tam impium, quam neceſſariũ eſſe, quandoquidem Achimati in regni ſucceſſione, ille præferendus eſſe videretur. Itaque prætoriani, ne Achimathes, qui gratia apud regem validior erat, mox tractis ad ſe prouinciarum præfectis viribus quoque preualeret, tale aduerſus eum ineunt conſilium. Conuocatis in ædes, quas omnes pariter incolebant, tribunis ac centurionibus, iubent eos & ipſos idem ſentientes, Bazethem adire, ac tumultuoſius ab illo petere, ſibi Selynem ducem daret, quocum aduerſus Achimatem in Aſiam tranſportati, eius conatus reprimerent: ne ille, viuo parente, de regno per nefas ambigat. Se enim non paſſuros, pro ſua in Bazethem pietate, quemquam regulorum antequam ille vita excedat, pro regis ſucceſſore haberi. nec propterea ſe ad obliuionem ſacramenti procedere: quandoquidem non regem, ſed ducem ſibi dari poſtulent, vt eſt Turcaici moris, malum animum mitiore voce plerumque tegere. Porro prætoriani, qui ob ſuum in Selynem ſtudium, putabant ſibi Achimathem valde infenſum eſſe: & plane malum eis inconſulte minatum fuiſſe dicunt, quum alias ſatis eſſet modeſtus, eiuſcemodi fere neceſſario cępere conſilium, authore vt fama Muſtapha Macedone, amicorum regis pręcipuo. Sane Muſtapha vt plerũq; fit, metu prætorianorum, fidem qua regi adſtrictus erat, mutauerat, ſaluti ac fortunis ſuis magis, quam regię conſulens amicitię, quum regem virum, vt inter Machomethanos iuſtitia, atque humanitate inſignem, vel periculo vitæ tueri oporteret, Bazethes quanquam prætorianorum ſermoni, quantum ſceleris ſubeſſet, eum non lateret, re tamen ſubita attonitus, nihil ſalubris

conſilii

conſilii expedire potuit, quo ſuorum ſceleri obuiam iret. Itaque ſenecta, valetudine, amicorum partim fraude, partim conſternatione permotus, ac ſuorum militum perfidia, circumuentus (iurauerāt enim prætoriani ſe viuo rege nihil noui conſilii capturos) voluntati eorum aſſenſus eſt. Igitur duo tribuni cum aliquot centurionibus & magna gregarii militis parte, ex ſententia tamen cęterorum, ad Selynem Conſtantinopolim deducendum proficiſcuntur. quoad Odeſſum, qua Pamiſus in Pontum cadit, inuento (iam enim litteris Muſtaphæ Iuriſii Dalmatæ, Achaiæ præfecti è Taurica Cherſoneſo reuocatus, eo peruenerat: exercitumque reparare cœperat ſpe repetendi regni paterni) prętorianorum nomine hortantur, Conſtantinopolim accederet, atque aſſumpto paterno exercitu, aduerſus Achimathem expeditionem ſuſciperet. Ille vero pro ingenita calliditate, ita perplexe reſpondit, vt appareret imperandi ſolum cauſa, ſe pietatem relicturum, alioqui ab honeſtate nequaquam diſceſſurum. ait enim ſe non niſi regem, atque in patria ſede collocatum, ob communemque Turcaici nominis vtilitatem, cum parente nedum cum fratre dimicaturum. Etenim nefas eſſe, quum nulla eiuſmodi ſubſit cauſa, in coniunctum ſanguine hoſtilia agere. Prætoriani agreſtes homines, pinguique ingenio (& ſunt fere omnes ex Illyrico, pueri admodum, parentibus vi ablati, qui vbi ſacris imbuti Machometanis linguaque Turcaica eruditi adoleuerint prętorianis adſcribuntur) exiſtimantes Selynis orationem, quia ex ipſorum voto mittebatur, honeſtati haud repugnare, eumque recte ſentire, atque æqua poſtulare, odio in Achimathem animos eorum deprauante, pollicentur ſe quum primum Conſtantinopolim perueniſſet, deiecto Bazethe, ſedem ei auitam occupandam permiſſuros. Dum hęc cum Prętorianis Selynes agit, Corguthes ratus, quum odium prætorianorum in Achimathem, tum Selynis hoſtilem in communem parentem animum, gradum ſibi ad imperium feciſſe, materiamque creſcendi præbuiſſe, vna ſolum biremi, quo inuidia euitata commiſerationem magis moueret; ſimul vt oſtenderet tenui cultu, quod vulgo gratiſſimum eſt, ſe eſſe contentum, ex Lydia Conſtantinopolim aduectus, patrē adit, eum, vt ad ſe regnum deferret, varia fatigato oratione, oſtendit demum regnum auitum nulli magis, quam ſibi conuenire: quippe quod, vt ante demonſtrauimus, ipſe patri dediſſet. Sane ſu-

Bazethes attonitus conſilii ſalubris nil capere poteſt.

Prætoriani Selyni addicti ſunt. pra docuimus Corguthem, ſi quid iuris ea res in regni ſucceſſione acquirenda ſibi comparare potuit, ab auo Mechmethe in Aſiã proficiſcente, Conſtantinopoli relictum fuiſſe, auoq; ibi extincto locum regium tenuiſſe, quoad pater Bazethes ex Amaſia Cõſtantinopolim acceſſit. Qui quidẽ animaduertens parentem imperii iam parũ eſſe potentẽm; conuerſus ad prętorianos qui regis creandi totum ius ſibi vendicauerant (ſolis n. ex omnib. Turcis vna viuere, ac vel rege inuito magno numero coire licet) conatus eſt eorum ſtudia ad ſe trahere, ſed cum percepiſſet illorum fidem Selyni obſtrictam eſſe, omiſſa tandem regni petitione, de ſalute paranda cœpit cogitare. Itaq; exiſtimauit Selynem, cuius perfidiam nondum norat Conſtantinopoli expectandum, à quo fidem per ſe præſens acciperet, vt ſibi per illum liceret, in ſua Satrapea ſine metu ætatem agere. Selynes Conſtantinopolim deductus Duces prætorianorum ad ſe vocat, promiſſa ſibi præſtari depoſcit. Illi quaſi ſigno tuba dato, cõfeſtim ingenti tumultu ad regiã accedentes, regios iubent conſiliarios regi nunciare, vt eligat ſibi extra Conſtantinopolim, vbicunq; libuerit ſeceſſum, eoq; ſe annis ſimul & regendo imperio feſſum, priuatam vitam, vt iã conſtituiſſet, acturus conferat, Selyne rege declarato. Quod vbi Bazethes audiuit, cognouitq; prætorianos ab illo conſilio dimoueri non poſſe: nec ad contrahendos prouinciarum præfectos ſpacium temporis ſibi dari, accuſata filii impietate, prętorianorumq; nefaria proditione, multo auro mulos onerari, ac præ ſe agi, Dymamq; oppidũ ad Hebrum amnem ſitum, deponi iubet. Mox & ipſe vehiculo à ſpadonib. regis caſum miſerantibus impoſitus, eodem, Achimathi cauſa inuitus, gemensq; proficiſcitur. Maluerat n. Achimate rege ſubſtituto, ſeſe vltro in quietem recipere: & quia ille & ætate cæteris fratribus præferendus erat, & ſpecimen dederat moderati regis: videbaturque velle patriis veſtigiis inſiſtere. Cęterum, Selynes veritus ne pater rei indignitatem ęgre ferens, prouinciarum præfectos (nempe quos ipſe ad præfecturas prouexiſſet) concitaret: bellumq; ſibi eodem tempore à patre, ſimul & ab Achimathe oriretur, opera Ionæ (cuius ſupra meminimus) & erat illi idoneus fallendi locus, quia Bazethes ei maxime fidebat, patrem iter Dymam verſus facientem veneno clam dato ſuſtulit: aurumque Byzantio exportatum ad ſe referri extemplo iubet: eo lætior quia neminem ſibi patris mortem ſceleri daturum: ſed eius ætati ac ægritudini adſcriptu-

rum

rum credebat: ſic ſcilicet humanæ menti immenſa regnandi cupiditas illudit. funus regium tegendo parricidio magis, quam filii charitate, Conſtantinopoli, ibi enim ſepulchrum ſibi Bazethes conſtruxerat, fit celebre. Hunc finem habuit Bazethes regum ætate ſua iuſtiſſimus, & ſi virtus & religio extra Christianam Eccleſiam inueniri poſſet, cultu erga DEVM, quem tametſi trinum Turcę nondum cœlitus illuminati, haud exiſtimant: authorem tamen rerum fatentur, innocentia, humanitate, promiſſi fide ac conſtantia, alienę rei continentia, admirandus. In hac tamen fere ſola re valde nec immerito culpatur, quia cum optaret iudices, ac præfectos ſuos quam optimos eſſe: crebro enim eos iuſtitiæ admonebat: grauabatur in eorum vitam, ac mores inquirere. Vnde quum eſſet natura humaniſſimus, adituque præter illius gentis ſuperbiam facilimus, fraude tamen aulicorum deferentib. querelas nullus fere aditus patebat. Quo facto ſicut ipſe per ſe nihil peccabat, ita ad vindicanda ſuorum peccata haud ſatis animi habebat. Et licet omnes ante ſe Othomanos reges, ciuilitate & pacis artibus facile ſuperarit, eorum tamen bellandi ſtudium, haud magnopere imitatus eſt. Nam contentus gloria ac opibus à maioribus ſuis partis, magis tuendis, quam proferendis regni finibus incubuit. Regnauit tres & triginta annos, vixit duos & ſeptuaginta. Iuſtis regi factis, Selynes Corguthem fratrem fide data, quam mox Turcaica religione pręſtitit, incolumem conſeruaturum ad Satrapeam ſuam in Lydiam dimiſit, addita illi Leſbo inſula, quo munificentia delinitum, incautum & nihil de ſe timentem, facilius opprimeret; non auſus tunc occidere, ne nondum in regno ſtabilitus, tot parricidiis ſeſe nimis inuiſum redderet. Quanq. apud Turcas magis neceſſarium, quã crudele ducitur eos tolli, qui regnum occupanti, ſpem dubiam ac ſollicitã eodem ſucceſſionis iure poſſent facere. Demiſſo Corguthe bellum cum Achimate geſturus, omnes Europæos pręfectos, qui Turcaico imperio parebant, in Aſiam contendere imperat. à quo conſilio quũ Muſtaphas Iuriſius amicorum princeps, & rei militaris; vtpote vetus dux, ſimulq; animorum multitudinis peritus, diſſentiret, ſuaderetque expeditionem tantiſper differendam, quo ad illum Europææ prouincię beneficiis cognoſcerent, ſtudiaque in ſe præfectorum excitaret, affirmauit Muſtapham recte quidem ſentire. quis enim neget regna populi beneuolentia ſtabiliri? ſed conſilia ordinaria

Bazethis interitus.

 id tem-

Opinio Turcarum de DEO.

id tempus non pati. Nam feſtinationem ſibi, moram hoſti vtiliorem eſſe, propterea quod cum Achimathes non modo ętatis ordine, ſed etiam parentis iudicio, in regni ſucceſſione potior eſſet, ſola induſtria efficaci ad illam diem, negocii conficiendi celeritate ſibi nitendum eſſe. Itaque cum Europæis copiis in Aſiam confeſtim tranſgreſſus, magnis itineribus in Bithyniam proficiſcitur. Inde tranſmiſſo Sangario amne, quem ponte raptim iunxerat, in Paphlagoniam Galatiamque pergens, Angiram petit. mox Amyſum vſque peruenit. Sed nuſquam hoſte inuento, Achimathes enim non auſus ęquo loco ſeſe committere, altiſſimos & pene inuios montes ſubierat, Pruſam, circa ea loca hybernaturus, exercitum reduxit, relicta copiarum parte, quę hoſti oppoſita, ex illius conatibus conſilia caperet. Achimathes ratus Selynis diſceſſu occaſionem ſibi rei bene gerendæ oblatam, iubet ſuos e montibus deſcendere, ac hoſtilem exercitum inuadere. Itaque fortuna conſilium adiuuante hoſtes de improuiſo aggreſſus, ex his multos interfecit: quoſdam etiam vna cum Duce Muſſia viuos cepit: quos cum incolumes conſeruaſſet, (erat enim vir minime ſanguinarius) interrogauit, an apud ſe vellent permanere? ſemper velle apud eum eſſe, reſpondent, cuius beneficio viui eſſent. Itaq; vbi omnes fidei pignore obligati ſunt, quã mox nefaria proditione fefellerunt, militib. adſcripti ſunt: Dux in cohortem etiam amicorum receptus. Quo tempore hæc in Aſia gerebantur, erat apud Selynem vir dignitate primus Muſtaſ ha nomine, Macedo natione, auaritiæ ita deditus, vt nihil fere eſſet, apud vllam gentem tam ſanctum, quod ille oblato precio non contemneret. Qui quum animaduertiſſet, Selynem his valde infenſum eſſe, qui in magiſtratu conſtituti, pecuniæ nimium ſtuderent: nec poſſet cupiditati ſuæ (nempe quæ longo vſu altiſſimas miſerat radices) imperare, veritus, ne quod ipſe multis annis, malis etiam artib. congeſſiſſet vnius horę ſpacio vna cum vita amitteret, vir cautus & ſatis prudens victus auaritia temerarium ac ſibi pernicioſũ cepit conſiliũ, vt Selyne dolo necato Achimathem in regnũ vocaret. Conſilii a. exequendi hęc illi obuenit occaſio. Audierat Selynem dediſſe quibuſdã ex ſuis negotium, vt puerum elegantẽ tonſoriæ artis peritum quęrerẽt, cuius miniſterio ipſe eſſet vſurus. Itaq; ratus tonſoris operã ad Selynem necandũ per idoneam fore; dat ad Achimathẽ Othomanũ litteras cuidam ex intimis ſeruorum, quib. conſiliũ ſuum illi, modũq; rei agẽdæ

ſigni-

ſignificauit. Achimates nactus talem interficiendi Selynis occaſionem, vtendum ea ſtatuit. Igitur tonſore ex voto Selynis inuento, eum Muſtaphæ Macedoni clam dono miſit. Hunc autem puerum ita alieno nomine atque opera emerat Achimates, vt ne ſuſpicari quidem puer ipſe poſſet, ſe eſſe ab Achimate emptum. Macedo cõfecta pila è ſapone, quo partes corporis radendas tonſores illinunt, eam omnibus inſcientibus veneno aromatibus commixto, infectam, quod crebro attritu mortem inferret, theca cornea includit, pueroque ſeruandam dedit. Quem priuſquam ad Selynem perduceret, docet conſilii ſui omnino inſcium, illa ſola pila, quæ radenda eſſent in rege, illinere: Turcæ autem caput, & magna ex parte corpus reliquum præter ſuperius labrum radunt. Re hunc in modum compoſita, hortatur Achimathem miſſis ad eum literis plumbea pila incluſis, vt cum exercitu propius Pruſam accedat, occaſionique ſuæ non deſit: iiſdem literis ei cuncta, quæ parabat ordine præſcripſit, mandatque inſuper vel lectis literis tabellarium extemplo interficiat, ne ſi conſilium parum procederet, certo eius vitæ periculo emanaret. Nuntius ad Achimatem profectus conſpecta epiſtola præter vſitatum modum plumbo incluſa, re inſolita permotus, veritusque (vt eſt in his ſuſpicax mens humana, quæ ad propriam ſalutem pertinere putat) ne ſibi ipſi illis literis perniciem portaret, confracto plumbo, amotoque inuolucro eas aperit, & vbi quod ſuſpicatus erat, exempta dubitatione comperit, ancipiti malo conſternatus, cæpit cogitare quid cõſilii in tali caſu ſibi eſſet capiendum? quicquid autem metus, aut ſpes ſubiecerat, diligenti æſtimatione penſabat: pergamne quo miſſus ſum ire, & ſceleſti domini exequar mandatum? atque ne immerito quidem me opprimi patiar? Porro ſi regreſſus Pruſam rem Selyni indicauero, nullam, indicio non fide, ſed neceſſitate expreſſo, gratiam initurus ſum. Tandem animo diu in diuerſa verſante, tutius viſum eſt, ſed eo vltio, atque ira in dominum non immerito concepta, impellebat, vt rem ad Selynem deferret, exiſtimans vel non omnino integra fide ſalutare iudicium, ſibi apud Selynem, ſi non emolumento, at certe ſaluti futurum. Itaque omiſſo inſtituto itinere, Pruſam repetens noctu ad Selynem clam peruenit. oſtendit ſe ad ſalutem regis pertinentia afferre. Admiſſus in tabernaculum, quæ in caput regis Macedo moliebatur, omnia ordine exponens, indicauit, prolatiſque literis manu proditoris exaratis, in-

Muſtapha Macedonis facinus.

Auaritia mala. dicium confirmauit. Selynes, cuius animo lectis literis ingens eſt incuſſa ſollicitudo, indicē vinciri, atq; in craſtinum diem aſſeruari iuſſo: periculum ſuum animo voluendo, noctē vigiliis extraxit: primaq; luce ꝓditorem accerſit. Reus arbitratus nemini facile perſuaſum iri fortunam ſuā nouarum rerum ſtudio idoneā, crimen inficiatur, licet eum vultus orationi diſpar ſatis ꝓderet, trepidatione conſcientiam indicante. Et quum neq; minis neq; tormentorum aſpectu, ad ſceleris confeſſionem cogi poſſet, indicis admonitu puer tonſor accitur: Interrogatur vnde ad Macedonem perueniſſet? Ille, nulla pauoris ſigna præ ſe ferens, fatetur ſe à quodam priuato quidem homine ad Muſtapham miſſum: ſed nullius maleficii à quoquam mandatum accepiſſe: nec ſe conſcium vllius noxæ in regem eſſe. Et re vera pilam illam tonſoriam, de qua paulo ante retuli, veneno imbutam fuiſſe, puerum omnino latebat: tutius enim parricidæ viſum fuerat, à tonſore ſceleris imprudente potius, quam à conſcio tantum facinus perpetrari. Itaque reus veneficii manifeſtus (regi enim quo nihil indicio deeſſet, in cane venenum experiri placuerat) carnifici traditur, cuius vbi gula laqueo fracta eſt, liberi etiam conſeſtim necati ſunt: bonaque omnia in fiſcum relata. Mox de tonſore quoque ſupplicium ſumptum, qui ſane non vt conſcius, ſed æque ac inſtrumentum ſceleris interfici iuſſus eſt. Indici vita ſolum conceſſa, præmium nullum datum, quandoquidem corrupta proculdubio fide tanto poſt quæ ſciuerat detuliſſet, & id ſuo non regis periculo motus feciſſet. Caſus huius viri, prudentia, ſi calliditas eo nomine appellanda eſt, diuitiis ac dignitate apud Turcas inſignis, declarauit mortales auri nimium auidos, non modo ſapientes eſſe non poſſe, verum etiam dementiſſimos eſſe. Selynes tanto vitæ periculo functus, exiſtimans belli dilationem, ac moram non ſolum externis hoſtibus occaſionem iniuriæ inferendæ oblaturam: ſed etiam domeſticis inſidiis in dies materiam præbituram: nec ſemper detegenda inteſtina fraude eandem fortunam fore: ſtatuit in quo hoſtis in aciem ſe non committebat, conſilio ſi poſſet bellum conficere. Itaque primum omnium in ſecuritatem ſuam, atque vt belli inteſtini ſemina extingueret, quos regiæ ſtirpis propinquos apud ſe habebat, comprehendi atque interfici iubet. Erant autem apud Selynem ſex fratrum, qui iam deceſſerant, liberi: qui quidem in fidem eius ſe permittentes, acceptis in Aſia latis ad victum cultumque

agris,

agris, perinde ac cæteri regis amici, ac purpurati, cum fide ſatis integra, & ob id ſecuri comitantur. Horum domos milites regis eodem tempore, ita complexi ſunt, vt nemo inde elabi poſſet. Itaque comprehenſi omnes eodem temporis momento iugulant, regioq; funere honeſtati, Pruſæ Othomanorum ſepulchris illati ſunt. Et quoniam hoc quoque non omittendum putarunt, qui rei geſtæ interfuerunt: ferunt Cichanis filium, ad quem iure gentium regnum ſpectabat: nempe Cichanes Bazethis liberorum natu maximus fuit: cum ad illum carnifex acceſſiſſet, Selymis perfidia accuſata, dixiſſe circumſtantibus, ſe male credidiſſe ſalutem ſuam illi, qui dum ſibi regnum parat, ne parenti quidem morbo & ætate confecto, paucorum dierum vſuram ad viuendum conceſſiſſet. & quum carnifex manus eius, ne obniti poſſet, loro vincire vellet, auerſatus carnificem, ſimulque tam ſegnem mortem arrepto acinace iræ quam timori propior, multis vulneribus confectus, tanquam in acie pugnans, cecidit. Selynes enim ſimul ac accepit, fratris filium non pati ad ſe carnificem adire, miſſo centurione cum ſuis manipularibus, eum interfici iubet, collaudata adoleſcentis animi magnitudine, qui ſane, ne in vltimi ſupplicii metu decoris immemor, maluerit militari ferro, vt dignum eſſet Othomana gente, quam carnificis manu perire: his adiecit dignum futurum fuiſſe ob tantam indolem ſuæ fortunæ ſucceſſione, niſi amor patrius filium potiorem duxiſſet. Atque quum horum caſum, quoſdam miſerari audiſſet, & ipſe non modo ingemuit, ſed etiam lugubri veſte ſumpta, veris an fictis lachrymis, incertum, large fleuit; adiiciens ſe fratrum filios, nullo odio, ſed bono publico, ac ſi partem aliquam viſcerum ſuorum neceſſario abrupiſſet, occidiſſe: quum nulli dubium ſit, „regum multitudinem imperio pernicioſam eſſe. Cæterum fidei religione, iureque conſanguinitatis, propinquorum nece, non ſolum impune, ſed etiam vix aduerſo paucorum rumore, ſemel violatis; (ſolēt enim plæriq; hominum huiuſce facinoribus, licet ea culpent, facile ignoſcere, exiſtimantes regnum ſocietatis impatiens) nihil admodum iam ſuorum de ſe opinionem veritus, ad inferēdam Corguthi mortem animum adiecit, accuſata prius falſo apud Turcaicarum legum peritos fratris in ſe perfidia, ne ſine legittima cauſa tuum iuſiurandum, quo incolumitatem fratri promiſerat, contempſiſſe videretur: & aliquam periurii latebram inueniret. Ementitus igitur ſe ad

Selynes propinquos occidit.

Corgu-

Selynes propinquos occidit.

Corguthem tentandi eius animi cauſa prætorianorum nomine ſcripſiſſe; vt quia Selynes crudelitate ſua omnibus odio eſſet, illius abſentia fretus pergeret Conſtantinopolim, ſedemque regiam opportune occuparet. Secuturos eum non ſolum prætorianos, ſed etiam omnes Europæos Turcas, miteque ingenium fero prælaturos. fingit inſuper prolatis falſis literis, ſigno Corguthi adulterino ſignatis, Corguthem ita in ſummam reſcripſiſſe, vt facile eius ambitio, ac regnandi cupiditas deprehendi poſſet. Itaque quum Turcaici iuris conſultos, apud quos criminibus ſuis fidem faciebat, ſuſpicionis in Corguthem impleſſet, illi quod in eius gratiam, vt ſunt humana ingenia fortunæ obſequentia, Corguthem morti debitum cenſuiſſent (eſt autem horum hominum maxima apud Turcas authoritas, omniaque ex eorum fere præſcripto aguntur) inſtructis multis lembis, atque Muſtangiæ genero ſuo attributis, iubet eum omnia Aſiæ loca circumire, diligenterque curare, ne Corguthes mari elaberetur. Ipſe aſſumpta parte exercitus magnis itineribus Pruſa in Lydiam ad Imolum proficiſcitur, vbi Corguthes patrii regni oblitus, & ob id de Selyne nihil timens, quieti ſolum & literis vacabat. Ad quem cum Selynis aduentus perlatus eſſet, ratus, vt erat, fratrem ad ſe opprimendum venire; conuocat familiam, ſeruiſque ingenti pecunia cum libertate donatis, cum tribus tantum comitibus, reliquis omnibus inſcientibus aufugit: & dum per Canæ montes ac vicos ſitu & ſqualore obſitus, & ob id ignotus vagatur, ſatis gnarus littora & portus fraternarum nauium cuſtodiis teneri, labore continuo, ac rerum neceſſariarum inopia in grauem incidit morbum: ægerque apud quendam Colonum in paruo viculo aliquamdiu delituit. Sed regum cura nihil diu occultari patitur, quod inueſtigari volunt, multis in obſequium propter ingentia præmia paratis iungitur hũc in modum. Corguthes ſeſe occultans repertus eſt. Equus ipſius Corguthis forma eximius quum alterius copia non eſſet, hoſpiti datus eſt, vt eo Alicarnaſſum vectus conduceret nauim, qua in Rhodiorum inſulam auehi poſſet Corguthes. Colonus equo inſidens conſpicuo quibuſdam Selynis militibus ad inueſtigandum Corguthem miſſis, fit forte obuiam. Interrogatus quis eſſet? vnde veniret? quoue tenderet? & cuius ille eſſet equus agricultoris fortunæ minime conueniens? ille intrepide quum ſe ruſticum parui vici incolam eſſe, & ſua negocia tantum curare aſſeueraret, equumque eſſe quo vehe-

veheretur cuiuſdam hoſpitis, quem & haud ſatis noſſet: interrogantibus ſuſpectus factus, iniectis manibus comprehenditur, atque ad præfectum turmæ perductus, cogitur metu tormentorum admoto Corguthem indicare. Sed cum Selynis milites in vicum, in quo Corguthes diuerſabatur, à colono perducti, illum non inueniſſent (nam regulus conſpectis procul equitibus, ratus ſe proditum eſſe, montem vico proximum petierat, ſeque in quodam ſpecu abdiderat, ore ipſius ſpecus vepribus obſtructo) omnia circa ſcrutati loca forte animaduertunt, ad os ſpecus, in quo Corguthes latebat, congeſtas vepres recens ſucciſas, ſuſpicati id quod erat, ibi quempiam nuper à vicanis abditum eſſe, quod à conſpectu ſuo dedita opera ſubmotum eſſet, ſtudio vt fit inquirendi, amotis vepribus reperiunt regulum veſte obſoleta ex ſubcoactis confecta indutum, humi, vt Turcis mos eſt, contractis cruribus ſedentem: quem quum hortarentur, vt ad Sēlynem impauidus accederet, beneque de fratre ſperaret: reſpondit ſe probe ſcire morti eſſe deſtinatum, fatumque ſuum iam Dei arbitratu, cuius nutu omnia moderantur, impleturum. Itaque deductus in vicum vnde refugerat, poſcit papyrum, conſcriptiſque ad Selynem codicillis, rogat vt liberos ſuos, quorum ingens numerus fuit, cum omni ſupellectile quibuſdam in Aſia ſacerdotibus tribueret, familiamque ſuam incolumem eſſe pateretur. ferunt Selynem lectis Corguthis codicillis, lachrymis non temperaſſe; ſuiſq; iuſſiſſe, vt eum mitiſſima morte, & citra vllum doloris ſenſum, ſi id fieri poſſet, necarent. Itaque milites quibus necandi Corguthis negocium datum erat, inſtructo conuiuio large epulati cum regulo, eius mentem vino quantum poterant alienarunt. Mox ſopitum aggreſſi, iniectis tapetibus in caput, fauceſque ſpiritum illius intercluſerunt. Corpus Pruſam deuectum, regioque more magnifice funeratum, ſacerdotes ſepulchro ſeorſum conſtructo, intra tamen ſepta Othomanorum tumulis dicata intulerunt. Iam ſolus Achimates Othomanus cum liberis ſuis reliquus erat, qui Selynem ambiguum regem poſſet facere. Itaq; vt illum quoq; inſidiis circumuentum in æquum locum eliceret (neque enim ſe vt dictum eſt, in aciem committebat) huiuſcemodi fraudem commentus eſt. Dimiſſa Conſtantinopolim, maiore prætorianorum parte perinde ac longinquam, diuturnam q; militiam detrectarent, nec eſſent in ſe bene animati, conſcribit ad fratrem literas nomine Achimatis Coſſicii

Corguthes ſe occultās reperitur.

Epiſtola Selynis ad Achimathē Othomanum Achimatis Coſſicii nomine ſcripta.

Dalmatæ purpuratorum ſuorum nobiliſſimi, ratus fratrem dolum haud percepturum, eo q; Coſſicio cum Achimate Othomano viuēte Bazethe neceſſitudinem interceſſiſſe ſatis conſtabat. Ad hoc Coſſicius cum eſſet, vt pleriq; nobiles, ingenii ſimplicitate ſatis notus, regulum eius litteris facile crediturum putauit. Litterarum autem hanc ſententiam fuiſſe memorant. Achimathes Coſſicius, regi Achimathi Othomano ſalutem. Aduerſarium tuum patriam ſedem occupare iccirco Deus videtur permiſiſſe, quo & ille grauiore lapſu, acerbiores pro flagitiis ſuis pœnas lueret: & tu dignitatem tuam, ac proprium regnum, a quo modeſtia ac pietate in parentem decidiſſe viſus es, maiore gloria mox recuperares. Itaque non poſſes à Deo, nec honeſtiorem nec tutiorem viam ad repetendum patrium regnum optare, quam quæ tibi nunc oblata eſt. Nam non ſolum humanitate tua ac iuſtitia, quæ te dignum imperio facit: ſed etiam odio aduerſarii, quod illum de regno deiicit, tibi parentis fortuna reſtituitur: cuius mite imperium, religio ac innocentia, dum vixit, æque ac res incognitæ, Turcis parum probabantur: eo magis quia bellicoſæ genti, hæ virtutes ignauiæ proximæ videbantur eſſe. Amiſſi Bazethis mores nunc vehementer deſiderantur. Iam didicerunt Turcæ ex collatione vtriuſque regis, quantum inter crudelitatem & clementiam diſtaret. Hæc immanis bellua fratris, amicorum, ac propinquorum cæde efferata, ita occurſu, viſuque terribilis effecta eſt, vt omnes exiſtiment, Turcarum nihil intereſſe, vtrum ſub hoc rege viuant, an peſtilentia & quotidianis funeribus abſumantur. Scito igitur ſi copias tuas Pruſam admoueris Selynem à ſuis relictum iri: teque omnes in patria ſede, prout dignus es eo faſtigio, collocaturos. Et quia nos malumus videri acie ſuperati, quam famam ſubire deſertorum, quum conſpexeris Selynis exercitum ex aduerſo in te ire: audacter prælium committes, terga nos conſulto, perinde ac profligati confeſtim dabimus, tu ac ſi victor aduerſariorum, maiore gloria regnum inibis. Hac epiſtola lecta Achimathes vehementer lætus (& crudelitas Selynis omnibus nota fidem litteris faciebat, fraudemque tegebat) Pruſam verſus extemplo mouit. Quem vbi Selynes ſex circiter millibus paſſuum ab caſtris ſuis abeſſe cognouit, & ipſe obuiam hoſti acie inſtructa proficiſcitur. Poſtquam eo ventum eſt, vnde prælium committi poſſet, Muſſias, quem captum, atq; in amicorum numerum receptum ab Achimathe ſu-

Epiſtola Selyni ad Achimatem Othomanū Achimatis Cōfictus nomine ſcripta.

the ſupra demonſtrauimus, cum tribus aliis inſignibus viris, equis admiſſis auerſiſq; transfugarum ritu lancearum cuſpidibus, ad Selynem transfugiunt: eo conſilio, repentene capto, an ex compoſito; parum comperii. Transfugæ ab Selyne benigne excepti monent, iubeat ſuos clamorem attollere, pugnamque confeſtim inire, affirmantes nihil roboris eſſe in Achimathis exercitu: vtpote qui ſperaret, ipſum deſtitutum iri à ſuis. Quod vbi Achimathes Othomanus conſpexit, ratus, vt erat, ſe proditum, atque in inſidias præcipitatum eſſe: animo ſtatim concidit: metuq; cōſternatus, & vt erat ad bellum gerendū minimè idoneus, non tempus pugnæ eligere potuit, non aciem inſtruere, nō ſubſidiis firmare, non vllū Imperatoris munus obire, nec deniq; matura ſaltē fuga, ſalutem ſibi parare. Itaq; vix tentato quidē certamine primo ſtatim hoſtium impetu in fugam coniicitur. Pauci ex eius exercitu pugnantes, cæterum in fuga ad quinque millia interfecti. Achimathes animaduertens, res perditas eſſe, ne fugiens agnoſci poſſet, veſtem ſuam cum gregarii militis veſte permutat, quam dum induit à Cialapia Ducagino hoſtilis turmę p̄fecto agnitus viuus capitur. Animo per deſidiā corrupto nulla vis inerat, qua percuſſorem euitaret, ſeq; vt regē decebat ad voluntariam firmaret mortem, ne ex alieno arbitrio, quod apud Ethnicos turpiſſimum eſt, ſpiritus eius vnquam pependiſſe diceretur, niſi forte flagitioſum putauit, quod & Chriſtiani exiſtimant, legibuſq; recte prohibitum eſt, ſibi ipſi manus inferre. Itaq; eo adductus vti a Selyne è proximo conſpici atq; agnoſci poſſet, rogauit, vt liceret ei fratrem adire. Quod vbi Selyni nunciatum eſt, non eſſe, inquit, opus colloquio, attribuatur illi digna regis filio Satrapæa: id enim ſignum illius necandi conuenerat. Quibus negocium interficiendi eum datum erat, paulum à conſpectu fraterno abductum, neruo ex arcu proximi militis dempto, colloque iniecto ſtrangularunt. Corpus exanime Turcaico ritu curatum, Pruſæ ſepultum eſt. Itaque Achimathes Othomanus periit, quem pater non ſolum imperio dignum iudicauerat; ſed etiam omnibus liberis prælatum, regem deſignarat. Cuius p̄fecto interitu, vt ſæpe alias, declaratum eſt, innocentiam laudari quidem: audaciā vero ac celeritatē rebus gerendis aptiſſimam eſſe. Dum hæc apud Turcas geruntur anno humanæ ſalutis DXIII. ſupra milleſimum Iulius ſecundus Pont. Rom. moritur, cū decem annos in Pōtificatu vixiſſet. Qui vbi ſenſit ſe ſupremis appropinquare

Achimathis Othomani, & Iulii Secundi Pontif. Rom. mors.

iamque mortalitatem expleturum, conuocatis Cardinalibus, qui id temporis Romæ aderant, hortatur eos vt patrimonium eccleſiaſticum curæ habeant, de corruptiſſimis ſacerdotum moribus emendandis nullā prorſus faciens mentionem: quaſi magis opibus, quam ſacerdotum ſanctimonia res Chriſtiana ſtaret: nec ſatis conſtaret, ſacerdotum nomen, quum ob multa alia ſcelera, tum maxime ob inexplebilem auaritiam adeo inuiſum eſſe, præſertim apud Boemos, quos à noſtris hæreticos vocari diximus, vt eos omnium gentium latrones appellent; aſſerentes, ſiue quis Chriſtianorum Romam rei ſuæ expediendæ cauſa petierit, exhauſtum pecuniis domum inde reuerti. Pont. enim Romanus etiam minimi ſacerdotii tam collationem quam confirmationem, ſtudio pecuniæ congerendæ ſibi vendicauit. ſiue legatus à ſede Apoſtolica in aliquam regionem miſſus fuerit, onuſtum auro, per omne nefas quæſito, Romam regredi. Fatetur præterea vanus homo, vt furorem ſuum, quo tantum Chriſtiani ſanguinis in Rauennati agro effuſum eſt, excuſaret, ſe nulla alia cauſa Gallis hoſtem fuiſſe, quam vt rebus Italicis conſuleret: quum neminem fugeret Italiam ſine rege, armis & magnis opibus inſtructo, nequaquam poſſe fælicem eſſe. Atque ob id maxime crebro turbari, ac plurimum tyrannide vexari, quia in multos eſſet principatus diuiſa. Vnde recte Plato regem Homerico more paſtorem atque curatorem nominans, totius ſi fieri poſſet humani generis, quaſi vnius ouilis, vnum eſſe paſtorem debere deſignat. nihil enim paci ac priuatæ, publicæque vtilitati magis aduerſatur, quam principum multitudo: quippe quam merito belluam multorum capitum eruditi apellant.

LVDO-

Valdanus amnis.

LVDOVICI TVBERONIS DALMATÆ ABBATIS COMMENTARIORVM DE TEMPORIBVS SVIS

Liber Decimus.

SELYNES Othomanus fratribus ac propinquis, (vt demonſtratum eſt) interfectis Conſtantinopolim reuertitur. Inde filium Solomonem decem & octo annos natum Satrapem Amyſinum declaratum, in deſtinatam dimiſit prouinciam. Mos eſt enim apud Turcas hanc regionem attribuere, qui patri in regnum eſt ſucceſſurus. Mox & cæteros prouinciarum præfectos, ſuam quemque regionem obtinere iuſſit. Eſt autem totum regnum Turcaicum, præter Syriam, Ægyptum, minoremq; Armen. quas regiones Selynes imperio ſuo nuper adiunxit, in ſeptuaginta fere Satrapeas diuiſum. Et quoniã imperii virib. multum deeſſe compertum eſt, ſi hę naualis rei auxilio deſtitutę ſunt, ea quoque parte regni vires adaugere inſtituit. Itaque ducentis nouis nauibus, C. onerariis ędificandis materiam ex Bithynia cædi, atq; in aquæ marinæ proximis littori vadis dimitti imperat. Nempe vſu repertum eſt, ligna, præſertim roborea, è queis carinæ, ac interior pars nauis fabricatur, cæſa, ſi priuſquam contexantur naues, aquæ marinę ſalſugine macerata ſint, vtiliora reddi. Cęterum, vt conſtructę quoq; naues vim cœli tectis arcerent, diutiuſque incurruptæ durarent, ſimulq; nauticus apparatus occultius inſtrui poſſet, quum decipiendis hoſtibus opus eſſet, naualia ædificare inſtituit, qua ſinus Conſtantinopolitanam vrbem ab oppido dirimit, quod vulgo Peram Genuenſium coloniam dicunt. Ibi campus oppido ſubiectus, ſinuique commode adiacens naualibus ſimul & armamentario conſtruendo electus eſt. Per idem tempus quidam Turcarum prꝙfecti finibus Hungaricis oppoſiti bis vltra Iſtrum prædatum profecti magna clade accepta domum reuerſi ſunt. Alii item Turcę quum aliquot proſperis populationibus Dalmatarum agros incurſaſſent, Valdanum amnem ſpe prædæ tranſmittunt, ibi quoq; ab incolis regionum, adiunctis Hungaricis auxiliis, populatores oppreſſi ſunt, ex tribus millibus equitum vix dimidia pars effugere.

Valdanus amnis. Cæteri partim cæſi partim gurgitibus hauſti, dum inconſulta conſternatione acti, in tranſitu Valdani amnis vadis aberrant, nihil prętet hoſtem cęci pauore metuentes. Nec in Italia interim Galliſque res quietæ erant. Quæ vt ſuis temporibus reddantur, his rebus coniungendę ſunt. & itaq; in diuerſis, Chriſtiani pręſertim, orbis regionibus geſtæ ſunt commemoro, modo ea digna cognitu videantur, ac ſi vnius ciuitatis res perſcriberem. Lodouicus XII. Francorũ rex exiſtimans Iulii Pont. morte, multum de hoſtium viribus in Italia demptum eſſe, decem millia peditum cum quadringentis frænatis equitibus in Italiam Mediolanenſe imperium recuperaturus miſit, prius cum Venetis, non modo pace compoſita, ſed etiam ſocietate inita, credens illorum auxiliis ſibi adiunctis, Alemanos atq; Hiſpanos è Circumpadana Italia pelli poſſe. Et, quo Venetis eximeret dubitationem, ſe de pace, ac ſocietate agere, eis Bartholomæum Aluianum, ſtrenuum ac nobilem ex Vrſina gente virum, & Andream Grittium, ciuem quidem Venetum, ac mercatorem, atque ob id artium belli rudem, ſed animi magnitudine cuilibet ſummæ fortunæ viro parem, ſine precio dimiſſos reſtituit. Horum alter (vt ſupra demonſtratum eſt) in receptione Brixiæ, quum ad Venetos defecit, à Gallis captus fuerat: alter in prælio ad Abduam cum hoc ipſo rege infeliciter commiſſo, quippe quo Venetorum opes fractæ ſunt, in hoſtium venerat poteſtatem.

Itaq; Galli Italiam ingreſſi, quum accepiſſent Maximilianum Lodouici Mauri filium Nouariæ mœnibus, cum valido Alemanorum præſidio incluſum, hoſtium aduentum operiri, rati in illo corpore victoriam ſuam poſitam eſſe, eo cum omni oppugnandæ vrbis apparatu contendunt, prius tamen quam vim vllam inferrent, tentarunt rem conſilio peragere, alias aduerſus huius adoleſcentis parentem ſatis proſpere inito. Itaque hortati ſunt Alemanos, vt precio ingenti accepto Lodouici Mauri filium regi Francorum traderent. Sed vbi Germanos flagitium aſpernari vident aggredi oppidum cõſtituunt. Iamq; deiecerant aliquantum muri tormentis, quum ſubito Alemani ex oppido erumpentes, Gallum nihil minus quam eruptionem hoſtium timentem inuadunt: & quum multum terroris ac tumultus in aciem hoſtium, quæ aduerſus erumpentes opponi cœperat, intuliſſent: multique ex Gallis primo cõgreſſu cecidiſſent, cæterique omni ex parte pellerentur, & Germanis aduerſariorum trepi-

trepidatione creſcerent animi;terga Galli relictis hoſti omnib. tormentis ita dederunt,vt nuſqam cis Alpes conſiſterent. Huius certaminis fortuna elati Alemani in gratiam Maximiliani Cæſaris arma in Venetos conuertunt. Quos quum æquo campo congredi non auſos,Patauinis muris incluſos cognouiſſent adiunctis ſibi Hiſpanis ſociis vrbem obſidere inſtituunt. Et quia ea vrbs, vtpote valido præſidio,ac operibus(vt ſupra demonſtratum eſt) munita, difficilis oppugnatu viſa eſt,relicta obſidione,Hiſpani præſertim ad populationem Veneti agri conuerſi ſunt. Quem adeo per triennium fere euaſtarunt,vt Vicentia,nobili eius regionis vrbe ab omnibus principibus, qui genere ac diuitiis clariores erant, exceſſum ſit, partimque Venetias ſeſe receperint: partim Veronam abierint. Eo ſane hi maxime profecti ſunt, qui & Venetorum imperium nobilitati aduerſum auerſati ſunt,& eorum fidei parum credebant. Id autem temporis Veronam Maximilian. pręſidio tenebat. Hæ ſociorum clades Barthol. Aluianum Veneti exercitus ducem Patauio inuitũ extraxere:atq; cum manu,qua vrbẽ tutabatur,hoſti obuiã ire coegerunt. Itaq; cum multis pręliis inter ſe factis, nõ modo Hiſpanus nuſquam inferior extitiſſet,verum etiã Aluianus ſæpius victus atq; profligatus abiiſſet, Veneti tandem tot aduerſis iam fracti conſiliis belli depoſitis ad pacem petendã animum adiiciunt:ſtatuuntq; Maximilianum grauem finib. ſuis accolam auro,quando armis nihil proſpere cederet,aggredi. Nec conſilio fortuna defuit. Quamquam Maximilianus non tam auidus quam indigus pecuniæ erat. Quippe qui inconſultis ſumptib. ita abſumebat, vt ei ſtipendium militibus dandum, nunquam fere ſuppeteret. Vnde expeditiones magno conatu ſuſceptas,inopia ſtipendii ſæpius omittere cogebatur. Hos Maximiliani mores Veneti in conſilio habentes,rege Gallo pacificatore adhibito,inducias primo impetrant. Mox numerata Maximiliano præſenti ſumma ducentorum millium nummûm aureorum : pactiq; item,vt quinq; & viginti millia,in ſingulos annos Romano imperatori,tributi nomine perpetuo penderent, voluntate ipſius Veronã ita receperunt,vt magis appareret, ſe inducias potius quam pacem domum retuliſſe, quippe præterquam quod Verona his adiectis conditionibus reſtituta eſt, vt ſcilicet omnibus Veronenſibus, qui Maximiliani partes ſecuti eſſent, tuto domi eſſe liceret, fœderi adſcriptum eſt, ne per inducias vllum vrbi nouum munimentum iniuſſu

Alemani in Venetos arma conuertunt.

Vrbani eo-dem quo ru-ſtici loco ſunt regib.

iniuſſu ipſius Maximiliani adderetur. Quæ quidem res argumento eſt inter Maximilianum & Venetos tunc de pace haudquaquam conueniſſe, induciasque, vt dictum eſt, factas, non autem certam pacem compoſitam fuiſſe, quo ſcilicet Maximilianus, aut cum ei videretur bellum inſtaurandum, ſublatis induciis, libera fide illud cum Venetis gereret, infidis ſane ſociis, hoſtibusque imbellibus: aut metu belli de integro inferendi, eos in officio contineret. Solent enim plerique regum crebris ſermonibus ferre, populos vrbibus incluſos, ſuisq; legibus, non regum arbitrio ętatem agentes, niſi ęque ac agreſtes metu coerceas, facile obſequium exuere, fidem mutare, regumque imperia contemnere. Porro reges eodem loco vrbium cultores, ac ruſticos habendos eſſe cenſent. vtpote qui ab vtrisque pari iure tributum exigunt. Neque enim putant mercatorem & opificem anteire gradu & dignitate agricultorem, quum illos eadem ſeruilia officia pares efficiant, nec ordine diſtinguant. Inde Italis nihil fere nobilitatis ineſſe gentes extra Italiam poſitæ (quas vulgo Tranſiſtranas appellant) exiſtimant. Propterea quod Itali Senatorii etiam ordinis homines, vrbes promiſcue cum opificibus incolunt: mercaturamq; exceptis Neapolitanis Patriciis, vt plurimum exercent. nec plebem, cultoresq; agrorum in poteſtate habent: ſed operis faciundis colonos mercede conducunt. Quum è contrario Tranſiſtrana nobilitas, procul ab vrbibus in ſuis prędiis vicatim habitet, ſolius regis ſui dicto audiens. Atq; hanc puto cauſam regi Matthiæ Huniadi Coruino extitiſſe, vt Venetos, quoties in eos ira accenderetur, non ignobiles modo, plebeiosq;, ſed etiam ruſticos vocitaret; aſſerens fortunam genus haudquaquam mutare: quum præſertim Veneti nulla ex parte nobilibus eſſent adæquandi: & quia omnes mercaturę ſtudent, & quia militiæ, quæ eſt potiſſima, quod ſatis conſtat, nobilium ars, operam nauare non ſolent. Proprium autē ſeruorum, atq; infimę conditionis hominum eſſe, rex Matthias arbitrabatur, regium nomen, quod apud omnes gentes tam ſanctum, quam neceſſarium eſt, auerſari. Nihil autem ambigitur, apud Venetos reges inuiſos eſſe: eo quod eorum cupiditati, qua illi in proferēdis finib. feruntur, ſemper obuiam ierunt; exiſtimantes, mercatorib. nauticam magis, q̄ imperium conuenire: quippe quæ conuehendis mercib. valde commoda eſt, quum imperium ſine armis ac viribus, & his quidem (vt ſupra demonſtratum eſt) nō externis aut mercede con-

conductis: ſed vt ita dixerim, domi natis, neq; parari, neq; cõſeruari poſſit. Cæterũ, quum nihil æque hominum animos diſiungat, ac ordinum diuerſitas, ſub ipſam fere Maximil. & Venetorum pacẽ, exorta eſt in Hungaria inter plebeios & nobiles non modo diſcordia, verum etiam atrox bellum: cuius quidem autorem ferunt extitiſſe, tũ Thomę Cardinalis imprudentiam, ne dicam calliditatem; nam & ipſe è corpore plebeiorum erat: tum cuiuſdam Gregorii cognomento Scythę improbitatem. Qui dum Tauruni in præſidio eques ſatis ſtrenuus agit (eſt autem id oppidum in confluentibus Saui, & Danubii, vt ſupra demonſtratum eſt, ſitum. Nanderalbam ętas noſtra appellat) forte vna Turcarum equitum turma, Samandria egreſſa prædandi ſtudio, agrum Taurunenſem ingreditur: diſtant autẽ hęc duo inter ſe oppida, viginti circiter millia paſſuum: atq; vtrumq; in ripis Danubii conditum, alterum Turcaicos limites, alterum Hungaricos finit. nam quicquid agri in medio iacet, cultorib. vacuum ſolitudo obtinet. Hungari qui in præſidio Tauruni oppidi erant, conſpicati Turcas extemplo conſcenſis equis obuiam illis eunt, veſtis maxime & equorum Turcaicorum cupidine incitati. Et quum, vt fit, concurſando leue inter ſe certamen æderent, quidam inter Turcas cęteris & nobilitate & virtute præſtantior, equo eximio inſidens paulo extra ſuos prouectus, præfectum turmæ Hungaricę nomine compellãs: Quid, inquit, fruſtra nulloq; propoſito pręmio inter nos digladiamur? quum nulla nos in agro veſtro deſerto, & per bellum continuum cultorib. deſtituto, maneat pręda? quin potius quando ex populationibus emolumentum nequit acquiri, gloria bellicę virtutis quæratur? Quare ſi quis veſtrũ, Hungari, laudis ſtudioſior eſt, & animi fidens, prodeat in medium, ac mecũ ſingulari certamine congrediatur. Mouent tam elata Turcæ verba iram Georgio Scythæ: & præterquam quod Hungari alienam inſolentiam haud facile patiuntur, in equum etiam illum, quem prouocator inſidebat oculos coniecerat, eiusq; potiundi cupidine ardebat. Itaq; equo calcaribus incenſo, infeſta haſta Turcam ſibi impigre occurrentem petit, pectoreq; Machomethani per parmam transfixo, atq; haſta è vulnere euulſa, ex equo moribundum manu impellens deiecit, capiendo hoſtili equo intentus, ſed dum iacentem ſpoliat, equus Turcæ fugam Taurunum verſus arripit. Qui quidem ab Hungaris captus, ad præfectum adductus eſt. Ibi quum Scytha victor, equum hoſtis

Tauruni ſeu Belgradi ſitus.

Romæ integritati ac doctrinæ nullum locum eſſe.

ab ſe interfecti ſibi reſtitui, vt par erat, contenderet, tandem acceptis à præfecto trecentis aureis nummis, equum præfectum habere permiſit. Scytha ratus ſibi apud regem Vladiſlauum hanc pugnam honori, ſimul & emolumento futuram, petit à præfecto Taurunenſis præſidii litteras ad regem, commeatusque abeundi. Qui vbi cum præfecti litteris ad regem peruenit: rexque rem vti geſta erat, cognouit, quo viri virtutem præmio aliquo affeciſſe videretur, iuſſit illi pagum vnum quadraginta circiter colonis inhabitatum, itemq; vineis, ac aruo ſatis inſtructum, attribui. Per idem fere tempus Thomas Cardinalis ac Strigonenſium antiſtes Roma in Hungariam redierat: quo profectus fuerat, ſub extremum tempus Pontificatus Iulii ſecundi Pont. Rom. ſpe fere certa, ob ingentes diuitias, Iulio in Pontificatum Romanum ſuccedendi. Eo enim mores Romanæ Eccleſiæ deuenere, vt, qui Cardinalium opibus inſtructior eſt, is ad Pontificium munus obeundum magis idoneus exiſtimetur. Quod quidem argumento eſt, Romæ integritati ac doctrinę nullum fere locum eſſe. Et quo Thomas Cardinalis, pecuniam, quam Romæ abſumpſerat, in Hungaria reſarciret (nempe dum Romę Pontificatum ambit, atque à ſplendore, ac magnificentia commendari curat, ſine ingenti ſumptu ibi agere nequiuerat) impetrata à Pontifice Rō. Leone decimo, legatione Apoſtolica, re nunquam non quæſtuaria & lucroſa, regreſſus in Pannoniam, cœpit Hungaros hortari, pollicendo peccatorum purgationem, ad expeditionem in Turcas ſuſcipiendam, credens nec Hungaris id ingratum fore, & nullum inde tumultum, aut periculum ortum iri. Quod quum per totum Hungariæ regnum fama vulgatum eſſet, Georgius Scytha, quietis & otii impatiens, accedit ad Cardinalem, profitetur ſe breui, magna Hungarorum manu contracta, Turcis bellum illaturum, modo nobilitas Hungarica, aut ſuis opibus huic expeditioni auxilio foret: aut ſaltem moram tam egregio facto non iniiceret. Cardinalis homine collaudato ignarus futuri euentus, dat ei litteras, quibus fidem faceret, arma in Turcas ſumentibus, expiationem omnium admiſſorum ſedem Apoſtolicam polliceri.

Itaque vt ſunt Hungari religioni dediti paucis diebus, ad octuaginta millia agreſtium duntaxat in vnum conuenere. Nōbilitas, & Principes Hungarię qui pręſertim cęteros prudentia anteibant, rei nouitate permoti inquirunt, quid id licentię eſſet? quid

ſibi

ſibi vellet agrorum cultura relicta, ruſticorum coitio? cuiuſue iuſſu coirent? atque alius exiſtimans alium ſcire, quod ipſe ignorabat, percunctatur, quis dediſſet ruſticis arma? quo authore tantum audaciæ ſibi aſſumpſiſſent? Dumque ſinguli fere nobilium conuentus, per ſe magis admirantur agreſtium audaciam, quam his obuiam eunt, ruſtici ingenti ſui corporis hominum multitudine, nullo obſiſtente coacta, referunt ad maiores natu, quonam modo cœpta exequerentur. Et quum multa de inferendo Turcis bello inter ſe diſſeruiſſent, tandem animaduertentes ſe temere arma aduerſum potẽtiſſimum hoſtem cepiſſe; nec ſe vlla re tantæ expeditioni idonea inſtructos, bellum ciuile excitant: ne fruſtra vna coiſſe viderentur. Eſt autem ingenitum prope odium inter plebem & nobilitatem. pleriq; enim nobilium humanitatis obliti, plebi vt ſeruis dominantur. Itaq; plebs nulla beneuolentia, ſed ſolo metu, qui quidem malus concordiæ cuſtos eſt, ſuis principib. parent. Vnde plebs freta ſua coitione, ac multitudine, perinde ac equus domitis frænis ſeſſorẽ contemnẽs, arma in Turcas parata, aduerſum principes ſuos conuertit, authore, vt dictum eſt, Georgio Scytha: quanquam omnes fere plebeii generis Antiſtites, hæc coniuratio infamia aſperſerit: eo quod ruſtici illos, vtpote ſui corporis homines, nulla iniuria ac maleficio affecerant: quũ è contrario nobilitati maxime iniurii extitiſſent. Qui quidem Scytha, vbi animaduertit, multitudinis animum in nobilitatẽ accenſum, addit vltro effrenatis oratione furorem, vt ſcilicet excuſſo ſeruitii iugo, non modo in libertatem ſeſe vendicent: ſed etiam ſuis principibus dominentur, ratus ſibi quoq; ea via imperium acceſſurum. Eſt autem proprium multitudinis, nihil modeſte agere, ſed aut libertate abuti aut humiliter, aut abiecto animo ſeſe alterius imperio ſubiicere. Ferunt autem Scytham huiuſcemodi oratione ruſticos in nobilitatem concitaſſe. Sacrarum litterarum monumentis traditum eſt, viri Hungari, Deum opt. Maximum miſertum eſſe quondam grauiſſimę Iudæorum ſeruitutis, & populum, ex quo ciuitatem ſuam conſtituere deſtinarat, ab Ægyptica tyrannide, iugoq; regio, ac ingentibus ærumnis ereptum, non modo libertate donaſſe, ſed etiam accolarum victores hoſtiumque ſuorum dominos feciſſe. Nec immerito. Nihil enim magis auerſatur Deus, ſummus rerum omnium parens ac dominus, quam hominum in homines impotentem dominatum.

Agreſtes authore Georgio Scytha in Hungaria bellũ ciuile excitant.

Oratio Georgij Siculæ ad concitandos Hungariæ ruſticos.

Nam quum non natura, ſed fortunæ iniuria, & humana cupiditate, ſeruitus ſit conſtituta, nulli mortalium maius ſcelus ſuſcipiunt, quam qui propria authoritate abutentes, ſuę præſertim nationis homines, inclementi ac dura affligunt ſeruitute. Quid enim refert ſeruilibus operibus premi, & ſeruum eſſe, ære paratum, aut bello captum? nempe fortuna haudquaquam hæc inter ſe differunt, quamuis nomine tantum diſtinguantur. Neque enim Hungarica nobilitas, vos, colonos ſuos, ciuium loco habet: ſed vt mancipiis dominatur: æque ac belli iure liceret, in vos hoſtilia exercent. Imo, vix luce iſta, qua promiſcue homines cum pecoribus vtuntur, vos dignos cenſet. Cætera omnia, quæ vobis cum nobilitate communia eſſe debent, ſibi ipſi nobilitas ſeorſum nefarie vendicat. Quin etiam ne miſeram animam vobis ſuperbiſſima gens relinqueret, niſi vita veſtra ei vſui foret. Nam quidquid agri ferunt, labore ac induſtria veſtra exculti, quicquid pecora veſtra ædunt, nobilitati in prędam cedit. Illis terra aratur, illis vineę ponuntur: illis greges & armenta educantur: vobis cum ſeruitute omnium rerum egeſtas relicta eſt. Quod eo grauius tolerātu eſt, quia qui opulentiæ cauſa ſunt, hi maxime inopiam ſentiunt: tam ſane inexhauſta eſt nobilitatis rapacitas. Nec quicquam dubium inter incolas regni Hungarię refero. quandoquidem nemo ignorat, quæ miſeriis ſuis, quotidie domi quiſque veſtrum experitur. Quis enim nobilium rem vllam inſtituit, ſiue ea magni operis ſit, ſiue factu facilis, ſine veſtra opera & impenſa? nam ſi quis nobilium ædificat, ſi vxorem ducit, ſi filiam collocat, ſi hoſpitem accipit, ſi naſcitur, ſi vita excedit, ſi ad regem ſui negotii cauſa proficiſcitur, vos mulctamini: nihil rei vſq; ab illis geritur, ſine graui veſtro detrimento. Quis hoc ferat, cui aliquid humanę ineſt mentis? nihil nobilibus neq; proſperi, neq; aduerſi euenire poſſe, quod vobis aliquam non afferat calamitatem. Si illi diem feſtum celebratumq; agunt, vobis luctum indicunt, tributum exigendo, quo habeant pecuniam in luxum abſumendam. Si ipſi lugent, funuſue ducunt, veſtris impenſis exequias faciunt: vobisq; veras lachrymas eliciūt. Neq; libertate, neq; magnificentia, maximis atq; gratiſſ. virtutib. ſceleſti homines ſine veſtra pernicie vtuntur. Si vero pecunię, cuius mortales auidiſſimi ſunt, ſtudent, de veſtro rapiendo arcas ſuas replent, veſtriſque ſpoliis magni atque opulenti incedunt, laudem maximam inter

ſuos

ſuos ferentes, qui plura colonis ſuis per nefas ademerunt. Quouſq; hæc tam indigna patiemini, viri Hungari? ideone vos Attila rex ille clariſſimus, & victor Europæ, ab Hyperboreis montibus eduxit, vt paucorum ſuperbiæ ludibrio eſſetis? vt ſeruitute, & ærumnis veſtris amariſſimis, hominum opes, ac nobilitas quæreretur, vt ſceleſtiſſimis ciuium veſtrorum, magiſtratus, imperia, ſacerdotia paterent: vobis vero ne libertatis vnquam ſpes, nedum honoris locus vllus eſſet? Sequimini igitur Deum libertatis veſtræ authorem: qui ſtupentibus aduerſariis veſtris, vos vna contraxit, atque armis induit. Neque enim ſine Dei nutu, in vnum armati, nullo nobilium obſiſtente, conueniſtis. Itaque dum metu torpent, aggredimini hoſtes veſtros, omnia cæde ac fuga complebitis. Nihil minus ſperant luxu ſuo perditi homines, quam vobis animum eſſe excutiendi iugum ſeruitutis. Docete inſolentes belluas, ex æquo cum ſuis colonis ac ciuibus viuere: non autem per intolerabilem faſtum, atque impotentiam nefarie dominari. Nolite prætermittere occaſionem hanc vindicandi vos in libertatem. Occaſionis opportunitas, ſi eam ſtatim non arripueris, præteruolat, eodem loci poſthac nunquam reditura. Prudentum eſt fortunam ſe præbentem ſequi: & his quæ vltro offeruntur, conſilium accommodare. Quare cauendum eſt vobis, ne Deo irato hanc rei gerendæ facultatem omittatis. Nulla inconſulta formido audaciam veſtram minuat. Vana ſpes veniæ animos veſtros non decipiat. Nec ſperate pœnitentia incæpti clementiores vos aduerſarios habituros. Vel innoxia hæc deliberatio, & coitio fraudi vobis futura eſt. Exiſtimabit nobilitas vos diu animis volutaſſe hanc fortuitam ac diuino inſtinctu factam coniurationem, & ob id perinde ac initi aduerſus nobilitatem conſilii, ac ſceleris perpetrati pœnas luetis. Vnde nihil medium eſt, aut nobilitas extinguenda eſt: aut ſanguine veſtro, grauique ac perpetua ſeruitute ſuperbiſſimis hoſtibus ſatisfaciendum. Non potuiſtis innocentes & officioſi nobilium tyrannidem pati; quid noxii paſſuri eſtis conſiderate. ſi noxii appellandi ſunt, qui libertatem, & iura ſua ſibi reſtitui poſtulant. Et ne putetis vobis in diſcrimen coniectis, me extra periculum fore. in aſſerenda libertate veſtra profiteor me ducem eſſe recipioque, modo Deus cæptis faueat, mihi in laboribus ac periculis ſubeundis, neque animum, neque fidem defuturam. Vos quod nomen imperii, aſſertori veſtro impoſueritis, eo ad vos tuen-

Oratio Georgii Scytha ad concitandos Hungariæ ruſticos.

Georgius Scytha à ruſticis rex appellatur.

dos,atque aduerſarios oppugnandos vtar. Vix hæc finierat nefarius homo,quum vniuerſi ſimul clamore ingenti ſublato regem eum appellarunt. Ille vero hoc nomine inſignitus, ſtatim multitudinem, quo facilius regi poſſet, atque imperata facere,in ordines diſtinxit; cuique ordini ſua ſigna attribuens. Et quia vetùs miles erat,pro temporis anguſtia aliquantum ſigna ſequi, & ordines ſeruare docuit. Sed ne dum ipſe ſuos militaribus inſtitutis aſſuefacit,nobilitas collectis viribus agreſtes impetu facto adoriretur, priuſque eos diſſiparet, quam illi militaria facere cœpiſſent, aduerſus Stephanum Bathorem iuniorem, Thibiſcienſium præfectum,cum copiis ſuis proficiſcitur, ratus illo duce ſuperato, totam nobilitatem conſternatum iri. Porro Stephanus id temporis,cum parua manu, in Thibiſcienſi agro ad vicum Nadlacum agens, haud procul aberat ab ágreſtium caſtris,operiebaturque, quid illi in tanto metu animi haberent, conſiliique capturi eſſent,non niſi laceſſitus pugnam initurus. Itaque vbi animaduertit Scytham,ſublatis ſignis, in ſe progredi, vix tentato certamine, vtpote viribus impar,in oppidum Thibiſcenſe ſe recepit, paucis ex ſuis amiſſis: confeſtimque metu obſidionis, ad Ioannem Sepuſienſem, Tranſiluanum præfectum,nuntium miſit, qui illi indicaret,vt in oppidum Thibiſcenſe ab agreſtibus eſſet compulſus, quantoque in diſcrimine verſaretur,ni illi ſubſidio acceleraret. Sepuſienſis, cognito tanti viri periculo, non tam ſuccurrendi ſtudio (honoris enim vt fit æmulatio eorum animos diſiunxerat) quam ne gloriæ occaſionem prætermitteret (nam in publicam vtilitatem, vel aduerſario opem ferre, amplum ſibi fore exiſtimabat)coactis quum ſuis, tum prouinciæ ſuæ viribus, magnis itineribus Thibiſcum contendit. Et quum haud procul à caſtris agreſtium eſſet,turmam equitum, quidnam Scythes cum ſuis ruſticis moliretur, exploratum præmiſit. Ruſtici conſpecta turma equitum,rati,vt erat,Sepuſienſem cum magna manu aduentare, extemplo turbantur, atque ad ducem ſuum trepidi conueniunt. Ille aduentu hoſtium nihil territus,arma induit, conſcenſoque equo hoſtem in ſe venientem,certamen haud detrectaturus, operitur. Præerat Sepuſienſi turmæ Petrus Petreius, ex ea regione Dalmatiæ oriundus,quæ inter Sauum & Drauum amnes ſita,ætate noſtra Poſſega appellatur, patre Michaele Petreio viro longe fortiſſimo natus; qui cernens Scytham ad pugnã per ſe ineundam haud imparatum,

admiſſo

admiſſo equo eum inuadit· ſpiculumque lanceæ forte in latus Scythæ, qua thorax ferreus inter ſe non coierat (non enim ſuis ſed raptis armis vtebatur) adegit: delapſumque ex equo ſemianimem vinciri iubet. Duce amiſſo agreſtes, iam enim & Ioannes Sepuſienſis cum exercitu aduenerat, partim fugæ ſeſe mandare, partim errori veniam petere; partim neque prælii, neque precum, neque fugæ meminiſſe; ſed metu perculſi torpere. Quos ita conſternatos, atque animi incertos Sepuſienſis nactus, magna ex parte concidit, nulla quidem ira, aut ingenii crudelitate; ſed quo cæteros ruſticos, terrore incuſſo, ad officium reuocaret. Satis enim exploratum habet nobilitas, ruſticos ac ſeruiles animos, non niſi metu in officio contineri. Præfectus Tranſiluanus adducto ad ſe viuo Georgio Scytha, licet grauiter, vt dictum eſt, vulnerato, coronam è ferro fabricatam, candentem eius capiti imponi iuſſit. atque ita per ludibrium, quaſi ruſticorum regem, interfecit, quo eo ſupplicio agreſtes diſcerent, ad nobilium officium pertinere, militiam exercere: ruſticorum vero eſſe agrum colere, & ex fructibus labore ſuo partis, nobilitati alimenta ſuppeditare. Quippe quæ armis ſuis ipſos ruſticos tueretur. Nec ob tam atrocem pœnam, viſus eſt Hungaris Ioannes, inhumana in Scytham vſus crudelitate, eo quod ruſtici ipſius Scythæ inſtinctu, nobiliſſimos Hungariæ viros fide interpoſita euocatos, crudeli ac fœda morte affecerant: quendam ex Gaica familia, Cianadinenſium Epiſcopum, Georgium Docium, Petrum Rauoſdium, Nicolaum Torneum: ex quibus Ciaicium præſulem palo in viſcera eius adacto, trucidarant. Quamquam ferunt, hunc Antiſtitem, ob libidines, & ſtupra fœminis per vim illata, meritas dediſſe pœnas. Iiſdem temporibus Ioannes Abſtemius Tholnenſis ciuis, à rege Vladiſlauo titulis ac fortunis admodum auctus, aliquot millia ruſticorum in agro Peſtenſi magis arte & conſilio quam viribus profligauit. Nam cum aſſumptis ſecum quingentis equitibus è Buda Danubium traieciſſet: atque intra muros Peſtenſis oppidi ſeſe contineret, perinde ac pacificator, non hoſtis, eo veniſſet, miſit nuntium ad ruſticos, quibus Ambroſius Salereſius, Peſtenſis ciuis præerat, qui regis nomine, hunc in modum eos eſt allocutus. Certo ſcire regem, neque Ambroſium Salereſium, neq; colonos omnes, qui eum ſequuntur, male in regem eſſe animatos: quippe quib' rex nullam vnquam iniuriã intuliſſet: ſed per ſpeciem, imo

Georgii Scythæ ſupplicium.

Proprium ruſticorum in dimicatione quod nam ſit.

imo conſilio expeditionis aduerſus Turcas ſuſcipiendæ: cui quidem expeditioni rex ipſe nullam afferret moram, ſi tanto bello capeſſendo tempus idoneum foret. Quare qui regi & nomini Hungarico hoſtes non eſſent, ſeſe à flagitioſis, & noxiis hominibus ſecernerent, atque in dextram tranſirent partem. Magna eorum pars vna cum Ambroſio tranſiêre, metu magis pugnæ inſtantis, quam coniurationis pœnitentiæ; & quia proprium ruſticorum eſt, in dimicatione ferocia magis quam fortitudine vti, & quia putabant iuſtum exercitum eſſe, cum Ioanne Abſtemio Peſtenſibus incluſum muris: Itaq; in incertos ſententiæ extemplo ſigna illata, omneſque pariter non ſine cæde in fugam coniecti. Eodem quoque aſtu, ac fortuna coniuratio Antonii cognomento Longi, in agro Colocienſi diſiecta eſt. de quo quidem, quum viuus captus eſſet, ſupplicium Budæ in regia ciuitate ſumptum eſt. Hoc nobilitatis ſucceſſu, cæteri coniurati, à pernicioſis conſiliis deterriti, vltro diſſipantur (è queis Martinus quidam & Laurentius, vterque religione ſacri, quum & ipſi colonos in nobilitatem concitaſſent; nempe alter in Agrienſi, alter in Varadienſi agro, opprimendæ nobilitatis conſilium ceperant) aut morte voluntaria, aut fuga occulta ſeſe è manibus nobilium eripuêre. Neque enim ignorabant ſe crudeliſſimam mortem manere, ſi in manus nobilium incidiſſent. Hi enim perditiſſimi ſacerdotum, inter cætera ſcelera quæ admiſerant, virum illuſtrem Nicolaum Solohomium, cum tribus fratribus germanis, crudeliſſimè interfecerant: ædibuſque eorum, ablatis prius omnibus rebus quæ aſportari poterant, ignem iniecerant. Compoſitis Hungariæ rebus, ingenti Ioannis Sepuſienſis gloria (is enim in comprimendo ruſticorum, vt demonſtratum eſt, tumultu, optimã nauauerat operam) ſuboritur regi ſuſpicio, ne Sepuſienſis gloriam ſuam, ac populi fauorem, in perniciem regiæ domus conuerteret; abutendo quum regis ſenecta, tum liberorum eius ætate. Erant autem regi duo filii, mas & fæmina, quorum alter nondum decimum annum attigerat: altera triennio maior erat. Porro Sepuſienſis, etiam antequam regi filius naſceretur, fretus ſuæ factionis hominibus, molitus erat, ſpe in regnum Vladiſlauo ſuccedendi, affinitatem cum ipſo rege contrahere, vxore regis id aperte improbante, quæ ſane malebat, propter generis nobilitatem, vnum ex Maximiliani Cæſaris nepotibus, ſibi generum adſciſcere. tametſi plærique Hungarorum huic affinitati, ne regnum

Proprium ruſticorum in dimicatione quodnam ſit.

gnum ad Alemanum perueniret, valde aduerſarentur. Igitur Vladiſlauus (neque enim erat adeo hebeti ingenio, quin interdum proſpiceret, quæ in rem ſuam eſſent) communicato cum amicis cõſilio, his maxime qui Sepuſienſem ſupra modum creſcere nolebant, miſit ad Maximilianũ legatos, qui poſtularent, vt in confinib. vtriuſq; imperii locum colloquio deligerent, velle ſeſe de ſummis rebus ad vtrumq; pertinentib. cũ eo agere. Qui cũ nõ abnuiſſet colloquium, rex extemplo Poſonium cum liberis, & amicis profectus eſt. ibiq; aliquamdiu moratus eſt: dum & Sigiſmundus frater Vladiſlaui, Polonorum rex, eò accederet: nempe illum quoque huic colloquio intereſſe placuerat: & Maximilianũ Vianam appropinquare allatũ eſſet: ſane eam vrbẽ colloquio deſtinarant. Vianæ reges congreſſi adeo magnificè à Maximiliano habiti ſunt, vt in eorum lautitiã, ad cẽtum millia nummûm aureorum, paucis diebus, abſumpta ſint. Nemo enim regum ætate ſua Maximilianũ pecuniæ contemptu ſuperauit. Eo colloquio quũ multa inter ſe reges egiſſent, q̃ in vulgus parũ ſunt enuntiata: futura tamen affinitas (vt tunc fama ferebatur) inter ipſos inita eſt. Quę quidẽ fama ex eo maxime increbruit, quia Vladiſlaus, filia quæ vni ex Maximiliani nepotibus deſponſanda eſſet, potius in poteſtatem Maximiliani, q̃ Sigiſmundi fratris tradita: eo ꝙ Sigiſmũdus ſororem Sepuſienſis, qui (vt dictum) regi ſuſpectus erat, in matrimonio habebat, in Hungariam regreſſus eſt: pauciſq; poſt menſibus Budæ moritur. Qui profecto prçter quam quod regiam prolẽ Hungaris ac Boemis ex ſe genitã reliquit, viliſſimum regem egit: eo maximeꝙ viſus eſt, nulla prorſus gloriæ cupidine duci, quum proprium regum ſit, omnia ad gloriam referre. Dum Vladiſlauus cum Maximiliano Vianæ agit, Ioannes Sepuſienſis Tranſiluanus præfectus, ratus per Selynis Turcarum regis abſentiam, ſibi ingentis gloriæ occaſionem oblatam: id enim temporis Selynes ex Europa cum magnis copiis profectus, vltra Euphratem bellum (vt ſuo loco memorabimus) gerebat, ſtatuit Turcas, qui limitibus Hungaricis oppoſiti erãt, armis vrgere: quandoquidẽ intima regni Turcaici cum ſuis copiis, quæ paruæ admodum erant, penetrare haud quaq̃ tutum videbatur. Nempe Selynes Europæas regiones non adeo vacuas exercitu reliquerat, quin eſſent, qui à circũiectis hoſtibus fines Turcaicos tutari poſſent. Arx eſt in tumulo ſatis decliui, ab Illyricis regib. antequam Turcæ in Europam tranſgreſſi eſſent extructa (incolæ Canalam vo-

Cauala arx per Sepuſienſem oppugnatur.

cant) inter Samandriam & Taurunum poſita, paulo minus à Tauruno, quam Samandria diſtans: præterfluenti Iſtro (Inde enim Danubius in Iſtri nomen abit) imminet; ſitu ſimul & operibus ac præſidio Turcarum locus ſatis munitus eſt. Inde Turcæ, perinde ac è ſpelunca, quicquid Taurum ab Hungaris incipitur, ſpeculantur, ſuiſque Samandræ agentibus renuntiant. Hanc arcem Hungari æque ac Taurum ceruicibus impoſitam, aut muralibus tormẽtis funditus euertere: aut deiectis inde Turcis, præſidio Hungarico firmare exoptabant. Itaq; Tranſyluanus præfectus cõtractis circiter quinque millibus equitum, peditumq;, it locum oppugnatum. Iam Hũgari deiecerant tormentis aliquantum muri. Turcæq; qui in p̃ſidio erãt, cęperãt inter ſe de deditione agitare: Identidẽ tñ Samandriam clam noctu nuntios mittebant, qui Balydi Iachio, præfecto Samandriano indicarent, quanto ipſi in periculo eſſent; orarentq; ne Cauałem ſua cunctatione hoſtibus proderet; ſimul ne pateretur Turcaico nomini, per abſentiam Selynis, tantam ignominiam inferri: admonerentq; illum ſupplicii, q̃ eum arce amiſſa à Selyne maneret. Balys ſimul periculo eorum, qui Caualæ obſidebantur ſollicitus, ſimul ſciens ſe Selynis iram non euitaturum, ſi locus expugnaretur, omnibus Turcis, pariter & Chriſtianis ſuæ ditionis, qui euocari ſubito potuerunt, coactis, ſe ſequi ad ſoluendam Caualæ obſidionẽ iubet. Sed quia magna pars exercitus eius inermis erat: vtpote qui ex Illyricis paſtorib⁹, Turcis intermixtis conſtabat, & ſicut numero hominum Hungaricis copiis p̃ſtabat, ita genere militũ, ac robore inferior erat, ſtatuit Hungaros arte aggredi. Itaq; quoſdam Chriſtianos Turcaicæ ditionis, ſpecie transfugarũ, miſit ad Sepuſienſem, qui dicerent ingentes Turcarũ copias, in ſubſidium Caualæ aduentare: atq; vbi primum Hungarorũ agmen cõſpexiſſent, manũ conſerturas. Hungari hoc nuntio accepto conſcii paucitatis exercitus ſui, vſq; adeo metu cõſternati ſunt, vt per trepidationẽ ſtatim omiſſuri fuiſſent obſidionẽ, fuga effuſa, ni vir animo & fortitudine inſignis, Michael Paxius, tantum flagitium, admitti magis diſtuliſſet, q̃ mox prohibere potuiſſet. Itaq; adhortatus Hungaros, vt eodẽ loci manerent: nec hoſtem formidarent, de quo nihil certi haberent, caſtra ſtationibus firmat: exercitumq; ad pugnã paratum eſſe iubet, aſſerens ſermoni transfugarum temere nihil eſſe credendum. Eo die Turcę conatus hoſtium expectantes, nihil mouerunt: ſed ſeſe caſtris quieti continuere. No-

cte in-

Caualæ arx per Sepuſienſem oppugnatur.

ĉte inſecuta Balys ad hoſtem terrendum,(ſæpe enim leuia & vana in bello haud paruum momentum faciunt) magnæ exercitus parti faces,quarum vim ingentẽ collectam ſecum attulerat, diſtribuit: quibus accenſis ad muros Caualæ omnes, qui faces portabant, ſuccedere iubet, Hungaris relucentis flammæ conſpectu attonitis. Igitur Turcæ rati,vt erat,hoſtes metu quietos eſſe, quoſdam è ſuis Chaualam,& ita his à duce imperatum erat, intromittunt: reliqui partem hoſtium,qui ſecreti à cætero exercitu ad tormenta ænea,quibus arx Caualæ deiiciebatur, excubabant,adoriuntur. Quoſdam ex his repugnantes interficiunt:alios viuos capiunt:plures in fugam conuertunt. Qui refugientes ad ſuos Turcarum manus euaſerant, tanto terrore Hungarorum caſtra complerunt, vt vix ducis, & cæterorum principum authoritate, ad auroram in caſtris contineri potuerint. Michael Paxius,cœlo iam albente, ægre ferens tantum ſuæ gentis dedecus, cum his, quibus ipſe præerat, ad tormenta ſaluanda, ſecumque reuehenda, ne ab hoſtibus occupata aſportarentur, accedit: Indeque Turcis leui prælio ſubmotis, dum ea vehiculis imponi curat, ictus pila lapidea e tormento ab arce forte emiſſa concidit. Cuius infelici ac miſerabili caſu, tam ſua cohors,quam reliquus exercitus, relictis tormentis, fugæ ſe, nullo hoſtium inſequente, mandarunt. Turcæ enim vtpote apud quos non plus animorum erat,nihil magis cupiebant,q̃ Hungaros omiſſa Caualæ oppugnatione,citra dimicationem abire. Sepuſienſis, quantum gloriæ,aliquot ante menſibus, in terra Hungarica, ex tumultu agreſtium compreſſo,adeptus erat;tantum ignominiæ, re forſan non ſua, ſed aliena culpa aduerſus Turcas male geſta,domum reportauit. ſunt enim qui ſuſpicentur, Hungaros, haud quidem Turcarum metu fugam conſciſſe, quippe qui ſæpe alias maximas Turcarum copias parua manu fuderint;ſed in regis Vladiſlaui gratiam, hanc expeditionem, turpi fuga conſulto dedecoraſſe. Quandoquidem Sepuſienſis opes nimium eminere,rex noluerit:quippe quem cogendum, æquo iure cum cæteris principibus viuere cenſeret. Ego autem vix adducor vt credam, Vladiſlauum regem tanta ſuorum clade, ac ignominia voluiſſe Ioannẽ Sepuſienſem in ordinẽ cogi:qui ſane illi magis ſuſpect⁹ erat, quã vllius ſceleris cõpertus. Niſi forte tã abiecti animi rex fuerit,vt maluerit ſecuritati ſuæ,quã regno & gloriæ,famæq; conſultum eſſe.Per idem fere tẽpus, Selynes Othomanus, coacto vt paulo ante

Inter Iſmahelem Perſam & Selynem bellum exortum.

dictum eſt, ingenti exercitu, in Aſiam, aduerſus Iſmaelē Sophenum, Armeniorum ac multarum aliarum gentium, quæ inter Hircanum, & Perſicum mare incolunt, regem profectus eſt. Cauſam belli inter ipſos contracti hanc extitiſſe ferebant. Iſmael quū ſeſe crederet, veram illorum regum progeniem, qui ſeptingentos ab hinc annos, ex vltimis Scythiæ Aſiaticæ oris profecti, in maiore Armenia ſedes poſuiſſent, totamq; minorē Aſiam imperio obtinuiſſent, ęgrè ferebat, Othomani ſtirpem Aſiæ dominari. Quandoquidē Othomanus ex paſtore Satelles proximi regis Aſiæ fuerit, à quo ipſe Iſmael originē duceret: Selynes vero exiſtimās ſe ſatis nobilē eſſe, vtpote decimum ab Othomano rege, imperio autem ita auctum, vt omnib. ætatis ſuæ regib. pręſtaret, æquum cenſebat, Iſmaelē quoq; ſibi cedere debere; & ſecundum, non parē ſibi velle haberi: nec aut nobilitate, aut virib. ſecum progeniem Othomani conferre, quā plane Deus Machomethanis omnib. antepoſuiſſet. His ſtimulis vtroq; agitato, res ad arma deducta eſt. Itaq; Selynes, Aſiæ longitudinē cum ſuis copiis emēſus, inter Eufratē, & Moſchicos montes aliquamdiu iter fecit, vbi quum hoſtem obuium non inueniſſet, ad Periedros montes, qua hi ſeptētrionem ſpectāt, prope acceſſit, inopia cōmeatus vehementer laborans. propterea q, Iſmahel, quo Turcā venturum putabat, quidquid hoſtibus vſui poſſet eſſe, partim corruperat, partim in deuia, & munitiora loca aſportarat, quo fame, ac omnium rerum inopia Turcam vexatum, adoriretur, & ob id differebat prælium, exiſtimans ſibi mora opus eſſe, Turcæ vero feſtinatione. Nam licet Iſmael egregios equites haberet, Selynes tamen militum multitudine longe illum ſuperabat: vnde paucitas arte, & conſilio adiuuanda erat. Turca, quum neq; hoſtem certamen detrectantem conſequi, neque inopiam rerum pati poſſet, animum hoſtis, vetuſtate generis tumentem, contumelioſis verbis inſectando, ad prælium concitare ſtatuit. Itaque miſit ad Iſmahelem nuntium, qui mandata ferociter edidit, nec illi linguæ libertas, imo potius aſperitas, fraudi apud Sophenum fuit. His autem verbis vſus eſſe dicitur. Putauit Selynes ſe aduerſus viros arma mouiſſe, minus quam fœminas inuenit. Quæ enim gens adeo imbellis, & ignaua, ferre poſſet hoſtem regiones ſuas impune peragrare? tu vero, inquit, Iſmael verbis potius, quam re nobilis, non modo obuiam hoſti prodire non audes, & vera virtute bellum gerere: Sed etiam vicos & vrbes tuas diripis,

diripis, atque incendis, in deuiaque refugiendo, vincentium præmia, victus corrumpis. Vnde non immerito te omnes ſacerdotem magis quam exercitus Imperatorem exiſtimant, qui ſane conſpectum hoſtium ſuſtinere nequeas. Quare ſi quid tibi animi generoſi, atq; virium eſt, elige locum, in quo cum Selyne congreſſurus es: quique vbi ęquo campo collatis ſignis dimicare cœperitis, facile detecturus ſit, Turca, an Armenius bello ſit pręſtantior. alioqui, ſi in pugnam prodire non audes, indue in animum meliori parere, ac ſtipendium pendere. Ad hæc Sophenus ſubridens, reſpondit, ſe non eo, quo hoſtis vocaret, ſed quo ipſe conſtituiſſet venturum. Iſmahelem enim ſolere ſuo ipſius arbitratu ac conſilio, non alieno pręſcripto, omnia gerere: nec ſe prælium detrectare, ſed tempus pugnę ineundæ idoneum expectare. Quanquam Sophenis vix honeſta victoria futura eſt, quæ ex ſeruis reportanda ſit: quippe præterquam quod omnes Turcæ mancipia ſunt, ipſi quoq; Othomani reges ex ancillis & captiuis mulieribus naſcuntur. nemo enim ex finitimis regibus cum Othomanis, nouis hominibus, ſanguinem ac genus miſcere dignatur. Itaq, niſi velit Selynes Armenię campos cadaueribus Turcaicis oppleri, excederet aliena terra, ac ſeſe legitimo domini ſui imperio, à quo Othomanus, æque ac fugitiuus ſeruus nefarie defecit, ſubiiceret. Hac vbi dixit nuntiumque ad Turcas remiſit, retulit ad amicos, an tempus pugnæ iam committendæ his videretur? omnes cenſuere, extemplo pugnandum eſſe, impetu quodam magis, quam conſilio. nam exploratum habebant, Turcas inopiam rerum neceſſariarum vix tolerare, multosque hoſtium vna cum iumentis fame enectos eſſe; & ob id Turcam in hoſtili terra plures dies haudquaquam manſurum. Igitur Iſmahel ne ſuorum animos, quos videbat dimicationis moram amplius non paſſuros, detrectando certamen ab ſe alienaret; ſimul inſita ſuperbia, ne fame magis, quam armis ſi vincere contigiſſet, hoſtis victus eſſe videretur, Turcaicis caſtris ſua tandem conferens caſtra, octauo ſextilium calendarum ſub ſolis occaſum haud procul à Selyne conſedit. Poſtridieq; eius diei, quum iam pranſiſſent ſui, ſignum pugnæ propoſuit; prius huiuſcemodi apud ſuos habita oratione. Non me præterit, viri fortiſſimi, Turcas Europæos famam eximiæ virtutis in bello obtinere: eo quod hi ex Illyriçis, Thracibus ac Macedonibus magna ex parte conſtant, quæ ſane gentes fortitudinis laudem ſemper fere tulerũt.

Reſponſum Iſmahelis Sopheni.

 Sed

Famam. Sed nolite famæ credere: ſolet illa multo maiora vero prædicare, & ob id nunquam ad liquidum quærentes perducit, rebus ipſis credite. Satis enim conſtat, Aſiam his gentibus Europęis, quas modo commemorauimus, bello ſuperatis ad Hungaros vſq; imperium protuliſſe. Et idcirco credibile non eſſe, Europam victam, Aſia victrice bello potiorem. Itaque ne vobis vanitas mentientium improuiſa ſit, quæ comperta habemus, vos ignorare non ſinam. Non fugit vos, milites, totius robur Machometani exercitus ætate noſtra ex equitibus conſtare: equites vero ex ſola deligi nobilitate: quæ quidem apud Turcas nulla eſt. Nempe omnes Turcæ, aut ex captiuis, aut ex emptis mancipiis fiunt. Nec ignoratis ipſos Turcas nullas vnquam terras, niſi quas prius crebris incurſionibus vaſtando ſolitudinem fecerunt, occupaſſe: atque omni nobilitate extincta, imperio ſuo adiunxiſſe. Vnde hac tempeſtate, neque Thracia, neque Illyricum, neque Macedonia vllum Turcaico imperio militem dare poteſt. Quippe omnes hæ regiones rariſſimis pagis habitantur: ſolisq; ſeruitiis à ſolitudine vindicantur. Scitote igitur, milites, eos omnes, quibus Selynes arma aduerſus nos ſumpta commiſit, viliſſima eſſe mancipia: atque ergaſtulis, quam bello gerendo multo aptiora. Quare quum prælium inibitis, eos animos geretis, qui dominis in ſeruos eſſe debent: & eos ſeruos, qui auſi ſunt, herilem terram armata manu per ſummum nefas inuadere. Satis enim conſtat, Othomanum progenitoribus meis ſeruitutem ſeruiſſe. Sed nec tormenta, quæ Turca aduexiſſe fertur, nimium timueritis. Ea maiorem eminus fragorem, quam periculum faciunt: quum res cominus geritur, nullius vſus ſunt. Ad hoc memineritis, vos animi & corporis robore vigentes, cum his manus conſerturos, qui quum itineris labore, tum cibariorum inopia prope abſumpti ſunt; armatos cum inermibus ac ſeminudis, peritos militię, cum imbellibus, ac imperitiſſimis. Turcæ enim nullis militaribus inſtitutis ſtudent: nihil fere ordinatæ diſciplinæ habent: turba eſt incondita, rudis, temeraria: neque ſe vnquam, neque equos ſuos bellicis meditationibus exercent. omnis illorum vis non in ſignis conferendis, ſed in pręda conuectanda conſiſtit. Itaq; ſimul ac in illos impetum feceritis, fœdam ſtragem ac fugam conſpicietis. Hæc vultu interrito, & ſpei plenus elocutus, tubas & cornua canere, atque tympana pulſari, clamoremque tolli, ſimulque hoſtem inuadere iubet. Turcarum copiæ

trifa-

triſariam erant diuiſæ: in dextero cornu Aſiatici conſtiterant, læuum Europęi tenuere. Selynes cum his, quos regio more, fere ſatellitum loco ſecum habebat, ita mediam aciem tutandam ſuſcepit, vt magis in ſubſidiis, quam in acie eſſet. Suæ autem cuſtodiæ cauſa more Othomanorum regum circum ſe habere conſueuerat, præter ſex millia peditum, quos pręorianos vocant, ad decem millia equitum, qui ſane nuſquam à corpore regis dum in caſtris eſt, diſcedere ſolent. Turca igitur conſerto prælio, ac vehementer per mutuum odium accenſo, quum vidiſſet vtrumque ſui exercitus cornu valde premi: Europæos ingenti etiam cæde prope ſtratos (Aſiaticis enim Sopheni veluti cognatis, quantum fieri poterat, parcebant.) Iamq; Sophenos ſuperiores atque ſucceſſu rerum exultantes in ſubſidia Turcaica, vbi Selynes ipſe curabat, impetum facere, iubet libratores ferreas pilas è maioribus tormentis in irruentem hoſtem torquere, eumque à munitionibus arcere. Qui vt imperatum erat igni tormentis admoto plures ſuorum, quam hoſtium fæde trucidarunt. Ita enim Turcæ cum hoſtibus permixti erant, vt ſine vtriuſque partis ſtrage Sopheni ab hoſticis munitionibus repelli nequiuerint. Qui ſi (vt fama fertur) copiam peditum, quorum opera Aſiatici in bello prorſus non vtuntur, habuiſſent, aut poſtero die certamen inſtauraſſent, in munitiones hoſtium, Turcis impetu hoſtili conſternatis proculdubio irrupiſſent: viuumque Selynem & ipſum eodem metu attonitum, parumque mentis compotem cœpiſſent.

Inter Turcam & Sophenum prælium committitur.

Porro Sophenis equitibus, ſicuti vbi per turmas aduenere, vix vlla acies obſtiterit, ita hi ad pedeſtrem pugnam obeundam nullius prorſus vſus ſunt, immobilium fere armorum grauitate & cataphractorum pondere. Nam principes & nobiliſſimus quiſque, tegmine è ferreis laminis confecto vtuntur. Pedibus ſtipendia facere apud ipſos inuſitatum. Ferunt hoc in prælio ad quadraginta millia Turcarum, cum decem & ſeptem præfectis fortiſſimis viris cecidiſſe. Ex Armeniis vero circiter mille & quingentos deſideratos eſſe: inter quos dux inſignis ARAX DEVIVS dum hortatur ſuos caſtra hoſtium inuadere, ſub ipſis Turcarum munitionibus peremptus eſt, pilula plumbea è minore tormento in frontem adacta.

Cuius caſu maior prope pars Sophenorum turbata, è caſtrorũ oppu-

Inter militum cadauera mulierum quoq; corpora virilibus armis tecta inueniuntur.

oppugnatione auerſa eſt. Cernere erat in campis, vbi depugnatum eſt, ſpectaculum adeo fœdum & horribile, vt Sophenis pariter & Turcis terror quidam, pigritiaq; poſthac inter ſe manus conferendi incuteretur. Iacebant tot millia hominum cæſa: è queis partim gladiis ſagittiſque, ac lanceis vulnera acceperant: partim tormentis lacerati conſpiciebantur. His crura, illis humeri & manus, aliis capita à corpore diuiſa erant: quibuſdam per pectus, & coſtas pila lapidea traiecta, effuſis ac diſiectis viſceribus, totum corporis poſitum ac figuram confuderat. Nec minus fœda equorum, cæterorumque iumentorum ſtrages cernebatur. Cæterum, quamquam Selynes dimidiam fere exercitus ſui partem amiſerit, fama tamen aduerſę pugnę in Sophenos vertitur. eo, quod, quum prælio facto vterque exercitus intra ſua munimenta ſeſe recepiſſet, Sopheni tormentorum inuſitata atrocitate attoniti & perterriti, relictis caſtris ſuis prędę & commeatuum plenis, è conſpectu Turcarum noctu abierint. Tametſi alii fugam Sophenorum, in charitatem erga Iſmahelem conferunt: qui cum brachium illius (nempe in prima acie verſatus fuerat) parua pilula è tormento emiſſa traiectum foret, timuerunt poſthac regem ſuum, quem diuinis prope honoribus colunt, tam terribilibus tormentorum ictibus obiicere. Turcæ eodem loci in quo dimicatum erat permanentes, & hoſtium ſpolia per otium legerunt, & ſuorum corporibus contra Turcaicum morem (ſolent enim Turcæ ſepelire ſuorum cadauera, non cremare) ignem iniecere, eo conſilio, ne quantum Turcarum copię diminutæ forent, appareret: numeroque interfectorum hoſtes inito, ſeſe pro victoribus, tanta Turcarum clade conſpecta ferrent. Quidam ſpoliandi ſtudio, ſimul & ſuos funeris cauſa inquirendi, dum hoſtilia voluunt cadauera, reperunt, magna ſpectantium admiratione, fœminas quoque virorum armis ornatas: atque ita in hoſtem verſas, vt aduerſis vulneribus viderentur eſſe confectę. Et quod maiorem incutiebat admirationem, nullam earum viuam in poteſtatem hoſtium veniſſe ſatis conſtabat. tanto ſane apud Sophenos amore fœminæ viros ſuos proſequuntur, vt ne ad bellum euntes relinquant: tantaque his animi magnitudo ineſt, mortiſque, cuius metus pleroſque viros exanimat, contemptio. Poſt hoc prælium Selynes, vt Armeniis oſtenderet, ſe victorem eſſe, hoſtemque in fugam coniectum, petit Taurim vrbem ad Araxem ſitam, ſedem nunc regni Armeniæ, nec multum ab eo

loco,

loco, in quo pugna commiſſa fuerat, diſtantem vrbem hanc puto Artaxata antiquis vocitatam, atq; Domitio Nerone Romanis imperante, à Corbulone delatam. Deinde poſt longa tempora à Machometanis regibus ita inſtauratam, vt in ampliſſimam creuerit ciuitatem. Sane illam magnitudine, ac incolarum frequentia Hadrianopoli conferunt. Vbi quum triduum moratus eſſet, ſubiit eius animum ſuſpicio, ne ſcilicet Iſmahel ſimulata fuga abeſſet, pugnaque repetita Turcas remiſſius Artaxatis agentes inuaderet, vrbe inuiolata relicta. Et quia voluntarie ſe dediderat, & quia apud Armenios clementię famam quęrebat, eodem itinere, quo ad Araxem venerat, in Cappadociam regreſſus eſt, abductis ſecum multis ferrariis fabris, & id genus opificibus: quorum ars erat tegmenta militum è laminis ferreis conficere, quib. Conſtantinopolim miſſis officinas attribuit: iuſſitq; arma fabricare, atq; eadem arte alios inſtituere. Inde in Gallogræciam Amyſum hybernatum conceſſit. Iiſdem in regionibus exercitum quoq; hyemandi cauſa collocat, vere ineunte, in Eufratem cum copiis ſuis reuerſurus, propterea quod die noctuque animum fatigabat cogitando, quonam modo aut Iſmahelem hoſtem ſibi acerrimum bello ſuperaret, aut pace cũ ipſo facta Achimatis fratris filium, per pacis conditiones in ſuam redigeret poteſtatem, ne eſſet in familia Othomana, quem prętoriani, vt eſt vulgus mobili ingenio, & ſeditioſum, aliquando Selyni poſſent opponere, & eodem exemplo quo Selynes parentem ſede regia deturbaſſet, ipſum fratris filius de regno eiiceret. Is autem adoleſcens patre à Selyne necato confugerat ad Iſmahelem: à quo benigne exceptus, liberaliter, magnoq; cum honore habebatur, data ei filia in matrimonium. Igitur Selynes, quum primum pabuli copia eſſe inciperet, ex hybernis mouit: magnoq; labore per Cappadociam, minoremq; Armeniam tormenta ænea plauſtris trahens ad Euphratem peruenit, qua is Melanta fluuium ex Argæo Cappadocię monte profluentem accipit: Ciamachumq; oppidum, in maiore Armenia ædito loco poſitum, præterfluit. Valde enim cupiebat illo oppido potiri, vt & ibi prędidio impoſito, circumq; ea loca ſtationibus militum collocatis, prohiberet Sophenum auxilia minoris Armeniæ regulis portare: quorum regiones ipſe aggredi, ſuoque imperio adiungere animo propoſuerat: ne inter ſuum & Iſmahelis imperium vllus eſſet, qui hoſtilem exercitum ſuis copiis augere poſſet. Itaque traie-

Tauris Armeniorum regia antiquis Artaxata.

Melas fluuius, & Ciamachum oppidum.

cto cum copiis, ac tormentis Euphrate, breui ad ſpem eius euentus reſpondit. Nam cum Ciamachum loco ſatis tutum eſſe videretur, nec idcirco præſidio militum munitum eſſet, primo fere Turcarum impetu captum eſt. Turcæ enim diſcuſſa tormentis muri parte, propugnatoribuſque, qui fere oppidani, & ob id imbelles erant, inde miſſilibus ſubmotis, per prærupta haud facile ſubeuntes, in ruinas muri, qua oppidum cuſtodiis nudatum erat, euadunt: oppidoque potiuntur, puberibus magna ex parte interfectis. Quo valido præſidio, multiſq; tormentis firmato, in minorem Aſiam ſeſe recipiunt. Ibi Selynes caſtris poſitis, omnes regionum principes ad ſe accerſiri iubet. quorum magna pars in fidem eius ſeſe permiſerunt. Alii Selynis fidei parum credentes, vltra Euphratem refugere, atq; ad Iſmahelem ſeſe contulerunt, rati illum nobilibus viris profugium eſſe, vtpote beneficus ac munificentia notiſſimum. Selynem vero nulla manſuetudine, humanitateue præditũ, omnia ſerua, & ſubiecta ſibi velle. Erat id temporis iiſdem in regionib. regulus quidam (Alaudolam populares vocabant) qui ſicut cæteros circa regulos opib. ita & animo ſuperabat. Qui quidem vocatus Selynem adire renuit, cõfiſus tum aſperitate locorum, quæ incolebat, tum copiis ſuis ad iuſtũ fere exercitum accedentibus. Ad hęc non audebat Turcaicę fidei ſalutem ſuam committere: propterea quod dum Selynes iter ad Euphratem haberet, Turcaicis commeatibus infeſtus extiterat, ſeu prædę cupidine, ſeu Iſmahelis partes aperte fouens. Neq; enim dubitauerat, Selynem eadem fortuna cum Iſmahele pugnaturum, qua quondam Mechmetes ipſius Selynis auus, cum Caſſano Armeniorum rege pugnauerat. quippe cum ex illo prælio æquo Marte diſceſſum eſſet, vterque tamen pro victo abierat, altero alterius fortunæ ignaro. Vnde ſatis apparet, Selynem & conſilio, & animi magnitudine auum longe ſuperaſſe. nempe qui clade diſſimulata, hoſtem ſecundę pugnæ fructum ſentire haudquaquam paſſus eſt, Tauri vrbe, ſede regia ſtatim à prælio occupata, indeque magna fabrorum vi (vt demonſtratum eſt) Conſtantinopolim abducta. Itaque regulus admiſſi conſcientia, aduerſus Turcarum vim armis ſe tueri parabat. Selynes animaduertens, Alaudolam vnum ex omnibus minoris Armeniæ regulis, neq; legatos ad ſe mittere, neque ipſum ad ſe venire: neque ſibi fuga conſulere, ratus, vt erat, eum belli conſilia animo volutare; Simonem ſpadonem cum parte exercitus ad ipium

pſum ſubigendum miſit, ita vt & ipſe haud procul à Sinone cum reliquo exercitu abeſſet auxilio futurus, ſi res poſtulaſſet. Alaudola accepto hoſtium aduentu, haud cunctatus eſt his obuiam ire. Cæterum, vix conſerto prælio Alaudolani ſeu dolo ſeu metu terga vertunt, regulus inter tumultum elapſus, cum paucis in montes Ciliciæ pene inacceſſos profugit: quanquam à ſuorum perfidia ac parricidio ſeſe loco tutari nequiuit. Nam nobilitas quæ ſub Alaudolæ imperium degebat, vbi ſenſit reguli morte, aut deditione, Selynis iram mitigari, ac expleri poſſe, magis periculi quam fidei memores, ſcelerato inter ſe conſilio inito, Alaudolam adeunt, monent, vt ſibi liberiſque ſuis, & regno proſpiciat, clementiamque potius victoris, quam vim experiatur. At vbi vident Regulum deditionem auerſari, ac malle mortem oppetere, quam manibus hoſtium ſe vltro offerre, rati tolerabilius, ſeruitium deditis fore, quam vi ſubactis, paciſcuntur cum Selyne, vt quos agros tenuiſſent, eodem modo in poſterum quoque tenerent, hominem circumſiſtunt, atq; vinciunt, viuumq; ad hoſtem adducunt. Quem Selynes, vt erat amicis, ne dum hoſtib. implacabilis, extemplo iugulari iuſſit, regionique cui ille præfuerat, prçſidium imponit. Mox çſtate iam exacta Conſtantinopolim reuerſus eſt. Ibi cum Hungarorum legato Barnaba Belliano, remp. curante, viro, vt inter Hungaros non minus facundo, quam circumſpecto, quem ſex annos apud ſe honorifice retinuerat, magnamque vim auri in eius lautitiam erogarat, pacem per triennium fecit, omnibus Chriſtianis præter Rhodios pacis conditionibus adſcriptis. Quanquam multum inſtitiſſet Turca, Chriſtianis abnuentibus, vt cæteris Chriſtianis excluſis, cum ſolis Hungaris in ſeptennium induciæ fierent: quo vacuus pace Hungarica, bellum aut aduerſus Iſmahelem ſuſceptum commodius gerere poſſet, aut Rhodos Turcis valde infeſtos, oppugnaret.

Alaudola à Simone ſpadone Selynis purpurato profligatus à Selyne iugulatur.

Iiſdem temporibus inter Sigiſmundum Polonum regem, & Iuonem, qui Aſiaticis Sarmatis imperabat (Moſchouios çtas noſtra appellat) atrox bellum exortum eſt. Moſchouiorum autem in terra, Aſiæ vltra Tanaim amnem late patent opes. His eadem ſacra ac religio, quæ & Grçcis, ſunt: ritu magis quibuſdamque inſtitutis, quam cultu in DEVM à cæteris CHRISTIANIS, qui Romanæ ſedi parent, differunt. Itaque quia (vt alio loco diximus) nihil magis humanos diſiungit animos, quam

Smolēcum oppidum Lithuaniæ, & Panticapes amnis, quem Scythæ Bereſinam vocant.

ſacrorum & religionis diuerſitas, Moſchouii æquum cenſentes, vt ſui ritus regiones, quæ ſub Polonorum imperio eſſent ipſis potius q̃ Polonis parerent, conati ſunt Roxanos (quos Rubros vocant) à Polonorum imperio fraude primũ ac clandeſtinis ſuaſionib. auertere, ſibiq; adiungere. Mox vbi illos ad defectionem nequicquam ſollicitando occulta conſilia parum proceſſere, comparato iuſto exercitu, quædam Lithuaniæ oppida ad Polonum ſpectantia in finibus vtriuſque imperii poſita oppugnare aggreſſi ſunt. Cæterum, inde à Polonicis præſidiis erumpentibus non ſine cęde pulſi, iterum maiore manu coacta fines Lithuaniæ adorti ſunt: Smolencumque oppidum, adiuti quorundam Græci ritus oppidanorum proditione occupatunt, plurimiſ ex ſuis in ea oppugnatione amiſſis. Hoc autem magno rei ſucceſſu Moſchouius elatus cum ingentibus copiis (ferunt enim ſupra octuaginta millia equitum contraxiſſe) fines Polonici regni eſt ingreſſus: atque ad Panticapem amnem progreſſus, regiones flumini adiacentes caſtris ibi poſitis, late depopulatus eſt. Porro Panticapes (quem nunc Scythę Bereſinam nuncupant) & Boryſthenes è diuerſis fontibus orti, multum campi inter ſe relinquentes, Amadocenas Scythiæ regiones percurrunt: vbi ad Olbiam nunc vicum infrequentem, olim vrbem nobilem peruenere, confluunt. Deinde ambo in vnum abeuntes nomen, Ponticum mare eodem alueo ſubeunt. Sigiſmundus de hoſtium aduentu certior factus, confeſtim exercitum miſit, qui hoſtem Panticapem traiicere prohiberet: atq; cum illo ex occaſione manum conſereret. Igitur Poloni vi tormentorum ingenti cis Panticapem diſpoſita hoſtem ab vlteriori ripa procul ſubmouent: tranſmiſſoque amne, in perculſum Moſchouium ſigna inferunt: atq; haud parua cæde ædita, hoſtem in fugam compellunt: totoque campo, qui inter Panticapem & Boryſthenem interiacet, hoſtis exactus. Nec contenti fuga hoſtium Poloni, ſed conſternatione eorum abutendum rati vltra Boryſthenem hoſtem inſequuntur: ac priuſquam à payore ſeſe colligerent, iterato pręlio eadem fortuna cum Moſchouio confligunt. Itaque ex Moſchouiis ſupra triginta millia hominum cecidere, pauciſſimis admodum ex Polonica acie cęſis. Poloni direptis hoſtium caſtris, cum magna quum rerum, tum hominum captorum præda, ad regem ſuum tanta victoria lætum reuerſi ſunt: nempe in ea pugna præter duo millia nobilium equitum, decem duces, & ſeptem

ſeptem & triginta Senatorii ordinis homines viui capti ſunt. Neque huius rei geſtæ fama Sarmatiæ finibus ſe tenuit. Sed Selynes quoque ſuperbiſſimus Turcarum rex, legatos gratulatum pacemque petitum ad Sigiſmundum miſit. Quãdoquidem Polonorum amicitiam non minus ſibi quam Hungarorum neceſſariam cenſeret. propterea quod regem Hungarum vtpote ex fratre Sigiſmundi natum non modo cum Polono fœdere, ſed etiam ſanguine iunctum haud ignorabat: cum quo ſane pacem habere (vt ſupra demonſtratum eſt) magnopere cupiebat, quoad cum Iſmahele Sopheno debellatum foret: atque eo magis Selynes cum Polono amicitiam facere optabat, quia compertum habebat, Lodouicum Hungarorũ regem, qui tunc puer admodum erat, omnia ex præſcripto patrui, atque eo authore agere; nec Hungaros ſine Sigiſmundo, aut illius iniuſſu noui conſilii quicquam capturos. Itaque Selynes pace cum finitimis Chriſtianis compoſita, totas vires ſuas ad orientem conuertit, non modo Iſmaheli, ſed etiam Camſauo Cauirio, Syriæ ac Ægypti regi infenſus: eo quod ei per legatos denuntiarat, vt quia filius Alaudolæ in Ægyptum ad ſe confugiſſet, æque ac ad ſummum Machometanæ religionis Pontificem, ad cuius officium de controuerſiis Machometanorum conſtituere pertineret, decederet ab Armenia minori, & Cilicia, atque eas regiones præſidiis ſuis liberas, legitimo principi reſtitueret. Alioqui ſe non paſſurum amicum hominem, & fidem ſuam implorantem, patria per ſummam iniuriam pulſum, in exilio ſeneſcere. Qua denuntiatione Selynem exiſtimantem, Ægyptium ſuis potius rationibus ſeruientem, quam Alaudolæ fortunarum miſerantem, ea dixiſſe (tutius enim videbatur Cauirio Alaudolam finitimum, quam Turcam habere) adeo ira exarſiſſe ferunt, vt barbara quadam inſolentia, dimiſſis ab ſe legatis ſine reſponſo quibuſdam ex ſuis non dubitauerit dicere, ſe propediem, daturum operam, vt Othomana progenies, Syriæ quoque ac Ægypto imperet, pulſis inde Cercaſſis (ea natio Cercetarum ſoboles eſt, Ponti accola) nec permiſſurum, mancipia ære empta, Machometanis hominibus, tam impotenter dominari. tametſi quidam affirment, Turcam, legatis Ægyptiis, ſuppreſſa ira (cuius alioqui non erat potens) ſatis benigne, ioco, an ſerio incertum, reſpondiſſe, ſe plane officiis ſuis effecturum, ne Canſauus Alaudolam magnopere deſideret: neue illum pœniteat, Selynem ſuis finibus conterminum habere. Qua profecto ſi-

 mula-

Smolencũ oppidum Lithuaniæ, & Panticapes amnis, quem Scytha Bereſinam vocant.

Caliphes Machometanorum ſummus Antiſtes.

mulatione ſi vſus eſt, à magnanimi viri officio proculdubio receſſit, ma giſque callidi hominis fraudem, q̃ regiam ſimplicitatem ſecutus eſt. Eſt enim proprium regum, nõ dolo, aut inſidiis niti: ſed iuſto bello ſuſcepto, vera illud virtute, & in communem gerere vtilitatem. Res admonet, quemadmodum ſacerdotali fraude, Syriæ & Ægypti imperium, à legitimis principibus, ad ſeruos tranſlatum fuerit, paucis attingere; eo magis, quo famam, deuictis Cercaſſis, apud Turcas vulgatam, haud omnino vanã eſſe demonſtrarem, Selynẽ Ægyptios ac Syros non tã armis ſubegiſſe, q̃ ſublato ſeruili dominatu, in libertatem vendicaſſe. Mos erat apud Ægyptios, ex quo illa gens in Machometanam ſectam conceſſit, è cohorte eorum, qui literis eruditi, & imprimis legum conſulti eſſent, Caliphem (ita ſummum antiſtitem appellant) conſtituere. Hic non modo ſacra, & quæ ad religionem pertinent, curabat: ſed etiam de publicis, ac priuatis cõtrouerſiis cognoſcebat: maieſtateq;, imperio, ac potentia ſecundus à rege habebatur. Reges igitur Ægypti (quos Machometani Solidanos vocant) pulſis è Syria Chriſtianis, quibus cum ad annum ſalutis humanæ circiter c c c. ſupra mille bellum acerrime geſſerunt, Chriſtianis natale Chriſti ſolum ſibi iure ſuo vendicantibus, victoriam ſocordia mutantes, luxui ſe, & deſidiæ, vbi hoſtilis metus animo deceſſit, corrumpendos dedere: nempe Ægyptus locorum amœnitate, cęteriſq; voluptatum illecebris facile homines in ocio emolliuerat. Caliphes (vt ſunt plæriq; ſacerdotes, ad fallendum & dominationem captandam callidi) ignauiam regum in conſilio habens, totas imperii vires paulatim ad ſe trahendo, eo magnitudinis deuenit, vt regia authoritas indies deſpectior, breui fere extingueretur. Adempta regibus vi imperii equites quoque, quorum opera res Ægypti ſtabat, modo in commeatus mittendo, atque in varios militares vſus ablegando; modo tanquam emeritos, in agros deducendo, prope exauthorauit, nullo eorum vacationis & ocii dulcedine aſtum Caliphis ſentiente. Cæterum, cum circumſpectus homo crederet; nullum imperium ſine militari manu poſſe conſiſtere, adiecit animum ad milites ex ſeruis inſtituendos; ratus id genus hominibus, arma eſſe tuto committenda: nec alios milites, vbi hi aſſueuiſſent militiæ, rem Ægyptiam deſideraturum. Igitur ſerui à longinquis regionibus petiti, huic conſilio aptiores viſi. Ciues pariter ac finitimi timebantur, ne fraude detecta, priuſquam caleſcerent vires, euerterentur, reſque ſumma

calli-

calliditate capta, non ſine repertoris perfidiæ periculo, vana euaderet. Itaque Pontica gens, quæ inter Mæotim & Phaſim incolit (vulgo Cercaſſos vocant) ad hanc militiam delecta. Inde greges ſeruorum abducebantur, partim liberi à parentibus venundati; qui ſane nihil ſceleris eo facinore ſe ſuſcipere putabant, exiſtimantes prolem ſuam non in ſeruitutem adduci, verum in imperium mitti: partim à Tatharis Mæotis accolis empti. Quos illi Ponticas regiones incurſando captos, cum Syris mercatoribus, tum veſte, tum pecunia permutabant. Hi ſerui ad Caliphem perducti hominibus armorum, & equitandi peritis diuidebantur. Quos illi in diſciplinam acceptos, omnes equeſtris militiæ artes edocebant: quotidianiſque fere meditationibus, ac pugnæ ſimulacris experiundo, eorum corpora, ſimul & animos ad bellum acuebant. Cæterum, imperium fraude quæſitum, haud altius radices egit; quũ præſertim non ſuis, ſed alienis viribus inniteretur. Nam ſeruiles animi poſtea, quam ſe iuſto exercitu auctos, vireſque regni ex ſe pendere viderunt, reputantes perfidiæ præmium regnum fore, inito inter ſe conſilio aduerſum Caliphem coniurant. Cur enim ſacerdos, curandis ſacris conſtitutus, qui in ocio ætatem agit: quippe qui nuſquam è cubiculo prodit: verum in ſella aurea reſidens, puluillis purpureis innixus, ne hyberni quidem ſolis patiens, quaſi animal epulis deſtinatum, ſeſe intra ſaginando regnum potius temperaret, quam milites; ſine quorum armis, ſudore, & ſanguine, neque imperium ampliari, neque tutum reddi queat? Itaque miſſo ad Caliphem nuntio, iubent illum ſacra duntaxat capeſſere, vetito eo, pro imperio quicquã de cætero agere. Extorto Caliphi regno, quum ſeruorum imperium ad ducentos fere annos duraſſet, tandem à Turcis hunc in modum deletum eſt. Selynes (vt ſupra dictum eſt) Cercaſſis infenſus, aduerſus eos cum exercitu proficiſcitur: perque eam Cappadociæ partem, quæ cum Cilicia continens eſt, iter faciens in Syriam, monte Amano ſuperante deſcendit, & priuſquam ei hoſtium quiſquam occurreret, ad Orontem fluuium in agro Antiocheni caſtra poſuit. Canſauus Cauirius, vbi accepit Turcas in Syriam irrupiſſe, coactis octo millibus equitum hoſti obuiam magnis itineribus contendit. Plures autem eo numero equites confici nequiuerunt: propterea quod ſuperioribus annis multi ex his peſtilentia, ac ciuili bello, variiſque aliis caſibus interierant: nec in locum eorum,

Cercaſſi unde ſint orti.

qui

Cercaſſi vnde ſint orti.

qui abſumpti fuerant, alii veteri inſtituto, ſuffecti erant, principibus ob inteſtinas, vt fit, diſcordias, priuatis potius rebus, quam publicis ſtudentibus. Iam rex Ægyptius in Phœniciam progreſſus, Lyconta fluuium tranſmiſerat, quum Selynes & ipſe Adonio amne traiecto, haud procul ab Heliopoli communitis caſtris conſedit. In conſpectu prope erant exercitus: neuter tamen regum omnes copias in aciem prodire ſinebat, alter alterius conatus metu mutuo expectantes. nempe Turcis veniebat in mentem, Bazethe Selynis patre regnante, quum de finibus certatum eſſet, ſæpius ſe à Cercaſſis profligatos fuiſſe. rurſus Cercaſſus verebatur hoſtium multitudinem, vim magnam tormentorum, genus teli, equis pariter, & ſeſſoribus terribile, & pernicioſum, præſentiam Selynis, quo quidem, præterquam quod ne victus ſciret cedere, ac cum victoribus inſtauraret certamen, ſpectante atque ſuos adhortante, Turcæ multo acrius eſſent pugnaturi. Itaque vtrique regum viſum, priuſquam totis viribus in aciem deſcenderēt, è ſtationibus procurſando, leuibus certaminibus animos ſuorum periclitari. Hæc certamina licet eſſent haud ſatis digna dictu, Cercaſſorum animos mirum in modum auxêre. Nam aliquoties cominus turmatim congreſſi, Turcarum ferociam, militaribus meditationibus aſſueti, non ſine pernicie hoſtium facile eludebant. Quare Selynes animaduerſa, ne ſuorum animi minuerentur, concione aduocata his fere verbis Turcas ad prælium totis viribus ineundum hortatus eſt. Tradunt rerum ſcriptores, viri Turcæ, moris antiqui fuiſſe, reges immortalitati conſecrare, quum illi beneficiis ſuis, eo honore dignoſſi præſtitiſſent: quo & meritis regum gratia referretur, & inſecuti principes, eo præmio prouocati, ad beneficia exhibenda promptiores forent. Sed ſi quæritis quibus meritis tanta gratia reddita ſit, nihil aliud plane inuenietis, quam quia reges illi humanum genus his fere beneficiis conciliarint atq; excoluerint. Importunos imprimis tyrannos extinxere: aſpera bella compoſuere, agros militibus ſuis aſſignarunt, oppida condiderunt. At nos, viri Turcæ, ex benefactis cæleſtes non cupimus honores, ſit procul à noſtra modeſtia tam impia cupido. Non exiuimus nos hominibus, nec obliti ſumus humanæ infirmitatis. Satis ſcio, quidquid agimus, diuino id eſſe ſubiectum arbitrio. Eodem cultu Deum omnium rerum authorem, vna vobiſcum colimus. Eum ſolum diuinis honoribus venerandum cenſemus. Imo, ſi quid proſpere hac in

expe-

Selymi oratio ad exercitum excitandum.

expeditione (vt ſperamus) contigerit; quandoquidem iuſtiſſimum bellum ſuſcepimus; id totum Deo acceptum referemus: nec vllum ſeorſum à vobis pręmium mihi dari poſtulo. & gloria, licet ea ꝓpria ſit regum, & vtilitas victoriæ, inter nos futura eſt cõmunis. Cęterum, ſi vnq̃ vlli homines egregiis facinoribus perpetuam famam, merito conſecuti ſunt, ego vna vobiſcum (quippe ſine veſtra virtute nihil præclari geri poteſt) eo decore ab omnibus dignus exiſtimabor, modo in prælio q instat, forti & parato animo pugnaueritis: propterea, quod liberatores nos Machometani nominis, omnia ſecula laudib' ferent, ſi grauiſſimum Cercaſſorum iugũ, Ægypto & Syriæ dempſerimus. nulla enim vnquam gens ſæuius, violentius, intemperantius, magiſq; impotenter dominationẽ in ſuos exercuit, q̃ hæc immanis natio in Machometanos homines, Syriã & Ægyptum incolẽtes exercet. Hæ importunæ belluæ haud ſatis habent, populos ſibi ſubiectos bonis ſpoliare: ſed inſuper eos leuiſſima ex cauſa verberant, iugulant, occidunt, matres familias, ac virgines cõſtuprant, omnia ſcelera in ciues ſuos, ac ſi belli iure liceret, quotidie edunt. Quare cum præliũ inibitis, memineritis vos aduerſus infeſtiſſimos latrones, gladios ſtrinxiſſe, & certã animis ſpẽ victoriæ concipite. Daturus eſt enim Deus nobis huius belli exitũ, quẽ par eſt nos expectare, qui iiſdẽ ſacris ac religione coniunctos, ab iniuſta eripimus ſeruitute, ac tanto ſtudio in libertatem vindicamus: qui noſtrę ſectæ hominib. ſalutem, lucem, vitã reſtituimus. Quæ enim vitæ vſura poteſt eſſe, ſub nefario degentib. latrocinio? Nec moueat animos veſtros, milites, Cercaſſorum in obeundis pugnæ ſimulacris agilitas. Huiuſce certamina ab equis magis, q̃ ab equitib. fiunt. & ea multo ſimiliora ſunt ſaltationib. q̃ dimicationi. Excidet hoſti de memoria ſua in equitando habilitas, cum Turcaicæ robur iuuentutis, oculis ſtudio pugnæ ardentibus, in ſe inferri conſpexerit. Quum emiſſis miſſilibus res geri cominus ſtantibus equis, vulnera inferri & accipi, cruorq; effuſus late manare cæperit, inſitæ animis virtuti, ſi dicta cedet meditatio. Itaque quum primum videritis hoſtes tormentis noſtris in fugam coniectos, quorum ne fragorem quidem, nedum lapidum tanto impetu excuſſorum, ictus ſuſtinere poterunt; ſubdite equis calcaria, & inſtate tergis fugientium, atque pauore attonitos ac diſperſos, velut pecora trucidate. Neque enim vos magis ad dimicationem, quæ ferme nulla futura eſt, quam ad cædem & ſtragem ædendam voco. Hanc adeo

Selynes cũ Cercaſſis pugnam init.

elato diſſeruit animo, vt omnes Selynem æque, ac proculdubio victorem, alacres intuerentur. Itaq; priuſquam ſignum pugnæ daret, admonuit turmarum præfectos, vt ſuos quiſq; turmales doceret, ne iniuſſi in hoſtem procurrerent. Sed cum ad teli coniectum, cum hoſte conueniſſent, tubaque ſignum datum eſſet, extemplo diducta media acie, in dextram læuamque applicantes ſe, aperirent viam, qua tormenta emitti poſſent, ne vt Sophiaco bello contigerat, tela in hoſtes ciuibus permixtos excuſſa, plures Turcarum quam hoſtium interficerent. Iam Cercaſſorum acies ad equeſtre certamen inſtructa, paulatim ad Turcas & ipſos ad pugnam paratos, ſed quieſcentes adequitabat: eoque prope peruenerat, vnde admiſſis equis impetum in hoſtem facere poſſet: quum accenſis à Turca tormentis, pilæ lapideæ, cum terribili fragore, qua data via erat, emiſſæ, equos Ægyptios conterritos, in fugam non ſine ingenti ſtrage, vertunt. Quare conſpecta Turcæ, vti præceptum erat, concitatis equis, Cercaſſos diſſipatos inſequuntur, cædunt, capiunt, ſpoliant, equos hoſtiles abripiunt: plures tamen hoſtium interimunt, quam capiunt. Propterea quod Cercaſſi non ita omnes perculſi erant, quin quidam eorum interdum continerent ſe ab effuſa fuga, atque in hoſtem verſi, non modo repugnarent inconſultius inuectis: ſed etiam pauci pluribus reſiſterent. Qui vbi eo fuga acti ſunt, quo tormentorum tela adigi non poterant, haud contemnendo agmine, collectis à pauore animis conſtiterunt, quaſi in pugnam redituri. Sed quia Conſauus in fuga mortem oppetierat (voluntariam an fortuitam incertum: vtrumque enim traditur) omiſſo pugnæ conſilio, Gazam ſe conferunt. amiſſis circiter duobus millibus equitum. Satis autem conſtat Cauitium Canſauum, ſiue ſibi ipſi mortem conſciuerit, ſiue dolore nimio (vt erat exactæ iam ætatis) ſubito exanimatus ſit, infracto animo rerum mutationem, & ſæuientem nequiſſe pati fortunam. Selynes, ſatis gnarus fuga hoſtium, non modo Syriam ſibi eſſe conceſſam, ſed etiam Ægyptum apertam; eo magis, quia Cahirius Heliopolitanæ regionis præfectus, transfugio ſuo magnam Cercaſſorum partem ad Turcaicum imperium inclinaturus videbatur. Quippe is ſtatim poſt hoc prælium ſe, vrbemque Heliopolim in ditionem Turcarum permiſerat: conſtituit vti victoria, quum præſertim Damaſcus quoq; in voluntariam conceſſiſſet deditionem. Itaque Damaſci aliquot dies in reſi-

Iamberdinus è Gazaeorum pens cum Turca cõflictu.

reficiendo exercitu moratus (& eſt vrbs ædificiorum magnificentia, cœli temperie ac ſalubritate, ſimulque ſoli vbertate, fontium fluuiorumque amœnitate, fructuum copia nulli in tota Syria ſecunda) Gazam contendit, præmiſſo cum parte copiarum Sinone Macedone. qui priuſquam ipſe eo accederet, vrbem aut vi, aut voluntaria deditione, in ſuam redigeret poteſtatem: quo ibi præſidio impoſito, Cairium petiturus, hoſtem poſt terga non relinqueret. ſubſtiterant Gazæ octingenti circiter equites Cercaſſi, cum impigro, & acri duce Caſalio Iamberdino: cæteri, qui proximæ cladi ſuperfuerant Cairium profecti erant: ibi comitia nouo regi creando habituri. Itaque vbi Sinon vrbi appropinquare conſpectus eſt, Iamberdinus patefactis portis, quanto maximo potuit impetu in hoſtem erupit: tantumq; terroris ac tumultus in aciem Turcaicam, negligentem ob paulo ante fugatum hoſtem, ad vrbem ſuccedentem intulit, vt ſi virtus Cercaſſorum numero militum fuiſſet adiuta, magnam cladem eo prælio Sinon accepturus fuiſſet. Igitur Iamberdinus, ædito haud incruento certamine hoſtium multitudine magis obrutus, q̃ victus, in ſolitudinem, quæ inter Idumæam & Ægyptum interiacet, paucis ex ſuis deſideratis, relicta hoſtibus vrbe Gaza, cum reliquis equitibus effugit. Turca Gaza occupata retulit ad amicos, tentando animos eorum magis quam conſiliũ exquirendo, an nullo laxamento hoſtib. dato, Ægyptus ſedes Cercaſſorum imperii petenda eſſet? an modus ſecundis rebus imponendus: nec ſolitudo Ægypto adiuncta, ob aquarũ maxime penuriã, exercitui tranſitu perdifficilis intrãda? Videbatur amicis, omiſſa Ægypto finẽ imperii Turcaici Gazam ſtatuere: putantibus non niſi magna manu, tam late patentes & diremptas etiam vaſta ſolitudine terras, contineri poſſe: tamen ſentẽtiam ſuam ædere nemo audebat, incerta regis voluntate. Itaque Ionãs Dalmata, ex purpuratis regiis, ſolito adulantium more, inquit, militum eſſe iuſſa exequi, regum imperare: duceret, quo vellet ſequuturos. Rex exiſtimans, niſi Ægyptus quoque iugum acciperet, & Cercaſſi funditus interirent, Syriam in officio non manſuram, magnam vim Chamelorum, ac vtrium ad aquam portandam comparari iubet. Eſt enim id animal & pabuli minimi, & ſitis mirum in modum patiens: quippe quod ſitim quatriduo poteſt tolerare: miſitque nuntios, qui terreſtri itinere per diſpoſita iumenta, celeriter Conſtantinopolim percurrerent, & Pirrho Caramano, quem Con-

Iamberdinus è Gaza erumpens cum Turcis cõfligit.

ſtantinopolitanæ præfecerat ciuitati, ſuis imperarent verbis, vt ocyus quadraginta longas naues, partim triremes, partim dycrotas deduceret, atque remigibus ac militibus inſtructas, ad Peluſiacum oſtium mitteret: vt inde Mylo flumine eo ſubirent, vbi Turcaica caſtra collocata eſſe cognouiſſent. atque ita ſi fieri poſſet, eodem tempore à terra, ſimul & amne terror Cercaſſis incuteretur. Non enim Selynem fugiebat, confligendum eſſe cum hoſte pertinaciſſimo, & qui ſola morte vinci deſtinarat animis. Igitur paratis omnibus quæ ad iter per ſolitudinem faciendum neceſſaria videbantur, quendam Mechmetem Heſſæum cum duobus millibus equitum præmiſit iter exploratum, ne quid occultum aut repentinum ab hoſte ingrueret. Hunc ſubſequi iuſſit cum iuſto prope exercitu, modicis itineribus, Sinonem Macedonem. Ipſe cum peditatu, equitibus regiis poſtremus iter ingreſſus eſt. Biduo Mechmetes per ſolitudinem iuerat nullo hoſte obuio: tertio die ei Iamberdinus cum equitibus ſuis occurrit, iter Turcis pro viribus infeſtum redditurus. Non fefellit Turcas hoſtium aduentus. Itaque inter ſe inuicem cohortati Iamberdinum inuadunt. Nec Cercaſſi certamen detrectarunt, haud ſatis memores ſuæ paucitatis. atque adeo magno animo capeſſunt, vt ſibi minime parcentes, hoſtibus haud incruentam victoriam reliquerint. Iamberdinus & ipſe ſaucius, poſteaquam vidit fortunam hoſtium eſſe, in interiorem ſolitudinem cum paucis refugit. Atque vbi procul à conſpectu Turcarum, fuga euectus eſſet, dedit operam, vt ſciret, quis in locum demortui Canſaui, Solidanus eſſet deſignatus. Simul atque cognouit, imperium ad quendam Thomam delatum, adeo ira exarſit, ſiue odio in nouum regem, ſiue dolore repulſæ (nam & ipſe regnum abſens petierat, & ſe digniſſimum eo faſtigio merito iudicabat) vt mutata repente voluntate, hoſtis acerrimus eius imperii efficeretur, pro quo toties cum vitæ periculo decertarat. Itaque tuto acceſſu impetrato ad Selynem transfugit. Qua quidem proditione declaratum eſt, inuidiæ morbo, & mentis praua cæcitate fieri, vt plerique mortalium malint, non ſine patriæ dedecore, atque etiam excidio, ablatum à ſuo ciue imperium ad externum (cui ſane minus inuidetur) deferre. Turca adiuncto ſibi, & hoſti adempto tam forti, ac ſtrennuo viro, magna ſollicitudine videbatur liberatus. tantam ineſſe vim in vno homine cenſebat. Itaque magna ſpe victoriæ animo concepta, vbi ſolitudinem cum copiis emenſus eſt, ad Horionem

tionem amnem caſtra locat, ſtationibus equitum vndique obiectis, ne aliqua hoſtis ex improuiſo accederet, Turcaſque in aliena, & ignota terra turbaret. nondum enim Cercaſſorum res licet acciſæ eſſent, contemnendę videbantur. Inde tranſmiſſo Horione caſtra in agro Babylopolitano haud procul à Cercaſſorum regia poſuit. quandoquidem claſſis quoque è Conſtantinopoli profecta Peluſiaco hoſtio appulſa, Nilumque inuecta nuntiabatur. Hanc autem vrbem quidam exules à Meſopotamia profugi, partim Babylonii, partim Carrenſes latere Arabię ex aduerſo Memphiticæ vrbis, olim dirutę, paulo ſupra Deltam in ſiniſtra Nili ripa ſurſum verſus nauigando condidere: permiſſuque Ægyptiorum regum ibi ſedes poſuere, amplexi ingens terrę ſpatium muris: vrbemque binominem appellarunt: nempe altera eius pars, in qua arx ſita eſt, Babylopolis à Babyloniis, altera à Carrenſibus Cairium nuncupata eſt. Quæ quidem vrbs ſeu cœli ſalubritate, ſeu ſoli vbertate, ſeu in mutandis mercibus ſolertia, adeo opibus ac multitudinis incremento coaluit, vt incolarum frequentia, diuitiiſque cum maximis regnis certet. Et quanquam ſupra decies centena millia hominum vrbem incolant: pauci tamen admodum, & hi omnes ſerui, vt dictum eſt, militiam exercēt, cæteri aut opifices, aut mercatores ſunt, nullam prorſus reip. partem curantes. Thomas inſignitus regio nomine, inito militum numero, cum animaduertiſſet paucitatem ſuorum, campo haud eſſe committendam, ſtatuit dolo & mœnibus vim hoſtium arcere. Itaq; qua hoſtem muris ſucceſſurum arbitratus eſt, crebras foſſas perducit: puluere accenſibili quaſdam replet, vt cum eo Turcę perueniſſent, iniecto igni homines pariter & equi comburerentur: in aliis ſudes, ſtipiteſq; acutos defigit, atq; hæc leuibus cratibus, terraque occultanda fraude contegit. Iam cœperat admouere exercitum ad vrbem Selynes, copiam pugnæ hoſtibus pro portis facturus: aut Cercaſſis certamen detrectantibus, vi in vrbem, nulla foſſa, propugnaculiſue munita, irrupturus, hoſtilis fraudis ignarus, quum quidam Geticæ nationis transfuga Turcam adit, fraudem indicat, monet, vt foſſas terra opertas, & cæcum vallum caueat. docetq; qua parte vrbem tuto inuaderet. quandoquidem ciuitates ſine proditore, & hoſte domi inuento, raro euertantur. Turcæ fraude Cercaſſorum cognita, circumducti à transfuga, ad aliam portam, qua nullę inſidiæ ſtructę erant, mœnia aggrediuntur. Quos vt ſucceſſiſſe muris Cercaſſi viderunt:

Iambertinum ad Selynem trāſfugiens inuidia quid poſſit, oſtendit.

 runt:

A quagente Cairum conditum eſſet.

runt, inſtructa intra portam acie, cum magno tumultu erumpunt: tantamque ſtragem hoſtium faciunt, vltima deſperatione animos irritante, vt non modo Turcas ſubmouerint à mœnibus, ſed etiam in caſtra trepidos redegerint. Selynes conuocatis ducibus ſuis acerba eos increpuit oratione. Qui terror, inquit, hic inconſultus eſt? hoſtem toties victum, atque intra mœnia vrbis compulſum formidatis? quæ ſola totius regni Cercaſſorum reliqua eſt, quam nondum cepimus? integris viribus Cercaſſi vos non ſuſtinuerunt; nunc fractos ac pene deletos, fugitis vultus erumpentium aſpicere non audentes. Quare nemo veſtrum ſperet, ſe vnquam Europam viſurum, aut in patriam reuerſurum, niſi hoſtium ſede expugnata. Itaq; craſtina die, quum prælium inibitis, memineritis non modo ferociam hoſtium contundere, ſed etiam vrbe capta finem belli, ac laboris imponere. His dictis ad corpora curanda duces dimittit, de exitu rerum valde anxius. Videbat enim copias ſuas etſi victrices, tamen multis præliis haud parum attritas. Vrbem quam oppugnabat vaſtam, diſiectamque ingenti ſpacio, tametſi expugnatu haud difficilem: tamen non niſi valido tuendam præſidio. Cæterum, fortuna, cui confidebat, vtendum ratus, cœpta exequi magno animo perſtitit.

Itaque poſtero die luce prima edicit, vt omnes cibo corpora firmarent, ne, ſi longior pugna foret, viribus deficerent. Deinde Sinonem Macedonem iubet ſigna in hoſtem inferre, nec Cercaſſi moram pugnæ fecerunt. Pugnatum vtrimque aliquanto quam pridie, acrius eſt, Turcis indignantibus, quod tot præliis victi, cum victoribus certamen inſtaurarent: nec deditionem facere in animum inducerent: Cercaſſis, præterquam quod mutatione fortunæ, in furorem erant verſi, cupientibus teſtatum etiam apud poſteros relinquere, ſibi in imperio defendendo non virtutem, ſed fortunam defuiſſe. Iam diei haud multum ſupererat, nec tamen Cercaſſi quicquam de pertinacia remittebant, quum Sinon Macedo accenſus ira, atq; ſui protegendi corporis immemor, in primam aciem peruolat, quem Cercaſſus quidã iam portam occupantem, haſta in pectus adacta transfigit. Tanti ducis caſu Turcæ perculſi retulere pedẽ, nec ſiuerunt tamen hoſtes eius corpore potiri: rapere conantes turmales Sinonis obiectis lanceis arcuere. Itaq; ſublatum è terra (delapſus n. ex equo fuerat) nondum exanimẽ cum inhærente telo, quo in cõ-

ſpe-

ſpectu regis mortem obiret, & ita ei cordi fuerat, ad Selynem detu-lere. Simul atque telum è corpore euulſum eſt, animam Sinon expi-rauit. Amiſſi deſiderium rex gemitu & lachrymis teſtatus eſt, hono-rem funeri ſeruauit, & patrio Turcarum more inferias dedit: cor-pusq; inſigni tumulo contegi iuſſit. Natus eſt Sinon in Macedonia, Chriſtianis parentibus, nec ſponte, ſed coactus ad Machometanam ſectam hunc in modum deſciuit. Mos eſt Turcarum per regiones ſuæ ditionis, quolibet fere quinquennio, interdum etiam triennio, delectum puerorum ad regem abducendorum agere. Ex his enim cuſtodes regii corporis fiunt: ex eadem etiam cohorte, duces exer-cituum, ac præfecti prouinciarum euadunt. nec fas eſt vxoribus iun-ctos, ſed cœlibes tantum abducere. Itaq; Sinon, quo regios conqui-ſitores euitaret, parentum ſuaſu, vixdum pubes, vxorem duxit. Sed Turcaica nequitia, hoc conſilio validior fuit. Nam quidam Satrapes Turca, flore illius ætatis accenſus (& erat inſigni forma puer) obiecta parentibus fraude, quaſi regio impoſuiſſent conquiſitori, quod puerum ne abduceretur, matrimonio deuinxiſſent, Sinonem vi è manibus parentum abſtractum, in domum ſuam recepit, iuſſitque de cætero ſecum cubare. Ille diuortii impatiens, eo magis, quia cum vxore religio quoque Chriſtiana erat relinquenda: clam ad vxorem ventitare, & cum ea coire. Quod cum reſciſſet Satrapes, ira inflammatus, confeſtim exectis virilibus, Sinonem emaſcu-lauit.

Selynes Sinonis Macedoni dat lachrymas.

At Sinon tam atroci iniuria affectus, ad regem Bazethem con-fugit. Licet enim Turcaico more ſeruo de ſæuitia domini conqueri: qua apud iudicem probata cogitur dominus ſeruum vendere, & precio accepto, eum emptori in ſeruitutem tradere. Sinon igitur à Bazethe benigne exceptus, artibusque ſtudiorum liberalium excultus breui ad præfecturam prouinciç prouectus eſt. Mortuo Bazethe non modo ei eadem dignitas retenta, ſed etiam aucta. Poſtridie eius diei, quo Sinon ceciderat, Selynes ratus heſter-num prælium magis Sinonis morte, quam virtute hoſtium ad ſpem non reſpondiſſe, repetit oppugnationem, pugnæ cura IONAE Dalmatæ demandata. Qui rei militaris haud imperitus, exi-ſtimans non minus in rem eſſe, ſuos conſeruare, quam hoſtem affli-gere, cum robore militum, cautius ad muros ſuccedit. Nam priuſquam manum cum Cercaſſis confereret, magna vi tormentorũ

(Sclo-

Cairlum expugnatū per Turcas occupatur.

(Sclopetos vulgo vocant) in hoſtem emiſſa, vrbem adoritur. Nec ſegnius Cercaſſi, nihil territi tormentis, obuiam Turcis eunt, veſana quadam audacia in vulnera ac ferrum ruentes. Itaque commiſſo pro portis certamine, atrox cædes vtrinque ædebatur. Stabant obnixi Cercaſſi, haud pauciora inferentes; quam accipientes vulnera. Tandem Turcarum multitudine circumfuſi, teliſque pene obruti ac confixi, relictis portis, in domos ac tecta refugientes lapidibus, teliſque aliis, & imprimis plumbo igni liquato, hoſtes inceſſere. Adeo autem Turcæ plumbo liquefacto afflicti ſunt, vt Selynes ſtatim ab hoc prælio, edictum Conſtantinopolim miſerit, ne liceret cuiquam è regionibus Turcaici imperii plumbum exportare; credens inde plumbum duntaxat in Ægyptum aduehi, quum ſatis conſtet; Britanniam quoque huiuſce metalli copiam ſuppeditare. Capta vrbe protinus ad arcem occupandam copiæ miſſę. Quam quidem cuſtodes, quo victoris gratiam inirent, ſine vllo certamine dediderunt. Milites Cercaſſi, qui in vrbe comprehendi potuerunt, omnes cęſi. Cęterorum ciuium violatus eſt nemo, nihil cuiquam ereptum, nulli vis illata. & quia vrbem non captam, ſed liberatam Selynes videri volebat; & quia vt fortis eſt, armatum hoſtem perſequi, ita magnanimi inermibus parcere. Velim Chriſtiani hanc Machometani hominis manſuetudinem, in expugnandis vrbibus imitarentur. Quorum plerique cum vrbes capiunt, non modo cædibus, ac direptionibus non temperant: ſed etiam vbi egeſſerint omnes deuictorum fortunas, in pudicitiam fœminarum, ne religione quidem ſacris parcentes, impii homines impetū faciunt: putantes tum maxime ſe victoria egregie vſos, quum eam inhumana libidine ac crudelitate fœdarint. Qui rurſus ſi forte in Machometanum hominem inciderint, fœminis molliores, & animo & corpore ſeſe oſtendunt. Thomas Solidanus, quum iam nulla reliqua ſpes eſſet, belli inſtaurandi, viriumque nouandarum, cum conſcientia egregia regni defenſi trans Nilum ad Saithicam regionem, cum paucis comitibus perfugit, vbi tantiſper moratur⁹, dum & fortuna (quę plerumq; regreſſum habet) exſæuiret, & vis Turcaica aliqua ex parte ſeneſceret, (putabat enim vt ſunt plerique homines ſuę ſpei nimium indulgentes) Turcas haud diutius imperium Ægypti retenturos. Quippe quæ longo terrarum ſpacio, non modo ab Europa atque Aſia, ſed etiam ab ipſa Syria eſſet dirempta. Selynes interfectis aut fugatis Cercaſſis,

caſſis, qui Cairium tam pertinaciter armis tutati fuerant, caſtra extra vrbem communiuit. Deinde Ionam Dalmatam iuſſit pecuniam regiam conquirere, quæ quidem multo maior ſpe & fama inuenta eſt. Gemmarum præterea & precioſæ ſupellectilis magna vis reperta. Cæterum, Turca exiſtimans neque Ægyptum, neque Syriam, Thoma incolumi vnquam quieturam, Iamberdinum adiuncto ſibi Caſirio (vterque autem Thomæ Solidano erat inimicus) tradito eis iuſto exercitu, ex Turcaicis copiis delecto, Thomam perſequi iubet. Qui vbi ad Abdiam Saithicæ regionis imperitantem peruenere: cum primo pro maieſtate ipſius, ac verecundia (ferunt enim illum longa cognatione ſtirpi Machometis, Turcaicę ſectæ authoris annexum) molli oratione hortati ſunt, vt Thomam ſibi magnam apud Selynem eo officio initurus gratiam, traderet. Mox vt viderunt illum à proditione abhorrentem, iniecto belli metu, coegerunt tuta potius, quam honeſta ſequi. Itaque hoſpitali fide ac religione violata, nullaque ſuæ dignitatis habita ratione, Thomam vinctum hoſtibus Abdias ſummus Machometanorum ſacerdos tradidit: imitatus Alexandrum ſextum Pontificem Roman. qui ingenti vi nummûm aureorum à Bazethe Selynis patre accepta (vt ſupra demonſtratum eſt) Gemium Mechmethis filium veneno ſuſtulit. Pari tamen in ſcelere Machometanus Chriſtiano, minus turpis extitit. alter enim metu, alter auaritia ab honeſto receſſit: quanquam ſunt qui affirmant, Thomam fide interpoſita ad Selynem perductum, fidemq; datam Selynem ſeruaturum fuiſſe, niſi rumor inter Cairenſes temere vulgatus fuiſſet, de reddendo Thomæ imperio, Turcamque relicta Ægypto abiturum. Itaque quo hæc fama aboleretur, Thomam cruci affigi Selynes propalam iuſſit: necatumque populo per aliquot dies conſpiciendum præbuit: deinde ſepeliri permiſit: officio ſepulturæ teſtari cupiens, à ſe, non odio, ſed ob publicam quietem, Thomam interfectum. tametſi nihil magis animo agitaret, quam nomen ipſum Cercaſſorum extinguere. vnde cum audiſſet ad octingentos Cercaſſos Alexandrię obſeruari, eo cum parte copiarum terreſtri itinere ante expectatum accurrit, omneſque comprehenſos occidit. Regreſſus Cairio, qui ex Ægyptiis opibus eminebant, ne vllam occaſionem nouis rebus præberet, excitos ſedibus ſuis, Conſtantinopolim traducendos curauit: dato negotio Ionæ Dalmatę, qui eos nauibus imponeret. Et quia Ionę

Saithica regio.

Rr ſpem

Ionas Dalmata prætorianorū telis iuſſu Selynis occiditur.

ſpem oſtenderat Selynes, Cairenſis Satrapeç, Cairenſes ipſos, præſertim diuitiis claros, Ionas ſibi conciliandos ducens, loco ditium tenuiores ciues ablegauit, retentis his domi, qui eum donis, (vt fama eſt) largiter coluerant, ſimul quorum amicitiam aucupabatur, magis ſuis, quam regiis rationibus inſeruiens. nempe ſi opulentioribus ſociis præeſſet, maius emolumentum ſibi inde prouenturum ſperabat. Quæ res vbi indicio eorum, qui aſportabantur, ad Selynem delata eſt, accitum in caſtra Ionam, indicta cauſa telis prętorianorum, ira furens obiecit; exprobrata ei, pręter inobedientiam, atque auaritiam paterna nece. quandoquidem graui odio magnorum ſcelerum miniſtri, quaſi facinus ſemper exprobrantes, aſpiciūtur. nempe Selynis iuſſu (vt ſupra demonſtratum eſt) Ionas venenum Bazethi dederat. Has ſceleſtus homo pœnas luit: quum ob recens flagitium, tum ob paricidium admiſſum in Bazethem, regum Othomanorum ſanctiſſimum: ac de hoc ipſo Iona optime meritum: quippe qui illum à puero in regia ſua eduxerat, liberalibusque diſciplinis inſtitutum numero præfectorum, ac ducum ſuorum adſcripſerat. vnde nemo minore hominum miſericordia (quanquam & inauditã & egregiam nuper operam in oppugnatione Cairenſi Selyni nauauerat) interemptus eſt. Vix n. vllis meritis proditionis ingratitudinis ac parricidii immane ſcelus compenſari poteſt. Igitur Cahirio (quem ſupra demonſtrauimus, ad Turcas transfugiſſe) Cairenſibus præpoſito, eiq; equitū ac peditum, ſatis valido præſidio ex Turcaicis copiis adiuncto, quo & vrbem ſimul & ipſum præfectū in poteſtate haberet, claſſe in Europam dimiſſa, in Syriam profectus eſt, Iamberdino ſecum ducto, cui ſane Damaſcenam deſtinarat pręfecturam. Peragratis Syriæ regionibus, quę loca pręſidiis munienda viſa ſunt, ea, præſertim maritima, militibus firmauit, ne quid aperti, atque opportuni, naualibus Chriſtianorum incurſionibus foret. Chriſtiani enim piratæ illam oram infeſtam faciebant. Ab oris maritimis Damaſcum ſe recepit: diutiuſq; nullo in loco, quam Damaſci commoratus eſt: allectus tum eius cœli ſalubritate: tum inde egredi valetudine prohibitus. Nam dum iter per Syriam facit, in grauiſſimam inciderat febrim, quam vbi haud parum remiſſiorem ſenſit: morbumque poſſe iam ſe ſuſtinere, commiſſa Iamberdino Damaſci & totius fere Syriæ tutela, modicis itineribus, modo rheda, modo lectica, interdum equo vectus Ciliciam petit: multiſque diebus in

Aſia

Aſia conſumptis: tandem Conſtantinopolim corpore valde affe-ꝺto, vtpote itinere & longa valetudine conflictato, peruenit. Inde Hadrianopolim conceſſit, ratus Hadrianopolitanum cœlum corpori ſuo ad vires confirmandas admodum conuenire: quum præſertim & venandi voluptate teneretur, & illa regio ſyluoſis collibus diſtincta, huic ſtudio idonea eſſet. quanquam ſunt, qui tradant Selynem Conſtantinopolitanam habitationem conſulto vitare ſolitum: nulla enim ibi (vt ferunt) nox illi quieta erat, paternis furiis eum exagitantibus. Sane in illa vrbe patrem regno abire coegerat. Cæterum, Selynes, tametſi corpore diutina ægritudine haud ſatis firmo eſſet: videreturque abiecta publicorum negotiorum cura, valetudini duntaxat indulgere: quippe qui contra morem vetuſtum Othomanorum regum, nullam rem, neque publicam, neque priuatam, ad ſe admitteret: atque ſine vllo ferme comitatu, ſæpius aſino Ægyptio, quam equo inſidens, in publicum prodiret: veheretur que eo iumento etiam extra vrbem: attamen vafer homo, belli cogitationem haud quaquam omittebat. Nam quum Rhodiorum iniurias ferre nequiret: nempe omnes Turcaici imperii maritimas oras, ac littora, totumque id mare, quod inter Aſiam & Macedoniam late patet, ita nauib. ſuis infeſtabant, vt nulla fere Turcaica nauis frumento onuſta Conſtantinopolim tuto peruenire, aut inde in alias regiones cum mercibus enauigare poſſet; ſtatuit eis bellum inferre; ratus quum ſuorum res, ac fortunas ſibi curæ eſſe debere, tum non paruam dignitati, ac gloriæ ſuę labem inuſtum iri, niſi tam infeſtæ, ac vicinę gentis excidio, latrociniis mare liberaret. Sub idem tempus Rhacuſæ (vrbs Dalmatiæ eſt, de cuius origine ac inſtitutis ſupra meminimus) ex ingenti & diutino terræmotu, maximus extitit terror: qui quidem vrbem ipſam atque adiacentes ei regiones adeo vehementer concuſſit, vt multos mortalium prolapſa exanimarint ędificia. Et quia diutius terra mouerat, magno incolarum metu, ac ſollicitudine, pleriſq; arbitrantibus, terręmotum ſemper fere aliquem futurum prænuntiare euentum, auertendæ cœleſtis iræ cauſa, non modo crebrę per ferias ſupplicationes habitæ ſunt: ſed etiam templum Chriſto ad patrem abeunti, à ſenatu Rhacuſano votum: eo quod eo ipſo die, quo CHRISTVS quondam nube circumfuſus in cœlum ſublatus eſt, tremor ille terræ exortus fuerat.

Terramotus Rhacuſa Aſcenſioniſq; templum inde votum.

Terræmotus Rhacuſæ. Aſcenſionisq; tēplum ob id votum.

Itaque templi publico ſumptu extruendi, triumuiris à Senatorio ordine creatis, negotium demandatum eſt, Danieli Rheſtio, Demeiano Mentio, Petro Scorgio: qui quidem ſua & ciuitatis dignitate abſoluendum curarunt. Interim dum templum erigitur, terra moueri deſiit: Selyniſque mors, qui non modo Rhacuſanam ciuitatem, ſed etiam cęteros Chriſtianos, pariterq; Machometanos maxime conterruerat, opportune nuntiata eſt; crediderėq; Rhacuſani, vt ſunt pleriq; mortalium ad ſpem ſuam ampliandā prompti, illum terræmotum Selynis interitum denuntiaſſe: non autem vllam vrbi Rhacuſæ ſignificaſſe calamitatem. Porro de morte Selynis paulo poſt ſuo loco dicemus. Iam comparauerat Selynes ad ducentas partim longas, partim onerarias naues, libratoresq; tormentorum è toto regno euocauerat, & foſſorum non mediocrem manum, ex eo genere hominū, quib. venas argenti (ſunt n. in multis Turcaici imperii locis argentariæ fodinæ) perſcrutari ars eſt, cum ferramētis ſuis, ad cuniculos in terra agendos contraxerat. quaſdam præterea naues, rudi xylo, & ſuccida lana onerari iuſſerat, quo ſaccis ea materia refertis, & ſuos ab hoſtilibus tormentis tegeret, & foſſas Rhodiæ vrbis, momento compleret. Deniq; claſſicos, commeatum, tormenta in naues impoſuerat, quum fœda peſtilentia nauales ſocios adorta coegit Selynem belli conſilia omittere. Itaq; ſubductis nauibus, quas euocauerat copias, domum dimiſit. Ipſe vero haud multo poſt in grauiorem recidens morbum, medicorum cum metu, tum imperitia extinctus eſt.

Nam quum Selynis corpus, vt plerumque euenire ſolet, à longa ægritudine in malum incidiſſet habitum: atque illi in ea ſpinæ vertebra, cui pulmo adnectitur, primo puſtula quędam ſubliuida orta eſſet: mox liuor in nigrum colorem mutaretur: caroque indies magis non ſine fœdo odore exulceraretur, quidam medicorum, dum vlcus curationem haud recipere putant, ſubmoto omni medicamento, morbum naturę curandum permittebant: alii locum quidem remedio opus eſſe cenſentes, per metum tamen hęſitantes, manus vlceri admouere non audebant. Itaq; carnem per ſe vehementer exulceratam, cancer inuaſit: qui ad viſcera tendens, pulmone celeriter exeſo; & erat illi aſſiduo opii vſu totus fere affectus; intra quadraginta dies eum abſumpſit. Hic vitę exitus fuit Selynis. Qui quidem ſeptimo & quadrageſimo ætatis anno, impe-

imperii vero octauo mortem obiit. Nulli maiorum ſuorum, vi animi,& gloria rerum geſtarum ſecundus extitit. Mechmetem auum magnum cognomento, qui multum terrarum Turcaico imperio adiunxit, audacia pugnandi longe ſuperauit, victoriis prope æquauit. Nec Omurathi proaui gloriæ cedit. Ille pluries collatis ſignis cum hoſte dimicauit. Hic pluribus prouinciis ſubactis rem Turcaicam auxit: Cæterum, nec morienti Selyni cura in poſteros defuit: nam ne mors eius tumultum in regno excitaret, aliquot antequam interiret diebus, ſentiens ſe iam deficere, filium Salamonem ex Caria; quam ſane prouinciam cum adiacentibus regionibus illius cultui attribuerat, acciri iuſſit. Qui nondum parentis morte palam facta Conſtantinopolim cum acceſſiſſet, præſentia ſua Turcas in officio continuit. non tamen auſus eſt ædes regias (ita eum mater admonuerat) ingredi, prius, quam per ſpeciem inferias dandi, corpus paternum extinctum vidiſſet. Verebatur enim circumſpecta fæmina Salamonis mater (vtpote cui ſatis perſpecta erat admiranda Selynis ſimulatio) ne fama mortis falſo emiſſa, erga ſe filii mentem deprehenderet. Porro quidam arbitrabantur, Selynem ne filium quidem patria dilexiſſe caritate. quam ſane opinionem inde obortam reor, quia nec Selynes odio propter crudelitatem in ſuos, caruit: & nemo vnquam mortalium extitit, conſortis imperii eo impatientior. Eam autem dominandi libidinem habuit, & maximam & ſolam fere gloriam in maximo imperio ſitam eſſe putaret: & ob id ſtudioſior erat magnæ famæ, quam bonæ. Nam dum regni fines proferre, prolatoſque ſtabilire cupit: neque fidem frangere, neque inhumana vti crudelitate dubitauit; ſed nec publicum odium expauit: maluitque metui à ſuis, quam diligi. Præter ſæuitiam & immenſam dominandi cupiditatem, ne alieno quidem abſtinuit. propterea quod auaritiæ ſtimulis agitatus, quoſdam ex ditibus purpuratis, vt eorum bona inuaderet, interfecit; obiiciens eis rapacitatem, quaſi ingentes opes inique congeſſiſſent. In aliis laudare licet hominem. Præter morem Othomanorum regum, neminem ad ſe adeuntem procumbere, aut genibus poſitis ſe venerari paſſus eſt. Cibi & vini parcus fuit: ſomni etiam minimi. laboris, frigoris, caloris, inediæ patientiſſimus, veſte habituque vix à priuato diſcrepans. Litterarum, quibus Turcæ vtuntur, ſatis eruditus. Quum opus eſſet verba in concione facere, non deerat ei dicendi facultas. nihil libentius audiebat quam Ana-

Selynis mors, & vitæ eius anteacta breuiter repetita.

Selymi mors, & vitæ eius ante acta breuiter repetita.

gnoſtem geſta illuſtrium virorum, præſertim Magni Alexandri, legentem. Interdum verſus etiam ſua lingua haud quidem amatorios componebat: ſed quibus teſtaretur ſe cupidine gloriæ vehementer flagrare. fertur in libidinem maſculorum paulo propenſior fuiſſe. Alii nulla eum niſi cum ex permiſſo voluptate vſum affirmant. negabat enim regem obſcænas aut inceſtas decere libidines: arbitrabaturque nihil magis aduerſari res magnas gerenti, quam immodicas voluptates. In iudices parum integros, & prouinciarum præfectos, qui repetundarum accuſati, & conuicti eſſent, ſeueriſſime animaduertit, impatientiſſimè etiam ſuorum dedecora tulit. Nam ſororem & fratris filiam, quum comperiſſet eas parum honeſte pudicitiam habuiſſe, necari iuſſit. Vita ex inſita ambitione triſtiore fuit. vtpote qui ne conuiuari quidem cum amicis, niſi admodum raro ſoleret. Quum de bello ſuſcipiendo deliberaret, amicorum quidem ſententiam exquirebat: ſed in capiendo conſilio ſuam potius ſequebatur. Suſpicabatur enim Duces, qui præſertim ſub ſene Bazethe diutius vixerant, quietis quam belli ſtudioſiores eſſe. Inde vox eius ſæpius audita, ſe neminem habere, quocum de magnis rebus conſilia agitaret. Itaque neceſſario cogebatur, quæ in rem eſſent, per ſe excogitare. & erat eius ſolertiæ. itaque & ſe & hoſtem exactè perpendebat, vt nullius vnquam cæpti eum pœnituerit. Quamquam hoc quoque eius fælicitati tribuerim, quod priuſquam alteram experiretur fortunam, vita exceſſerit. Pluribus forſan quam lex hiſtoriæ permittit, naturam & cultum Selynis perſecuti ſumus. Conſulto id fecimus; noſci enim non minus decuit, tanti regis interiorem vitam, quam quæ militiæ geſſit. quum præſertim multo laudabilius ſit, vita & moribus, quam rerum geſtarum gloria commendari. alterum enim veluti ſui quiſque animi bonum ſibi vendicare poteſt, alterum ſine aliena opera, labore, & ſanguine parari nequit.

LVDOVICI TVBERONIS DALMATÆ ABBATIS COMMENTARIORVM DE TEMPORIBVS SVIS

Hoſpitalia apud Turcam.

Liber Vndecimus.

SALAMON Selynis filius regno inito, ratus nihil honeſtius neque popularibus acceptius eſſe, quam regnum à pietate, & iuſtitia auſpicari, omnium primum in patris memoriam templum cum magnificis ædibus erigere inſtituit: Himaratum Turcæ vocant. i. hoſpitalem domum: in qua eſculenta rogatoribus, peregreq; aduenientibus perpetuo miniſtrātur. Loco autem bonā Ægyptiorum vectigalium partē attribuit, vnde tā templi ſacerdotes, q̃ hi, in quos benignitas conferēda eſſet, neceſſaria capere poſſent. Porro, apud Machometanos nō modo reges, ſed etiā omnes magnæ fortunæ viri, templa hoſpitalib. ædibus adiūctis ædificant, eaſq; domunculis exornant, & commodis pro facultatib. inſtruunt. Author tēpli ſepulchrū ſibi in eodē templo conſtituit: ac fato functus eo infertur. In ædib. vero templo appoſitis diuerſoria ſimul & cibaria egenis ꝑpetuo (vt dictū eſt) peregreq; aduenientibus per triduū benignè exhibetur. Hæc vbi decreuit, edixit, vt ſi cui eſſent bona à parētis ſui procuratorib. inique erepta, etiā ſi ſint fiſco illata, cauſa cognita reſtituerentur. atq; ita omnibus fere per iniuriam quicq̃ ablatum erat, magna omnium admiratione redditum. nefas enim Turcæ putant, in fiſcum vel iniuſte illata inde vnquam perinde ac Deo dicata efferre; aut in alium vſum quam in rem principis ſeu publicam vertere: tantum plane Turcis ineſt (vt alio loco diximus) ſiue publicæ vtilitatis ſtudium, ſiue erga reges gentis vitio, adulatio. Sunt enim fere omnes, qui præſertim in aula Turcarum regis degunt, aut ſerui, aut libertinæ conditionis. quorum proprium eſt aſſentari, atque in gratiam dominorum omnia & loqui & facere. Dum hæc Salamon agit, litteræ è Syria ad eum afferuntur, Iamberdinum Damaſci præfectum defeciſſe, & contracta haud parua eius regionis hominum manu Heliopolim Syriæ oppugnare. Igitur eo confeſtim exercitus cum duce Perchato Dalmata, qui Iamberdini conatus comprimeret, miſſus.

Itaque

Beſelias ſine ſtipendio militant.

Itaque in agro Damaſceno pugna commiſſa, qui defecerant profligati, Iamberdinus ipſe (vt ex Salamonis litteris ad quoſdam amicos ſcriptis cognitum eſt) interfectus: Damaſcus à Turcis recepta, Alaudolæque iunioris fidei, cuius præclarum facinus in hoc ipſo prælio aduerſus Iamberdinum extitit, commiſſa. Hic eſt autem Alaudola ille, qui coniuratione facta cum quibuſdam minoris Armeniæ nobilibus ſeniorem Alaudolam, licet conſanguineum regnumque eius Selyni, ob ſimultatem inter ipſos de regno exortam, prodiderat. Et quanquam Turcæ prædicabant, Iamberdinum in hac pugna cecidiſſe, non deſunt tamen qui affirment, illum ex prælio viuum elapſum, atque ad Iſmahelem Armeniæ regem profugiſſe. Per idem tempus trecenti circiter equites Turcæ, qui Verboſaniam, oppidum mediterraneæ Dalmatiæ incolebant, factis militaribus admodum inſignes (Beſelias Turcæ vocant) nihil ſtipendii rapto viuere contenti, à rege accipiunt, Iahiciani oppidi Hungaris furtim adimendi clandeſtinum cepere conſilium: rati Salamoni nouo regi ſi cæptis fortuna ſubſcripſiſſet, rem acceptiſſimam ſibique maximo pręmio fore. Nec deſperabant fraudi locum inuenturos. Et quia cuſtodias Hungarorũ morte Selynis remiſſiores eſſe putabant, & quia Salamon miſerat oratorem ad Lodouicum Caſimirum regem Hũgarorum pacem petitum, & ob id hoſtilia Turcarum haud videbantur Hungaris timenda. Itaque cum tecti montibus ac ſiluis in proximam vrbi vallem, paucis ante ſolis occaſum horis perueniſſent, eo loci ſeſe condiderunt, à quarta ſtatim vigilia ſcalis admotis vrbem aggreſſuri. Erat Iahiciani præſidii præfectus Petrus Chegleuus Dalmata acerrimus iuuenis, nec Turcaicis opportunus inſidiis: quippe qui cum Turcis bellare à tenera ætate didicerat. Itaque quum Turcæ Iahicianos ſpeculatores, quos Chegleuus per loca vrbi vicina exploratum identidem mittebat, ne quid improuiſæ fraudis à Turcis ſtrueretur, haudquaquam fefelliſſent, indicatumque præfecto eſſet, vbi Turcæ in inſidiis laterent, conuocatis militibus ſuis (præerat autem ducentis circiter equitibus) iubet eos leui cibo vires corporis reficere, deinde equos ſternere, paratoſque in expeditionem eſſe. Primis igitur tenebris centum equites ſilenti agmine ex oppido ęmittit: docetque vt circuita valle, in qua Turcæ abditi erant, occulti à tergo illis conſiderent: & vbi ſignum conſurgendi accepiſſent, hoſtes ſublato quanto maximo clamore poſſent, inuaderent. Ipſe paulo an-

lo ante lucem iubet puellas & cæteras iuniores mulierculas choreas extra vrbem ducere:atq; in conſpectu Turcarum audacter pergere, affirmans ſe tempori auxilio affuturum. Turcæ nondum ſcalis effectis,ab his quibus id negotii demandatum erat (omnis nempe conatus ſine ſcalis vanus omnino futurus videbatur) conſpecto puellarũ choro(& iam lux appetebat) conſilium oppidi inuadendi omittunt: atque ad rapinam virginum ſeſe conuertunt. Qua re animaduerſa Chegleuus,cum reliquis equitibus ex oppido prouolat: mulieribuſque receptis, ac poſt equites ita locatis, vt per ſeſe tuto vrbem repetere poſſent, in Turcas impetum facit, dato ſigno illis qui trans montem conditi erant, vt à tergo hoſtes adorirentur. Itaque Turcæ ad vnum omnes, vix nuntio cladis relicto, cæſi,aut capti. Eodem fere tempore Samandriani Turcæ à quibuſdam falſis Chriſtianis certiores facti,magnam vim pecoris haud procul Iſtri ripis vagari; citraque dimicationem excipi, atque abduci poſſe. Turcæ igitur delecti omnes traiecto Danubio, dum prædam perſequuntur, in præſidium Taurunenſe incidunt: quod ſane ad ipſum defendendum pecus à Præfecto Taurum vltra Iſtrum inſcientibus Turcis miſſum erat: nempe prædatores amnem tranſmittentes à Taurunenſibus conſpecti fuerant. Itaque ingenti cæde ad naues compulſi, documentum dederunt, ſe latrones magis eſſe,quam bellatores: nec tam virtute quam fraude & furto niti. Mos eſt Turcarum regum, ſimul ac regnum iniêre, contractis in vnum imperii viribus, nouam aliquam expeditionem ſuſcipere, quo & ſuis virtutem atque animi magnitudinem probarent: & hoſtibus accolis, ne quis ab his motus oriretur, metum iniicerent. Itaque Salamon Othomanus Turcarum rex, (quem pater Selynes quum animaduertiſſet in luxum ac libidinem admodum pronum, nec more gentis ſuæ armorum & equitandi ſtudio teneri, ignauiſſimum Othomanorum fore iudicarat)ne à maioribus ſuis degeneraſſe videretur, initio regni armis ſibi gloriam comparare ſtatuit, ratus id incæptum non minus regno ſuo vtile, quam ſibi ipſi amplum,& glorioſum fore. Igitur cum in Aſiam exercitum traiicere Colchis(quos Georgiſtranos vocant) arma illaturus cogitaret: quippe Colchi quum ſint tam Turcaicis,quam Sophenorum finibus in Aſia appoſiti, multo maiore ſtudio in Sophenos Turcarum hoſtes, quam in Turcas inclinant: credentes Othomanos ſuperbe nimium ſimul &

Beſolia ſine ſtipendio militant.

C-lchi ho-nus Georgs ſtrans.

amare victis imperitare, cum Hungaris fœdus iiſdem conditionibus renouandum miſſa(vt ſupra dictum eſt)legatione,duxit, quibus pater Selynes cum illis fecerat: ne Hungari interim Salamonis abſentiam in conſilio habentes aut aliquid Turcaici agri armis occuparent,aut incurſionibus fines vexarent. Sed quum Hungari, qui in procuratione regni propter ætatem regis erant, legato contra ius gentium retento,nullum aliquamdiu reſponſum(vtpote conſilii capiendi incerti) dediſſent:neq; enim pacem cum Turca componere in animum inducebant:quippe turpe arbitrabantur Chriſtianis eſſe, cum Machometanis fœdere iungi,neq; rurſus virium ſuarũ conſcii, bellum cum eo gerere audebant,rege prẹſertim ſuo admodũ puero, nec vllã fere inter ſuos authoritatem obtinente. Turca ira inflãmatus,atq; inſolentiæ Hungarorum infenſus, arma Aſiæ deſtinata in eos conuertere ſubito quodã impetu raptus, ſtatuit;ratus, vt euenit, ſe omnia apud Hungaros imparata, armiſq; ſuis, ſi acceleraſſet iter, peruia atque expoſita inuenturum. Nam ab exceſſu regis Matthiæ Huniadis Coruini ad illam diem, qua Salamon fines Pannoniæ inuaſit,per triginta fere annos,res Hungarica adeo deſes, atq; imbellis fuit, ex ocii diuturnitate ac belli deſuetudine, vt in ſola vitia, diuitias & luxuriam creuerit. Ad hoc ſatis compertum habebat, principes regni inter ſe diſcrepare: nec regi præterquam quod ſummæ ærarii inopia laboraret,ob ætatem quicquam authoritatis inter ſuos eſſe. Et auxerat regis contemptum caſus & cædes duorum Hungariæ nobilium virorum, indigne à quodam Boemo, in rixa ſubito exorta interemptorum. Quorum cædem quum Rex vlciſci deberet,ne Boemos gentem bellica virtute illuſtrem ſibique deditiſſimam ab ſe alienaret,inultam eſſe magna Hungarorum conſternatione paſſus eſt: tametſi humaniſſima & temporis conuenienti oratione cædis authorem ſibi condonari à Principibus, qui illi perduellionem iudicaturi erant, contenderit. Atque idcirco ſunt qui credant,Hungaros à Turca Hungaricæ diſcordiæ haud ignaro legatione in ſpeciem pacis petendæ miſſa fraude actos, quo improuidos ac de bello nihil ſuſpicantes adoriretur. Igitur conuocatis amicis quibuſcum de maioribus rebus conſultabat, ad eos de bello Hungaris inferendo refert. Et quo populares ad bellum ineundum vehementius accenderet, ementitur, nulla regii decoris habita ratione, in vulguſque ſpargi imperat, Hungaros ſublato gentium iure, legato

ſuo

ſuo aures & nares præcidiſſe. Nec vanitas tanto regi apud Turcas infamiæ fuit: ſed potius (ita mores Machometanorum ſeſe habent) prudentiæ aſſignata eſt. Cæterum, quoniam animaduertebat animos quorundam amicorum ac purpuratorum à bello Hungaris inferendo haud parum abhorrere: nec facile ad eam expeditionem Hungarici nominis metu impelli, Pyrrhi Muſtaphæ ſuaſu, qui & apud ipſum prudentia ſua in magno erat honore, & Chriſtianos inexplicabili odio proſequebatur: huiuſcemodi oratione ad bellum ſuſcipiendum eos hortatus eſt. *Oratio Salomonis ad Turcas contra Hungaros excitandos.* Si mihi, viri Turcæ, de imperio tantum proferendo decertandum eſſet, armiſque gloria quærenda, ſatis honeſtam cauſam belli aduerſus Hungaros ineundi mihi eſſe exiſtimarem: quippe ſemper magnorum virorum in numero habiti ſunt, qui augendo armis imperio gloriā ſuam excoluerunt. Nunc vero cū ſim inſigni iniuria laceſſitus, non modo iuſtā belli cauſam, ſed etiam neceſſariam mihi obueniſſe arbitror. Nam quū legatio iure gentium vbiq; ſancta ſit, eam Hūgari temeritate ac ſuperbia ſpreto Othomanorum faſtigio, dupliciter violarunt; & q̄ legationi noſtrę noluerint reſpondere, & q̄ legatum ipſum in carcerem conieccrint. Magno igitur animo Hungarorū iniuriis obuiam eūdum eſt: dandaq; opera, vt qui priores laceſſere auſi ſunt, eos iniuriæ ſuæ pœniteat. Nam ſi facinoris huius obliti fuerimus, videbimur ſuperbiſſimæ genti timore vltionem omiſiſſe. Atqui ſicut glorioſius, ita multo tutius eſt, facere quam habere metum; alioqui cæteri quoque Chriſtiani & imprimis accolæ formidine noſtra abuſi incipient nos oppugnare: & bellum quod ad hanc diem ſemper inferre conſueuimus, in terram noſtram accipiemus. Chriſtianiſque qui nobis metu parent, occaſionem dabimus, vti æque ac Hiſpanarum triremium remiges, nacti libertatis opportunitatem, abruptis vinculis, arma in nos conuertant. Quare omiſſa Aſia, tota hac belli mole in Hungaros ita irrumpendum cenſeo, vt famam quoque noſtri aduentus antecedamus: neſcioſque atque incautos offendamus. Nec vlla magnopere Hungaris verecundia obſtricti erimus, eo quod bellum illis haud denuntiatum inferimus: vtpote quod ipſi priores ſacrum inter omnes gentes legati nomē violando, nobis pacē vltro petentibus, indixere. Itaq; quum omniū iniuriarum cauſa ab inſolētia, & animi elatione ꝓficiſcatur, pro certo hebete, Deum nihil magis q̄ ſuperbiam auerſari: quod quidem & caſus principis Dæmonis imprimis

Opinio de Chriſto apud Turcas.

primis declarauit: & Chriſti ſententia teſtatur. quem nos diuino quidem ſpiritu conceptum, atque à virgine natum: ſed hominem tantum ſapientiſſimum, Deoque acceptiſſimum fuiſſe, & demum iudicem mortalium omnium futurum, exiſtimamus: Chriſtiani vero ita Deo genitum, vt nunquam inceperit, putant: qui ait, qui ſeipſum depreſſerit, is à Deo extolletur: qui vero per arrogantiam nimium ſibi attribuerit, in ima deturbabitur. Maximum autem rei incipiendæ momentum eſt, vt, quod acturus ſis, Deo propitio agas. Porro quę iuſte incæperis, ea ſecundum ius, faſque euentura ſunt. Nunquam enim Deus iuſtæ defuit vindictæ. Quum igitur Deo authore bellum incipiamus, qui dubitare de euentu poſſimus? quum præſertim armis, equis, pecunia, militum numero, ac robore omnes fere Chriſtianos reges ſuperamus. Nec claritudo nominis Hungarici vlli veſtrum quicquam terroris incutiat. Vnà cum rege Matthia Huniade, virtus quoque Hungarorum extincta eſt: eodemque ſepulchro condita. Nam ex quo rex ille, vt de maioribus natu accepi, bellicoſiſſimus, exercitatuſque iam ab iuuenta finitimis circa omnium accolarum bellis naturæ conceſſit, Hungari ocio tantum, & luxui indulſere, omni fere cura militiæ adminiſtrationiſque regni abiecta. Quo fit, vt ne iuſtus quidem exercitus noſter, ſed manus prædatoria fines Hungarici regni noſtro imperio adiunctos, non modo impune continenter incurſet, ſed etiam ita iam deuaſtarit, vt pene cultoribus deſertos reddiderit. Magna pars nobilitatis inferioris Dalmatiæ (quam Choruatiam appellant) feſſa populationibus, ædes ſuas & caſtella colonis abactis vacua reliquit, permiſitque imperium noſtrum ſine vllo certamine vſquam ad Valdanum amnem proferri, Tranſiſtranæ vero Iazigum Hungarorum regiones, Dacis cōterminę crebris Turcarum incurſionibus adeo vaſtatæ ſunt, vt omnes agros Thibiſco, & Mariſio amnibus adiacentes, vix caſæ aliquot ac paſtorum tuguria ab ſolitudine vindicent. Noſtrum vero contra regnum ab Othomano cæptum, quia Turcas neque fortuna neque virtus ad hanc diem deſtituit, dum ſemper eodem induſtriæ tenore, nouas prouincias ad imperium adiungimus, indies magis ac magis ingenti acceſſione augetur. Quaſcunque enim terras armati adimus, eas confeſtim ditionis noſtræ facimus. Orſi ſunt à Myſia imperium noſtri progenitores, iam totam minorem Aſiam cum bona maioris Armeniæ parte tenemus. Nuper Syria & Ægyptus ſubactæ

ſunt

ſunt. Thraciam, Illyricum, Macedoniam, Græciam poſſidemus. Si Hungari quoque certamen tentauerint, eandem ſibi quam cæteræ gentes, quæ cum Turcis pugnare auſæ ſunt, polliceantur fortunam. Sed nec magnifaciendos cenſeo regis Hungari cognatos, & affines principes. Nunquam hi vlla fideli ſocietate, atque amicitia coire potuerunt, modo eos ambitio, modo inuidia, modo odium diſiungit. Ad hęc nemo in alterius gratiam pecuniam ſuam, ſine qua nullam expeditionem perſequi poſſumus, abſumere, & militiæ labores ſubire, facile in animum inducit. Nam quæ homines cara habent, his, vt ita dixerim, incumbunt. Et in eroganda pecunia ſuæ quiſque rei potius, quam amici rationem ducit. Quum igitur neque Hungarorum per ſe vires inceptis noſtris moram iniicere poſſint: neque illis auxilii externi ſpes vlla ſit, nullo repugnante victoriam, quam nemo Othomanorum regum ad hanc diem conſecutus eſt, domum de Hungaris reportaturi ſumus, modo cunctatio noſtra eorum ſocordiam & negligentiam non ſtimulauerit: torporemque quo iam trigeſimum annum marceſcunt, excuſſerit. Poſteaquam dicendi finem fecit, omnes cenſuere, magis quia id cordi Salamoni eſſe animaduertebant, quam quia faciendum putarent, omiſſa interim Aſia, exercitum ad fines Hungaricos inuadendos admouendum, Taurunumque & Sabactium oppida in finibus Turcaicis ſita oppugnanda: affirmantes ſibi ex perfugis Mœſis ſatis cognitum eſſe, his oppidis omnia deeſſe, quibus vim hoſtilem arcerent. Ea nempe erat id temporis Hungarorum, qui regis ætatem regebant, quum publice, tum priuatim auaritia, vt præterquam quod à Regio Quæſtore præſidiis locorum omnia maligne præberentur: ipſi etiam præfecti haud paruam ſtipendii militum partem, nullo regiæ cenſurę ob regis ætatem reſpectu, interuerterent. Et ſunt ſane pleraque Hungarorum ingenia, vt non niſi metu in officio contineantur. atque eo petulantię quoſdam eorum prouectos fuiſſe, ſatis conſtat, vt non dubitarent propalam prędicare, è republica eſſe, regem inopia premi: nec debere eum armis & legionibus ſuccinctum eſſe, ſi tyrannidem exercere nolit: nobilitatem vero diuitiis abundare, vt ſcilicet commodius militiæ onera, cum opus fuerit, ſubire, & operam reip. præbere poſſit. Qua quidem re improbi homines regnum viribus florentiſſimum, omnibus fere accolis contemnendum reddidere. quandoquidem rex egeſtate laborans, præter quam quod ſceleſtos

Principes Chriſtiani pecuniam ſuam in principũ ſui ſimilium expeditio ẽ non abſumunt.

Sigiſmundus Polonorum rex belli gerēdi peritiſſim⁹.

& dicto minime audientes principes ad officium cogere nequeat, neque pacis, neque belli munera è regia dignitate ſatis obire poteſt. Sed dempta ſibi regis authoritate, omnia precario æque ac priuatus, agere cogitur. Atq; hinc in regem ex egeſtate contemptus: ex priuatorum vero opulentia, ſuperbia, animorum elatio, factiones & diſcordię rerum publicarum peſtes maximę oriuntur. Itaque contra ac plerique Hungarorum opinantur, res ſe habet. Nam regem opulentia maxime decet, priuatos vero paupertas: qua ſane magiſtra, militaris præſertim diſciplina ſemper ſtetit. Iam Salamon de bello cum Hungaris ineundo certus erat, cum quidam ex amicis, qui in conſilio erant, conuerſus in illum non eſſe, inquit, feſtinandum, temereue quicquam decernendum, nec Hungarorum regem ob ætatem contemnendum: quippe eſſe illi patruum Sigiſmundum Polonorum regem, virum bello & multis victoriis inſignem, qui an fratris filium ab ſe deſtitutum eſſe, paſſurus ſit, accuratius conſiderandum. Itaq; priuſquam Hungaris arma inferantur, Polonum ab auxilio illis ferendo, ad ſua potiſſimum tuenda auertēdum, diſtinendumq;: ne Hungaris poſſit ſuccurrere, cenſeo. Quum omnes & imprimis regem in ſuam ſententiam adduxiſſet, magna vi auri ad Tatharum Polonorum accolam miſſa eum ad fines regni Polonici deuaſtandos perpulit: Sigiſmundumque proprio bello domi occupatum, Hungaris coniungi prohibuit: tametſi Polonus Tatharos commiſſo prælio ingenti cæde à finibus ſuis ſubmouerit. Nec ſatis viſum Turcis ad diſtringendos Hungaros Polonum Tatharicis armis, in Polonia continere; ſed etiam terrore Hungarici nominis compulſi Mechmethem Alydem Michalium ex regiis purpuratis, Ducem impigrum cum quadraginta millibus equitum (quos Turcæ à prædandi ſtudio Achangias vocant) vltra Danubium miſerunt, qui fines ibi Hungaricos populando, non ſinerent Tranſiſtranos Pannoniis adiungi: nec vllam his opem inde afferri. Qui tandem traiecto Danubio non auſus Tranſiſtranam ingredi Hungariam (ſępius enim ibi profligatus fuerat) non modo nulla re memorabili geſta; ſed ne viſo quidem hoſte in Mœſiam, vnde venerat, regreſſus eſt.

Cæterum, Turca ne ea parte, qua Sauus Danubium illabens, Tauruni muris præterfluit, nauibus quicquam ab Hungaris in vrbem importari poſſit, aliquot dyerotas è ponto per Iſtrum aduerſo

flumi-

flumine, eadem nauigatione, qua quondam Argonautæ (vt quidam ſcriptores tradidere) Æetam Colchorum regem fugientes, eas regiones petierant, eo deduci imperauit. Quibus quum magnam vim lintrium, quas in proximis regionibus fabricandas curauerat, adieciſſet, ripas Danubii diligenter cuſtodiri, vrbemque ea quoq; parte obſideri iuſſit. Interim luſtrato exercitu in agro Hadrianopolitano, magnis it itineribus per Thraciam, Neſſum in Dardanos, hinc in Mœſiam contendit: inde ad Sauum amnem, qua is Danubium influit, Mœſoſque à Pannoniis dirimit, ingentibus cum copiis Taurunum ac Sabactium oppida, vt dictum eſt, oppugnaturus, pene curſim ac incredibili celeritate peruenit, præmiſſo vltra Sauum Balyde Iachiuo, eius partis Dalmatiæ, quam Boſſinam vocant, præfecto. Qui ſcilicet & ex tuto exploraret, an vllæ Hungarorum copiæ in Syrmium conueniſſent, ſimul & daret operam, ne quid inde ſubſidii, commeatuſque Taurunum ſubmitti poſſet: mandatiſque adiecit, ne Syrmienſem regionem vlla belli clade afficeret: ſed ruſticos colere agros, pecora paſcere, & cæteris agreſtib. operib. incumbere amoto hoſtili metu, permitterent: exiſtimans ea lenitate, ac clementia, & ſibi apud Hungaros beneuolentiam conciliatum iri, & agreſtes in nobilitatem de integro concitari poſſe. Non enim eum fugiebat, inter agricultores & nobiles magnas intercedere ſimultates, ex eo iam tẽpore, quo plebs in nobilitatem, Georgio Scytha duce (vt ſupra demonſtrauimus) coniurarat. Hanc Turcæ calliditatem ac ſubdolam clementiam fœmina quædam eius regionis princeps, Iaxiorum ſoror haud minore aſtu eluſit. Nam cum audiſſet Salamonem iuſſiſſe ſuis, ne quid Pannonicis colonis inferrent, ſuſpectam habens nouam ac inuſitatam Turcæ lenitatem, pluſq; in eo, ne poſſet decipi, q̃ in fide Turcaica reponens, miſſa ad Turcam cum donis legatione ſe ſuaq; omnia illi dedi ſimulauit, & quo ſimulatio occultior eſſet, fugæq; quam meditabatur, quamq; iam præparauerat, ſuſpicionem à ſe auerteret, hoc ſibi caueri à Turca legatis iuſſit, vt ſcilicet illius permiſſu eos agros vicoſque ac oppida teneret, quæ ipſa ante Turcarum ad illam regionem aduentum poſſediſſet: contentuſq; eſſet Turca eodem vectigali, quod Hungarorum regi ſui agri pendere conſueuerant. Salamon hanc fœminæ deditionem adeo læto animo accepit, vt dolum abeſſe credens extemplo quidquid illa poſtulauerat, regio diplomate, com-

Iaxiæ mulieris facinus.

Iaxia mulieris facinus.

comprobarit: legatosque veſte precioſa, ac pecunia donatos, vna cum ſuis legatis confeſtim ad illam remiſit, quo eiuſdem pręſentis dextera promiſſa ac fidem ſanciret. Interea dum legati ad Turcam proficiſcuntur, indeque redeunt, Iaxia oneratis circiter viginti carris, ſupellectile ac pecunia, cęteriſque, quæ haud operoſa grauiaque portatu erant, ea omnia in intimum regnum deuehi iubet: ipſa exceptis Turcæ oratoribus, atque extemplo trucidatis, eodem quo res ſuas præmiſerat, cum liberis ſuis ſeſe contulit; atque ita aut ſua fraude Turcę dolis obuiam iuit: aut clementiam illius in crudelitatem vertit. Nam Turca (vt ferunt) hac iniuria irritatus (vt ſunt Turcæ ob ingenitam ſimulationem ad ſcelera ipſorum excuſanda, haud omnino infacundi) nulli Chriſtianorum, quos in poteſtatem poſt hac, vel fide interpoſita, habuit, pepercit. At Hungari vbi accepere Turcarum regem cum ingenti exercitu fines Pannoniæ inuaſiſſe, atq; ad Taurunum caſtra poſuiſſe, quia pacis modo id temporis incurioſe agebant, trepidare cœperunt, pauoreque ac conſternatione impediti, nihil quod ſalubre eſſet, expediebant. Tandem terror inſtans coegit eos ad conſultandum, quonam modo obuiam præſentibus periculis iretur. Itaque peractis Chriſtiano ritu diuinis rebus, regem armatum, de more Hungarico equum aſcendere, delectúq; militum habere decernunt, miſſo prius Romam ad Pont. Leonem X. oratore, qui & periculum regni Hungarici indicaret, & pecuniã ad conducendum militem ab eo peteret. Quanquam plerique è Senatu Hungarico cęteris prudentiores, hanc legationem valde improbarunt, vtpote quæ ex dignitate Hungarici nominis haudquaquam eſſet. Nam Hungaris inſperata re perculſis conſilium magis & charitas in communem patriam, regiaq; authoritas, qua rex quę in rem eſſent, imperaret, quam aut pecunia, aut miles deerat. Quippe regnum Hungarię viris, equis, armis, auro, atque argento nulli Chriſtianorum orbis regno ſecundum, ſatis per ſe ad ſui defenſionẽ futurum tunc fuiſſet, priuatiſque opibus publica res egregie adminiſtrari potuiſſet; ſi regii imperii verecundiam nobilitas habuiſſet: & pro ſe quiſque regi ac patriæ tempus commodare in animum induxiſſet, recepturi mox, quum pecunia in ærario eſſet, quæ in communem ſalutem contuliſſent. Ferunt autem legatum Hungarorũ verba in hunc modum apud Pontificem feciſſe. Omnibus qui Chriſtiano nomine cenſentur, Pater beatiſſime, opem tuam imploranti-

bus,

bus, te adeſſe, & auxilium conferre decet. Tu enim omnes Chriſtianos ęque ac parentes liberos fouere, hiſque conſulere debes: nec modo externa, & fortunę bona pro his erogare: ſed etiã, vt Chriſtus ait, vitæ proprię, ſi res poſtulet, non parcere. Quandoquidem princeps es Chriſtianæ reipubl. & paſtor ouium, pro quibus ipſe Chriſtus cruci affixus, ſanguinem ſuum fudit, tuęque Eccleſię res te cogit: quam immanis hoſtis ſibi adiungit. Nulla tamen vnquam gens (abſit verbo inuidia) Hungaris dignior auxilio ſedis apoſtolicæ extitit. Quippe qui, ne fœdere cum Chriſtiani nominis hoſte iungerentur, bellum grauiſſimum in terram ſuam accepere. Et quia res improuiſa accidit (fama enim ſatis conſtans erat, Turcam in Aſiam cum copiis profecturum) Hungarorum animi ita conſternati ſunt, vt in maximum periculum hoſtili fraude ſeſe coniectos putent. quandoquidem nulla ferme re, qua vim hoſtilem arcerent, ſe inſtructos eſſe, animaduertunt. Quare, Pater beatiſſime, ęquum cenſent Hungari, vti ſe pecunia, qua exercitum hoſti obiiciendum parent, iuues, ne quid interim dum conſilia eorum re ſubita torpent, regnum Chriſtianæ reipublicæ deditiſſimum, valdeque ad contundendam hoſtium ferociam ob propinquitatem opportunum, detrimenti capiat. Quo facto non modo Hungaros ad ſe tutandum excitabis: ſed etiam hoſti ingentem iniicies metum, cogeſque illum non de Chriſtianis oppugnandis, ſed de ſe ipſo defendendo cogitare. nempe vbi ille intellexerit, rem Hungaricam tibi curę eſſe, ſtatim animo concidet. non enim illum fugit Pontificem Romanum principem eſſe Chriſtianæ Reipublicæ, eamque ſedi apoſtolicę eſſe apud Chriſtianos authoritatem, vt iure imperii Chriſtianos reges in communem hoſtem poſſit concitare. Porro nulli dubium eſt, Turcam nihil magis timere, quam Chriſtianorum Principum coitionem. Ille n. probe nouit, ſe non tam induſtria ſua, quam Chriſtianorum diſcordia imperium auxiſſe. Quod ſi ſenſerit Turca Hungaros à Pont. R. neglectos, à cæteriſq; Chriſtianis deſtitutos, multo maiorem audaciã alacritatemq; ac ſtudium ad regnum Hungarię oppugnandum aſſumet: euocatiſque Aſiaticis quoque copiis, totis imperii viribus ad bellum Hungaricum incumbet. Vnde Hungaris non ſeparantibus quidem conſilia ſua à cæteris Chriſtianis: ſed aduerſis reb. & atroci negotio coactis neceſſario e duob. alterutrum ſubeundum erit. aut enim aliquid

Hungarorũ legati ad Max. Pont. oratio.

Authoritas vnde pareatur.

de finibus ſuis hoſti obuiam non eundo deperdent, aut fœdus conditionibus ab hoſte latis inibunt. Quod ſi (quam peſtem Chriſtus auertat) vſu venerit, non modo ad Hungariam ſubigendam hoſtibus propediem aditus patebit, ſed etiam ad Italiam imperio Turcaico adiungendam gradus factus erit. Nam Turcæ ita inſtituti ſunt, Pater beatiſſime, vt qui illis oſculum obtulerit, eius naſum dentibus impetant. Nunc etiam Turca quicquid terrarum eſt inter Sauum amnem & Hadriaticum mare, nullo repugnante, ſi ad id animum adiecerit, armis quatriduo occupabit. Quis enim illi cunctantibus inopia ſtipendii Hungaris obſtabit? Quib. regionibus ſubactis confeſtim arma Italiæ inferet, finitima quæq; ditionis ſuæ faciendo, rerumq; ſerie tractus iungendo: nempe quum Arſia fluuius Illyricum ab agro Aquileienſi & Veneto dirimat, continens imperium vſq; ad Italiam, inferiore Dalmatia in poteſtatem redacta habebit. Quot autem dierum iter, vt omittam breuiſſimum è Macedonia in Italiam traiectum, inde Romam ſit, in qua vrbe templum Deo ſuo erigere Selynes Salamonis pater vouerat, per te ipſum aut adhibito aliquo regionum ac locorum prudente conſiderato. Et quæ dico, ex ore Senatus Hungarici, regisq; Lodouici miſſa exiſtimato. Qui quidē neq; numero, neq; robore ac virtute militum à Turca ſuperari poſſet; ſi primum ei authoritas apud ſuos eſſet: qua ſane pueri neceſſario carent: quia ea (vt probe noſti) ex multis rebus magnifice, atq; egregie geſtis, & ſingulari prudentia, cuius puerilis ętas haudquaquam capax eſt, comparatur; deinde ſtipendii copia ſuppeteret. Nam Boemi gens Martia & regi ſuo Lodouico deditiſſima, ne pedem quidem domo efferre, niſi accepto ſtipendio, poſſunt. Quibus ſane conductis Hungari quoque & Hungaricæ ditionis Dalmatæ, egregię equitum alæ, extemplo in officio futuri ſunt. Soli autem fere nobiles apud Hungaros & Boemos ac Dalmatas, quibus Lodouicus Caſimirus imperat, militiam exercent. At contra Turcæ ex mancipiis & paſtoribus magna ex parte Illyricæ & Mœſicę nationis milites fiunt. Vnde (vt omittam Chriſtianæ reip. regionum periculoſam religioni maxime diminutionem, nec Romano Pontif. vllo pacto ferendam) ab his vinci, & in ſeruitutem redigi, conniuente ſummo Pont. & ſacro Romanę Eccleſiæ Senatu, non magis glorioſum Turcis, quam Chriſtianæ nobilitati, turpe eſſe exiſtimandum eſt. Poſteaquam Hungarus perorauit, Pontifex paucis ita reſpondit: Auxilio vos, Hun-

Hungari, dignos cenſemus, ſed quia nulla in ærario pecunia eſt, qua vobis hoc tempore opitulari poſſemus, (nam & nos exercitum alere cogimur, in cuius ſtipendium non modo vim magnam eccleſiaſticæ pecuniç: ſed etiam mutuo acceptæ exhauſimus) voſmet ipſi vobis nunc conſulite. Cum autem ſtatus Italiæ tranquillior fuerit, Hiſpanique ac Galli, quod propediem futurum eſt, inter ſe fœdus inierint, curç nobis res Hungarica erit. Porro id temporis Romanus Pontifex iuſti exercitus auxilia, ære ſuo conducta, & Caroli Auguſti copiis iungenda in Circumpadanam Italiam miſerat, eo conſilio, vt Galli, qui tunc Mediolanum tenebant, ex Italia eiicerentur, filiusque Lodouici Mauti Sforciæ in auitum regnum reſtitueretur. Nam & AVGVSTVS eundem belli titulum prætendens, æquum cenſebat, pulſo inde Gallo Sforciam Mediolanum reducere. Plane iam ſolenne eſt Romanis Pontificibus bellum gerere, non autem, vt olim factitatum eſt, controuerſias iure & iudicio diſceptare.

Maximi Pontificis reſponsũ ad Hungaros.

Cæterum, quum legibus Pontificiis prohibitum ſit, priuatis ſacerdotibus militare, cur ſummis Pontificibus vel iniuſto bello certare liceat, vt aduerſus Ferrarienſium Ducem per ſummum etiam ſcelus factitatum eſt, non video. Niſi forte Pontificum fortuna in excelſo ſita, extra hominum cenſuram eſt. Atqui nullç opes malefacta ab infamia vindicare poſſunt. Quod autem Pontificibus rem militarem attingere, nefas ſit, Diuus Gregorius doctrina ſimul & vitç ſanctimonia in paucis clarus teſtatur: qui ad Sabinianum Iadeſtinum Antiſtitem, Italia bello Longobardorum ardente, ſcribens ita inquit: Niſi DEVM timerem, atque à cçde hominum abhorrerem, non paterer Italiam à Longobardis vexari. Haud oblitus modeſtiç atque officii mei, Pontificiæue maieſtatis, cuius ſane authoritate apud me nihil antiquius eſt: ſed dolore amiſſi Tauruni hæc de Roman. Pont. liberius forſan quam par eſſet, dixi. Ego enim ita opinor, rem Chriſtianam huius vrbis amiſſione multo grauiorem feciſſe iacturam, quam quæ olim facta eſt, Conſtantinopoli euerſa. Propterea quod harũ altera vrbs, antequam ab hoſte caperetur, à Rom. iam ſocietate per ſummũ ſcelus vltro defecerat; altera regi ſocio & in Romanã Eccleſiam optime animato, non ſine Italiç periculo, Hungaror. maxime negligentia, & hoſtili fraude adempta eſt. Lodouicus enim miſſo cũ par-

Maximi Pontifi is reſpon. ſum ad Hungaros.

ua manu (iuſtus enim exercitus inopia ſtipendii & terrore omnia complente ſubito contrahi nequiuit) ad Drauum amnem Stephano Bathore iuniore Naderſpano (hic, vt ſupra demonſtrauimus, ſummus eſt poſt regem apud Hungaros magiſtratus) qui regiones Syrmienſi agro adiectas, tueretur, ipſe cum paucis equitibus, qui pręſto erant, Danubium, qua is Budam, Peſthumque interſecat, traiecit. edixitque, vt omnes nobiles pro ſuis quiſque facultatibus armis & equis ac clientibus inſtructi Baciam ad ſe conuenirent. Sane ad LX. millia nobilium virorum, queis equis merere mos eſt in regno Hungariæ id temporis cenſebantur: inuicta acies, ſi rectorem idoneum habuiſſent, & amor publicæ rei curaq; concordiæ omnibus eadem fuiſſet. Eſt autem Bacienſis ciuitas vltra Danubium in Iazigum, Dacięque confinibus fere ſita, Sothinenſem agrum Syrmienſi regioni affinem ſpectans, adeo vberis ſoli, vt omni copia rerum, vel ingentem exercitum alere poſſit. Cæterum, vt fit, vbi imperanti deeſt authoritas, ad edictum pauci admodum conuenere. Quidam enim diutino ocio deſides, militiam detrectabant. Aliis pecunia ad equos & arma paranda deerat. nonnulli, & hi haud tenuis fortunę, viri auaritia deprauati, vt ſumptibus in expeditionem faciendis parcerent; paucis in ſpeciem militib. ad regem miſſis, ne dicto non audientes viderentur, & ob id proditionis notati, aliquando pœnas luerent, domi latitarunt. Itaque rex à ſuis pene deſertus, ne omnino Taurunum indefenſum relinqueretur, obſeſſisque animus perinde ac à rege deſtitutis concideret, repertis quibuſdam Turcaicæ linguæ peritis, eos Turcaica item veſte indutos iubet, ſi forte cuſtodias hoſtium fallere poſſent, cum naui onuſta puluere accenſibili, per Danubium nocte in vrbem irrumpere. Quod conſilium per ſe quidem obſeſſis ſalutare futurum fuiſſet, ſi tegi ſilentio potuiſſet. Verũ ad hoſtes delatum, vrbem proculdubio prodidit. Turcę enim re per quendam transfugam Mœſum enuntiata, intentiorem cuſtodiam adhibentes, nauim ceperunt, obtruncatisque vectoribus puluere eo potiti ſunt, pertinaciuſque in obſidione perſtiterunt, coniicientes deeſſe obſeſſis, quibus muros tuerentur. Et ſane nihil magis Hungaris ſpem Tauruni defendendi abſtulit, Turcisque oppugnandi auxit, quam huiuſmodi pulueris inopia: vtpote ſine quo maiora tormenta nulli vſui obſeſſis fuere.

Cæterum, Salamon contemplatus Tauruni oppidi ſitum,

mœnia-

mœniaque haud quaquam prompta oppugnanti cernens, adhibito amicorum conſilio, aliquamdiu deliberauit, in intimumne Hungarorum regnum cum copiis penetraret, hoſteſque ab exercitu imparatos perſequeretur, ratus omnes Hungariæ vrbes in ditionem ſuam facile ceſſuras, ſi Hungaros commiſſo prælio profligaſſet; an vero omiſſo tam audaci & periculoſo conſilio, Taurunum, licet loci natura, & operibus (vt dictum eſt) muniti ſſimum, obſidione premeret: nec Hungaros quos timeri à ſuis videbat, per inuia pleraque & difficilia tranſitu loca cedentes inſequeretur. Tandem tutiora ſuadentibus accedens, ne hoſti in ſua, & ignota Turcis terra pugnandi, & rei bene gerendæ occaſio daretur, cæteris rebus prætermiſſis oppugnationem Sabactii, & Tauruni aggredi, amicis præſertim idem ſentientibus, regi placuit: haud quidem deſperanti celerem Mœſorum, qui vrbes eas incolebant deditionem, quum quia illos diutinam obſidionem, vtpote cum familiis, & pecoribus incluſos nequaquam paſſuros arbitrabantur: tum quia credebant Mœſos, eo quod ritu religionis cum Hungaris qui in præſidio erant, diſcreparent, malle in Turcaicam concedere ditionem, quam his ſubeſſe, qui Pontifici Rom. æque ac Principi Chriſtianæ eccleſiæ parent. nempe alteri alteros, ſiue mentis inſania, ſiue neſcio qua Dei in Chriſtianum nomen ira, numero impiorum, ac ſceleratorum habent: Schiſmaticoſq; & ſacris arcendos putant: quanquam vtraque eccleſia (modo abſit verborum pernicioſa contentio) idem de Deo ſentiat: ceremoniis tantum, non autem religione altera ab altera differens. Quis enim neget Græcam eccleſiam æque ac Romanam viros Deo acceptiſſimos, & inter diuos à ſanctis patribus relatos, tuliſſe? Miſſo igitur duce Achimathe, qui Europęis copiis præerat, vt Sabactium aggrederetur, non defuit fortuna incæpto. tametſi haud paruum militum numerum in vrbis oppugnatione amiſerit. Nam Hungari qui in præſidio oppidi erant, vbi viderunt Turcas ad mœnia ſubiſſe, admoto igni variis tormentis multos Turcarum, & promptiſſimũ quemque interfecere. Et quum pauci admodum, ſed delecti omnes in præſidio eſſent (ſexaginta enim duntaxat erant) puluiſque factitius quo tormenta ad pilas emittendas inſtrui ſolent, imprimis deeſſet, turpemque fugam pudor diſſuaderet (nempe facile Sauo lintribus traiecto, inſcio hoſte, nec vllo obſiſtente, fuga ſibi conſulere poterant) maluerunt decus mortis complecti, fortiumque virorum mo-

Diſcordia inter Græcam & R. eccleſiam.

Sabactii oppugnatio.

Tauruni oppugnatio.

re cadere, quam per infamiam vitę dulcedine pręſidio decedere, vrbe fidei ſuæ commiſſa prodita. Itaq; quũ Turcæ magna munitionum parte tormentis deiecta, de integro oppidum aggreſſi eſſent: Hungari in ruinis murorum hoſti occurrentes adeo acriter deſperata ſalute prælium inierunt, vt ad vnum omnes aduerſis vulneribus caderẽt ſeptingentis fere Turcarum cæſis. Quam ſuorum ſtragem capto Sabactio, Hungarorumq; iacentium vultus in hoſtem verſos quum Salamon conſpexiſſet, dicitur & ſuorum nece (eſt enim vir ſatis mãſueti ingenii) ingemuiſſe, & hoſtium congreſſum adeo exhorruiſſe, vt omnium ſit opinio, ſi tria millia Hungarorum armata in vlteriore ripa Saui ſeſe tantummodo oſtendiſſent, haud quaquam eo exercitum traiecturum fuiſſe. Vrbem hanc circiter quadraginta millia paſſuum à Tauruno diſtantem, Mechmethes Salamonis proauus in Mœſico Turcaici imperii agro, Syrmienſibus regionibus commodius incurſandis ad ripam Saui conſtruxerat. Septennio poſt, Matthias Huniades Coruinus credens ceruicibus Hungarorum impoſitam, magno ſuorum militum detrimento de Turcis vi cæperat. tandem ſexto & quadrageſimo anno Turcæ receperunt. Turca Sabactio in poteſtatem redacto, ſatiſq; explorato, nullum Hungarorum exercitum in proximis eſſe regionibus, Sauum ponte cõfeſtim iunxit, copias in Syrmienſem agrum tranſportaturus, atq; è regione Tauruni caſtris poſitis collocaturus, quo pluribus è partibus oppugnationem intentando, & maiorem oppidanis metum incuteret, & Hungaros à ferendo ea parte obſeſſis auxilio deterreret. Cæterum, eo ponte vi tempeſtatis deiecto, atq; amnis rapiditate in Danubium ablato, alium pontem facere paulo ſupra Taurunum oppidum inſtituit. Quanquã ea res apud quoſdam Turcarum in religionem verſa eſt. qui metu vt fit, interprete cenſebant, nec pontem reficiendum; nec regem exercitumue in Syrmium tranſuehendum. Quippe in multorum animis nondum obliterata memoria bellorum, q̃ Hungari tum duce Iano Huniade, tũ Matthia rege eius filio cum Turcis geſſerãt. Sed quum, Salamon per exploratores (vt demonſtratũ eſt) ſatis comperiſſet, Hungaros haudquaq̃ eum exercitum contraxiſſe, qui ſuis copiis opponi poſſet, pontem ſpreta inani religione, extẽplo refici imperauit. Tanta ſane cupiditas eum Tauruno potiundi tenebat: quo ſcil. Turcæ & agros Pannonicos tutius incurſarent, & fines ſuos ab Hungaris facilius tuerentur. Itaq; lintres, quarum vim magnam,

gnam, ex proximis ſuæ ditionis regionibus adduci eo iuſſerat: & ad vici naualem vſum ab incolis pararatum ibi inuenerat, per latitudinem fluuii quæ trecentos paſſus nõ excedebat, interuallo duodecim pedum inter ſe iunctas diſpoſuit, trabibuſq; de naui in nauim traiectis eas clauis ferreis pollicis craſſitudine confixas reuinxit, atq; vbi aduerſus vim fluminis ſatis firmauit, aſſeribus validis roboreis iniectis ſuperinſtrauit: quorum capitib⁹ vtraq; ex parte aliis trabibus cõpreſſis, ea fortitudine opus effecit, vt non modo equites cõmeantes, ſed etiã currus tormentis æneis onuſtos poſt ſuſtineret: quę pręterea firmis cathenis ad vtramq; fluminis ripã ita fabre alligauit, vt ſi fortè amnis imbribus intumeſcens ripas exceſſiſſet, pontem nequaquam reſcinderet: ſed vna cum ſubiectis nauib⁹ citra noxã attolleret. Opere effecto maiorem partem exercitus traduxit, atq; agmine celeriter acto ad Sumonium, qua ea vrbs haud procul à Sauo in ripa Danubii ſita Taurunum oppidum proſpectat, caſtris poſitis cõſedit, dato negotio ducibus quos cis Sauum reliquerat, vti Taurunum plurib⁹ ex partibus tormentis peterent. Interea Balydi (quem diximus in Syrmium præmiſſum) progreſſo circiter quadraginta millia paſſuum in vlteriorem Pannoniæ regionem, Stephanus Bathor Nadeiſpanus occurrit, vaſtantemq; Syrmienſem agrum adortus, leui prælio fudit, maiore Turcarũ pauore q̃ cæde. Quippe Turcę credentes haud paruas eſſe Hungarorum cũ maximæ dignitatis viro copias, vix tentato certamine, fugæ ſeſe mandarunt. Itaq; Balys cõperta hoſtium paucitate, auctis copiis, iterum ad vaſtandum hoſticum agrum profectus, quum hoſtem non inueniſſet, ad vicos & oppida, q̃ Turcarum metu cultores in intimum regnum refugientes deſeruerant, delenda (& ita Salamon, vt fæminæ, de qua ſupra diximus, fraudem vlciſceretur, faciendum mandarat) animum adiecit. Igitur Copenicum, Demetrias, Baricium, Perquaſium, Slancomenium, Petrouaradinum, egeſtis prius reb. quas incolæ, quo expeditiores aufugerent, reliquerãt, igni iniecto, vltionis prętextu, vt ira potius, quam crudelitas auaritiæ coniuncta eſſe videretur, ſuccenſa ſoloque æquata, eo maiore Salamonis dedecore, quia Turcę vbi rex cum exercitu adeſt, prędari aut quemquam præter armatum hoſtem ac repugnantem violare nefas putant. & ne Turca inde abeunte, Hungari ea oppida facile reſtituerent, materia, quæ ab igne illæſa ſuperfuerat, partim in Sauum, partim in Danubium, qua hi amnes altiſſimi fluunt ex com-

Turca Sauum ponte iungit.

Zemun. ex commodo excidentium demerſa. Quo quidem facto Turca teſtatus eſt animi imbecillitatem: quippe qui maluerit ea loca hoſti vaſta relinquere, quam non ſine continua dimicatione tueri, ratus, vt erat, Hungaros non paſſuros Syrmium latiſſimis fluminibus ab agro Turcaico ſeclusum perpetuis hoſtium ſtationibus premi. Præcluſerant portas Sumonienſes hoſti aduenienti, fiducia maxime equitum, quos eo è proximis locis eadem fortuna contraxerat. Itaq; Turca quo ſine cæde & militum detrimento vrbe potiretur, miſit qui Sumonienſes ad voluntariam hortarentur deditionem, admonerentque ne pertinacia ſua perditum irent patriam, liberos, coniuges, trucidandoſque ſeſe præberent. Vnde ipſorum magis quam Salamonis intereſſe, capta, an tradita eorum vrbs foret. Quibus enim viribus ipſi à rege ſuo deſtituti repugnaturi ſunt tantis hoſtium copiis? ſi igitur oppidum & ſeſe tradidiſſent, liberos eos in libera patria ætatem acturos. ſin malint inde migrare incolumes, cum rebus ſuis abituros. Hæc vbi iureiurando à Turca confirmata Sumonienſes audiuere, confeſtim animi eorum labare cæperunt: moxque defendendæ vrbis, vtpote, expugnatu facilis, conſilio abiecto ſeſe dediderunt. At Turca cauſatus eam deditionem haud voluntariam eſſe: ſed potius neceſſitate factam, ſpreta iuriſiurandi religione, omnes puberes interfici, cæteros vero venundatos ſeruos eſſe ementium, iuſſit. Hanc Turcarum perfidiam pro documento habendam velim, ne vnquam de cætero Machomethanæ fidei credant ſeſe Chriſtiani: ſed malint pugnando cadere, quam traditis per molliciem animi periuro ac crudeliſſimo hoſti armis, pecudum more aut trucidari, aut venire, perpetuæque ac miſerrimæ adduci ſeruituti. Sed non adeo omnes, qui Sumonii obſeſſi fuerant, vigor animi deſtituerat, quin ex his quidam virum ſeſe dignum Hungarico nomine oſtenderet: cuius quidem non indignum videtur, & locus admonet, memorabile facinus attingere. Hic cum vidiſſet ingenteis hoſtium copias oppido circumfuſas, nec vllo modo his reſiſti poſſe: atque iam metu omnibus conſternatis de deditione vrbis cum Turca agi; nihilque reliqui circumſeſſo à tanta hoſtium multitudine præter honeſtam mortem eſſe, auerſatus eam deditionem, quã ſanè aut mors carnificis arbitrio ſubeunda, aut ipſa morte miſerior ſeruitus maneret (non enim Turcam promiſſa præſtaturum, vt euenit, arbitrabatur) ſtatuit mortem oppetere, ne in cuiuſquam Machometani poteſtatem

ſtatem viuus veniret. Itaque ſumptis armis, equoque conſcenſo porta erupit: atq; in confertos hoſtes præſenti animo ſe immiſit, cæſiſq; quibuſdam hoſtium, qui ſeſe ei obtulerant, pugnãs magna omnium admiratione cecidit. Cuius animi altitudinem (modo Chriſtianum hominem deceat, malle ad mortẽ & certã perniciem ruere, quã in ſeruitutem incidere) ſi cæteri Hungari imitari in animũ induxiſſent, Sauum amnem Turcæ haud quaquam traiecturi fuiſſent. Cæterum, quoniam Taurunum ab omnib. partibus præterquam ab ea, quam Sauus præterfluit, & loci natura, & operibus à rege Matthia Coruino egregie emunitum erat, omnes Turcarum in deiiciendo muro conatus adeo vani euadebant, vt regem deſperatio vrbis expugnandæ inceſſeret: iamque de ſoluenda obſidione ac diſceſſu cæperat cogitare, quum duo transfugæ Mœſi ex eo genere homines, quos noſtri Schiſmaticos vocãt, ad eum acceſſere, docueruntq; nequicquam tempus oppugnanda vrbe teri, niſi mœnia Sauo oppoſita deiecta fuerint. q̃ quidem vbi primum tormentis percuti cæperint, confeſtim collapſura affirmarunt: quandoquidem ea muri ſtructura, vtpote amne tuta, nihil firmitudinis haberet. Verbis transfugarũ fides habita. nec vana afferre viſi. Itaq; extemplo tormenta ad inſulam, q̃ Sauo in Danubium illabẽti obiecta eſt, tranſuecta, atq; ad eam partem vrbis, quam transfugę concutiendam indicarant, conuerſa. Igitur murus crebris ictibus petitus breui vrbem inde nudauit, nemine contra ex oppido tormentis lapideas pilas ad Inſulam Turcarum conatibus impediendis emittente: eo quod nullum tale tormentum oppidani habebant, quo obuiam hoſticis tormentis iretur. nempe Ioannes, Sepuſienſium princeps, Tranſyluanus pręfectus, omnia ferme maiora ænea tormenta ad Chaualam oppugnãdam (vt ſupra demonſtratum eſt) Tauruno exportarat, atq; à Turcis inde repulſus, dum inconſultè fugit, hoſtibus reliquerat: nec loco amiſſorum alia, Hungarorum principum negligentia reſtituta erant. At oppidani, qui omnes fere Mœſi erant, non modo pro nudata mœnibus patria, corpora ſua non opponere; ſed ne ligneas munitiones (incertũ perfidia an metu, & cõſternatione animorum ſtupentes) cõminiſci. Itaq; priuſquam Turcæ admouerent copias, qua muros demoliti erant, Mœſi igni vrbi iniecto, ſeſe in arcem receperunt: patriamq; aut nimis celeri deſperatione, aut proditione hoſtibus, ne expectato quidem eorum aggreſſu, conceſſere: nihilo magis arci, quam oppido

Turcarum perfidia.

Vu fue-

Samonienſis cuiuſdā virtus.

fuerunt, fœliciores futuri. Duces Turcarum, vbi conſpexerunt ſuos in oppidum tranſgreſſos, eoq; potitos eſſe, & ipſi cum magna exercitus parte vrbem porta in orientē verſa ingreſſi ſunt, nō ſine militum ſuorum detrimento. Nam Hungari Turcas ea parte irrumpentes plumbeis pilulis è paruis tormentis emiſſis, quæ ad eam portam ex arçe facile adigi poterāt, petentes, multos hoſtium interficere. Itaq; Turcæ tribus æneis muralibus tormentis eo aduectis, totidem locis arcem quatere cæperunt, quo præſidium neceſſario diſtinerent; & cum à tribus partib. eodem tēpore arx munitionibus prorutis oppugnari cæpta eſſet, Hungari ſuorum paucitate, tot ſimul locis haud quaq̄ poſſent, non nudata aliqua ſtatione, occurrere: atq; ita diſtracti ſine mutuo inter ſe auxilio ad omnia tuenda, obeundaq; non ſufficientes, hoſtium multitudine obruerentur. Nec ſatis putarunt Turcæ arcem tribus ex partib. oppugnare: verum à quadam turri quoq;, q̄ vulgo campanariam appellant; arcis propugnatores infeſtis telis ita vrgere cæperunt, vt à propugnaculis fere ſubmouerent. Nam quum oppidani ex vrbe in arcē confugiſſent, Sacerdotes quoq; Ceſii, qui diuæ virginis ibi templum cœnobiumq; templo appoſitū, incoluerant, eodem ſeſe contulerunt, illa turri q̄ omnibus fere ſacris ædibus à Chriſtianis adiici ſolet, integra àtq; intacta repentina ac præpropera fuga relicta. cuius ſane turris ſummitatē, cum arcis altitudini prope æqualem, additis ligneis munitionibus Turcæ feciſſent, ac minoribus tormentis inſtruxiſſent, nec conſiſtere quidem muris præſidiarios (vt dictum eſt) ſinebant milites. Multos enim inde ferreis pilis è tormentis excuſſis aut interficiebant, aut grauiter vulnerabant. Nempe contra Hungari nullum ne in vrbe (vt dictum eſt) nedum in caſtello tormentum habebant, quo turrim illam demoliri poſſent: hoſtemve inde ſubmouere: præter aliquot pillularias (ſclopetos vulgo vocant) à quibus incidentibus telis Turcæ obiectis ligneis munitionibus facile tegebantur. Præfuerat vrbi Blactius quidam Mœſohungarus: qui, quia præfecti Taurunenſes abfuerant, adiuncto ſibi Iano Botthio arcis præfecto regimē omnium rerum ſibi vendicarat: quippe præfectorum alter aut ſua ſponte, metu obſidionis extra oppidum per ſpeciem quarundam rerum, quæ in vrbem importandæ erant, parandarum, ſubſederat in proximæ regionis latebris, ex tuto euentum rei expectaturus, aut repentino, & inſperato Turcarum aduentu ab vrbe intercluſus erat: alter paulo an-

Blactius eximius Taurini aduerſum Turcas propugnator.

lo ante cæptam obſidionem mortem obierat. Itaque Blactius adminiſtratione omnium rerum ſibi (vt dictum eſt) aſſumpta per quinquaginta fere dies tot aſperrimi belli malis circumuentus arcem egregie tutatus eſt, quum quadringenti tantummodo milites ſecum in præſidio eſſent, nempe vicies hoſtem acerrime dimicantem à muris repulit, non ſine magna Turcarum pernicie. Nam vbi Turcæ muros qua hi deiecti erant, ſublato ingenti clamore, addito etiam ad maiorem terrorem incutiendum tympanorum ac tubarum ſtrepitu aggreſſi eſſent, Hungari nihil ea re territi, ſine vllo tumultu hoſtibus occurrentes prælium inibant. Alii pilulariis eos inceſſebant, alii ignem ſcandulis, queis arcis ædificia tecta erant, iniectum reſtinguebant. Nam Turcæ nihil omittentes, quod obſeſſos aut affligeret, aut à prælio auerteret, pilas igneas oui gallinacei forma, & magnitudine accenſibili materia refertas, atque ſpiculis ſagittarum adiunctas in arcem iaciebant, quæ motu ipſo accenſæ, vbi in tectis adhæſiſſent, ſcandulæ celeriter ignem comprehendebant, lateque incendium vagabatur: alii truncos ingẽtium arborum ferreis confixos clauis prouoluebant ex arce; qui vbi in hoſtem muros ſubeuntem incidiſſent, magnam ſtragem neceſſario edebant: quibus quidem in præliis ſæpius per biduum die noctuque continenter diuerſis etiam locis pugnatum eſt, quum hoſtes copiis in multas partes diuiſis viciſſim prælio ſuccederent, Ducibus eorum pro ſauciis & feſſis, abundante multitudine, integros ac recentes in pugnam ſubmittentibus. Et quum omnes Turcarum conatus eo magis fruſtra eſſent, quia Salamon equites & honeſtioris fortunæ viros ab oppugnatione arcebat, eo conſilio, vt, ſi forte cum rege Hũgarico collatis ſignis eſſet decertandum (credebat enim Hungarum ſuis auxilio venturum) quod roboris erat in eius exercitu nulla ex parte imminutum, hoſti opponeretur: multique Turcarum in oppugnatione variis hoſtium telis percuſſi caderent, appareretque Hungarorum pertinaciam haud quaquam ſubactum iri; Gallus quidam, qui ad extremum perditus homo abiecta religione Chriſtiana ad Machometanos defecerat, eorũ animos infregit atq; ad arcẽ tradendam compulit. Hic ſane in exercitu Turcaico modico ære merebat. Nempe Turcæ Illyricos, Thraces, ac Macedonas, ob robur virium, corporumq; ſpeciem, ſibi libẽter adiungunt, militiamq; exercere cogunt, cæteras vero nationes militiæ haud quaquã idoneas

Blactius ex mimo Teuruni aduerſum Turcas propugnator.

cenſentes,contemptui habent.Itaq; Gallus ſpe præmiorum illectus, Duces copiarum adit,ſuadetque vt viribus, expugnādarum vrbium artem adiicerent; aſſerens rem militarem, nō minus conſilio quam vi corporis procedere.Itaque cuniculum ſub terra agendum, & puluere factitio arcem deiiciendam edocet. Duces collaudato Gallo, promiſſiſq;,ſi exitus conſilium comprobaſſet,onerato,vim magnam foſſorum(& præſto erant)contrahunt:nam haud procul inde argentinæ fodinæ ſunt:atque intra paucos dies cuniculum agere, aut nullo Hungarorum ingruentis periculi ſenſu:aut quia ferramentorum inopia Turcis altius terram molientibus obuiam ire nequiuerunt, foſſamq; apertam è regione hoſtilis operis ducere , quo vis accenſi pulueris in liberum cælum effuſa euaneſceret citra vllam murorum concuſſionem. Quo vbi puluis accenſibilis coniectus atque incenſus eſt,pars haud ſane magna muri, ſub quo cuniculus actus erat , cōcuſſa cum ingenti fragore ac ſtrepitu procidit. Mœſos, qui nūquam antea cum hoſte,exceptis quibuſdam proditoribus,ſermonem contulerant,nedum vllam pactionem auribus admiſerant, caſu eo muri adeo ingens terror inceſſit, vt de tradenda arce, inſciis primo Hungaris colloqui cum hoſte per litteras ſagittæ alligatas, atque ad ſtationes Turcarum obiectas vltro cæperint.Quamquam ruina illa aditum in arcem haud quaq̄ patefecerat: ſed potius difficiliorem hoſti oppugnationem reddiderat, ruinis præcipiti loco pedum veſtigia haud recipientibus. Collis enim ex planicie æditus, in quo arx ſita eſt,quinquaginta circiter pedes in altitudinem ab infimis radicibus vndique abſciſſus erigitur difficili propter præcipitem accliuitatem aditu.Itaque Mœſi incurſando agro hoſtili,& latrociniis tantum aſſueti:non autem vllis iuſtæ militiæ artibus eruditi,ob idque obſidionis impatientes: ratique inſuper metu interprete ſeſe vna cum liberis ac coniugibus in hoſtium poteſtate mox futuros;omniaque indigna & acerba paſſuros, de deditione etiam cum Blactio & Iano agere cæperunt,modo precibus, modo minis homines fatigando, ſuadendoq;,vt quia,& omnium rerum inopia iam vrgeret & de regia ope ſpes inciſa eſſet,mallent victoris gratiā arcem tradendo inire,q̄ ab hoſtibus vna cum omnibus fœde trucidari: tandem (quia Hungari etiam inuiti ad arcem tradēdam cogi poterant: numero enim Mœſi eos longe ſuperabant) ne deditionis mora Salamonis iram in ſe accenderent,vti Mœſi cenſuerant,deditionem faciunt,pacti,vt ſe,præſidium-

ſidiumque Turcæ cum omnibus rebus ſuis abire paterentur: Mœſisque eadem conditione Taurunum habitare liceret, qua ante bellum habitarant. Cæterũ, arce tradita fides dedititiis Turcaica religione ſeruata eſt. Nam Turca credens nihilo magis Mœſos fideles ſibi futuros, quam Hungaris fuerant, vna cum familiis vrbe excedere, Conſtantinopolimque demigrare, magno omnium mœrore iuſſit. Qui quidem ſedes patrias præter ſpem relinquentes ſeipſos, nulli tamen miſerabiles vehementer accuſarunt, commiſſi ſceleris ſera, atque inutili pœnitentia: quandoquidem pernicioſum conſilium neque reuocari, neque in integrum reſtitui poſſent. Tradunt qui huic ſpectaculo interfuere, quum Mœſi ablatis ſecum & ſanctorum hominum reliquiis vrbe excederent, quoſdam Turcarum per ludibrium dixiſſe, Chriſtianos fato quoque functos Machometanis ſacris iam initiatum iri. Sane erat id temporis Tauruni fœminæ cuiuſdam corpus lignea arca conditum (Mœſi, Illyricique Diuam Peticam appellant) quod quidem corpus Monachi Græci ritus (nam & ipſi Tauruni cœnobium à Mœſis olim regibus conſtitutum ſeorſum à Ceſiis ſacerdotibus tenuerant) Turcarum permiſſu in curru impoſitum Conſtantinopolim auexerunt. Quamquam ſunt, qui affirmẽt, Diuam Peticam iuſſu Salamonis inde exportatam, quo illius quoq; fœminæ reliquiis Conſtantinopolim tranſlatis regni ſui ſedem religione augeret. Quippe Machometani Chriſtianos, qui, antequam Machomethes Arabs exitialem ſectam inſtitueret, vitæ ſanctitate clari fuerunt, valde venerantur, & amicos Dei appellant; exiſtimantes, Chriſti leges humanum genus tenuiſſe, quoad Machomethes non tam eas abrogaret, quam ſuas conderet. Nam vbique Chriſtum honorifice appellat, & verum Dei legatum ad homines miſſum fatetur, ſibiipſi per imprudentiam repugnans: quandoquidem eum maxime probat, cuius inſtituta quaſi ab homine inuenta gloriæ cupiditate deprauatus, latenter antiquare conatur. Nempe quem probabat, ſi ſibi conſtare voluit, ſequi debuerat. Ita Mœſi inconſulto metu ſeque patriamque perditum iuere. Hungari vero ab equite, in abeuntes immiſſo, interfecti. Quamquam ſunt qui aſſerant, omnes præter Blactium, Ianumque Botthium, qui capita rerum in præſidio fuerant, cum fide in Pannoniam remiſſos. Ferunt autem Turcæ regis [illegible] cum degenerem metum, tum perfidiam diſſimulantes, Blactium Ianumque cum collega ſuo ab inuito pro[illegible] Sala-

Taurunenſium deditio, & Machometanorum opinio de Chriſto.

Blactio & Bolano vinũ cauſa mortis extitit.

monc ob verborum licentiam, quæ vino imputari debuerat, necatos. Nam quum à quibuſdam regiis purpuratis, ad cœnam eſſent inuitati, vinoq; largiore vſi eſſent, atq; inter cœnandum de Hungarorum ac Turcarum virtute ſermo eſſet ortus: Turcæq; ex compoſito ſermonem ad contemptum Hungarorum traherent, Blactius fortunæ, in qua erat, parum memor, arcanaq; ac tacenda per vinum male diſſimulans, auſus eſt dicere, ſi ſibi viginti millia Hungarorum data fuiſſent, non modo ſe Turcarum exercitum in fugam coniecturum fuiſſe: ſed etiam ipſum Salamonem viuum capturum. nihil enim roboris in exercitu Turcaico fuiſſe affirmauit, ſed tantum eum tentoriorum, ac Camelorum, & hominum incondita multitudine conſpicuum extitiſſe. Quę verba vbi ab ipſis purpuratis, qui ſermoni interfuerant, ad Salamonem delata ſunt, ſuadendo ne talem virum hoſtibus adiungi pateretur, pene coegerunt regem fidem frangere: atque authores fuere perſcelus, eius occidendi, cui iureiurando incolumitatem promiſerat. Hunc in modum vrbs celeberrima in Salamonis poteſtatem peruenit, Hungarorum principum imprudentia atque inconſulta quadam ſuperbia. neque enim Turcam contemnere debuerant, ac regem omnium, quos nouimus, potentiſſimum pacem petentem ita inſolenter aſpernari, vt nullo ei reſponſo reddito, legatum inſuper, ſublato gentium iure, retinerent quum pręſertim eſſent ab exercitu minime parati: nullaque fere ad bellum gerendum re inſtructi neceſſaria: Regni procuratorum ſimul negligentia, ſimul auaritia. ne regem ipſum Lodouicum in crimen traham, quem ob ætatem haud equidem accuſandum cenſeo, (nempe in arce ex totius regni tutela conſeruanda magnopere vigilandum fuit, nec vllis ſumptibus parci oportuit) præſidii inconſtantia. Eſt enim fama ſatis conſtans, Hungaris, qui in pręſidio fuerant, non adeo cibaria defuiſſe, fameue eos laboraſſe, quin obſidionem per menſem adhuc tolerare poſſent, quo exacto Turcam incœpto abiturum fuiſſe, ferunt, Mœſorum proditione, hoſtili fraude. Quippe Hungaris bellum de more omnium gentium, Turca haudquaquam indixerat, quo ante expectatum eos adoriretur. Quanquam plerique Hungarorum ſuam culpam, vt fit, in alios transferentes, crimen amiſſi Tauruni in Venetos falſo (vt ego cenſeo) conüciunt. quos ſuſpicantur Salamoni perſuaſiſſe, vt Taurunum oppugnaret, ne Hungari

gari & Boemi bello in ſe ipſos auerſo, Carolo Auguſto, eidemque Hiſpaniarum regi adiungi poſſent, dum is aduerſus Gallos in Circumpadana Italia, per duces ſuos bellum gerit, admonendo Turcã, vt affinitatis inter Hungarorũ Regem, & Cæſarem contractæ, & docendo nimiã Auguſti potentiam è re haudquaq̃ eſſe Turcaica; putãtes eo conſilio ſuæ reip. egregie conſultũ iri. Quam quidem atrocitatem apud Hungaros ſermonib. iactatam, magis attigi, ne viderer omiſiſſe, q̃ quod crederem à Venetis admiſſam. Quis n. adduci poteſt, vt credat quemquam Chriſtianũ adeo inſanę mentis eſſe, perditumue, morisq; Turcaici imperitum, vt aut malit Turcaicum, quam Chriſtianũ ſupra modũ creſcere imperiũ, aut neſciat à Turcis victoria ſua & regni amplitudine non ſocios amicoſue, ſed ſeruos quęri? Nempe gens Othomana fera & iuris humani expers, omninoque inſociabilis etiam liberos ſuos ſeruorum prope loco habet, ne dum cum alienigenis, bello pręſertim imparibus, vlla ſocietate coeat. Ita igitur Taurunum amiſſum eſt. Quod quidem oppidum olim à Thracibus conditum mox ab Veris (de qua gente alio loco diximus) deletum, Stephanus Nemannius Mœſorum rex, quos ætas noſtra à Rha maximo in Sarmatia Aſiatica flumine, Rhaſianos Bulgaris affines vocant (inde enim vtraque gens ſeptingenteſimo fere à Chriſti natali die, anno, in Mœſias aduenit) ab hinc centum, & quadraginta annos aduerſus Hungaros propugnaculum inſtaurabat, & pro antiquo Tauruno Belgradum (tametſi Hungari eandem vrbem Nanderalbam vocent) appellarat. deinde moriens, quo poſteris ſuis Hungaros conciliaret, Pannonico agro adiungi iuſſerat. Cæterum, Salamon vrbe, qua parte muros quaſſauerat, refecta, viris, armis, commeatu, cæterisq; reb. ad eius cuſtodiam neceſſariis affatim munita, ingenti lętitia Hadrianopolim reuerſus eſt; exercitu ita hyematum dimiſſo, vt vere ineunte ad primum edictum cuncti quo iuſſi fuerint, cõuenirent, omnib. rebus ad expeditionem ineundam inſtructi. Nec immerito Turca tanto gaudio exultabat, atq; ſeſe efferebat: propterea, quod ei ſoli Othomanorum contigit vrbe potiri, quam Omurathes abauus regum clariſſimus, qui alias quadrageſies cum hoſte ſignis collatis, manum conſeruit, nequicquam aggreſſus eſt. A qua Mechmethes proauus, cui ex rebus geſtis Magno cognomen fuit, quum eam cum ingentibus copiis oppugnatum veniſſet, non ſine çlade & ignominia

Taurunũ ædificatũ, & Rhaſianorum vnde dicta.

Iani

Othomani nō tam voluptatum, quam gloria cupidi ſunt.

Iani Huniadis ductu repulſus eſt: vtpote relictis, ne fugam impedirent, rarę magnitudinis æneis tormentis, quibus vrbem demoliri conatus erat. Quam auus Bazethes, & pater Selynes, Mars alter, ne tentare quidem bello auſi ſunt. At Hungaros de ope Taurunenſibus ferenda conſultantes nuntius deditæ vrbis terrore ingenti, ac mœſtitia compleuit: eoq; maiore affecit dolore, quia præter reip. detrimentum, cum ſummo nominis ſui dedecore, tamęque ac gloriæ iactura, videbant ſe ab adoleſcente Turcarum rege, belliq; & omnium rerum (vt ipſi arbitrabantur) imperito, fraude circumuentos; eoque rem eorum cecidiſſe, vt hoſti aut contemptui poſt hac eſſent, aut nō niſi continuo bello fines ſuos tutari poſſent, nulla ſpe in Salamonis ſegnitia repoſita. Qui ſane, tametſi nunquam antehac armatum hoſtem conſpexerat (nempe in vmbra cum grege puellarum ad illam diem egerat) tamen inito regno, quo ignauiæ notam aboleret, confeſtim & iuſti regis ſpecimen dedit, & gloriæ cupiditate nulli maiorum ſuorum ſecundus videri voluit. Vnde ſunt, qui credant, Salamonem dum pater vixit conſulto ignauiam ſimulaſſe, ne virtus eius illi formidoloſa & ob id apud ferum hominem fraudi eſſet. Quandoquidem compertum fere haberet, Selynem dominandi cupidinem cunctis humanis affectibus antepoſuiſſe. Porro Othomani reges (vt fere Machometani omnes) cupidi ſunt omnes quidem voluptatum, ſed eos, vtpote gloriæ cupidiores, nunq̃ vlla voluptas à reb. gerendis remoratur. Sed nec his quo minus militiā more ſuo exerceant, corporis mollicies obeſt. quandoquidem quod apud cæteras gentes turpiſſimum eſt, dum ſui collatis ſignis cum hoſte depugnāt, reges è caſtris in aciem non prodeunt: ſed in prætorio ſedentes euentum expectant, cura bellicæ rei ducibus delegata. Quin etiam quo tempore ardor certaminis maxime excitatur, equo regio in compedes coniecto, regem caſtra excedere non ſinunt: cenſentes, neque illum periculis eſſe obiiciendum (quandoquidem imperatore adempto, vel victor exercitus turbari, & in fugam verti facilè ſoleat) neque rurſus ei fugæ facultatem ſuis laborantibus prębendam; vt omnium periculo cum rege exæquato milites in reſiſtendo eſſent alacriores, ac maiore ſtudio adniterentur eum conſeruare, cuius ſalutem in eundem caſum deductum cernerent. Cæterum, fortuna moris ſui haud oblita amarum ſuauibus, atq; è ſententia fluentibus, intermiſcuit: quippe quæ de gaudio Taurunenſis victoriæ, domeſtica ca-

ca-

ca calamitate, multum dempſit Salamoni. Namq; ei Hadrianopolim verſus iter habenti, triſtis nuntius occurrit, afferens, filium eius natu maximum (qui iam nonum annum agebat) morbo extinctum eſſe. Huc acceſſit perturbatio regiæ domus, orto inter matrem & vxorem Salamonis haud leui iurgio. Nam cum mater regis nurum aſperioribus caſtigaſſet verbis, quaſi ipſius incuria regulus deceſſiſſet, illa ſimul dolore amiſſi filii, ſimul reprehenſionis impatientia prope amens, dum ſocrum a ſe amouere nititur, pugione haud ſane lethali vulnere percuſſit. Eſt autem mos apud Turcas, tam vxoribus quam filiabus regum, pugionem zonæ alligatum, quaſi quædam dignitatis inſignia geſtare. Mors reguli non modo Salamoni, quum & per ſe orbitas patrio animo grauis ſit, ſed etiam toti regiæ, omnibusque Turcarum principibus maximo luctui, ac dolori fuit. Nam & regis orbitatem miſerebantur, vtpote quem omnes ob ſingularem humanitatē, vero proſequebantur amore: & cura publicæ rei eos ſollicitos reddebat; arbitrantes regem ad belli pericula ſubeunda, propter orbitatem ſegniorem neceſſario futurum; ne, ſi quid ei accideret, imperium Othomanorum nullo è ſtirpe regia ſuperſtite, interiret. Porro cenſebant, nunquam eſſe arma Salamoni deponenda, ſi regnum è dignitate ſua tueri vellet; ſatis gnari, & Sophenos hoſtilem animum aduerſus Turcas gerere, & Hungaros bello nuper laceſſitos, haudquaquam quieturos. Turcæ igitur in ſuas artes verſi, ne Hungari crederent, Salamonis animum orbitate fractum belli conſilium omiſiſſe, eos populationibus terrendos ſtatuunt. Itaque rex ex amicorum ſententia tres duces, qui prouinciis Danubio adiectis pręerant, cum ſuis quemq; copiis, addita inſuper manu prædatoria, ex illis equitibus, quos alio loco diximus Achangias appellari, vltra Danubium in agrum Iazigum Hungarorum prędatum miſit. Qui quum ad fines Tranſyluanæ prętecturę, ſatis occulte perueniſſent: haud tamen fefellere Ioannem Sepuſienſem, eius regionis præfectum. Ita Turcæ ne conſpectum quidem hoſtium ſuſtinentes primo congreſſu fuſi, magna ſuorum parte amiſſa, in Mœſiam refugerunt. Cęterum, in inferiorem Dalmatiam, quum ea regio ſine pręfecto, ſine imperio eſſet, ab Hungaris deſtituta, à Verboſnenſib. Turcis per eoſdem dies incurſiones factæ, multique mortales nullo obſiſtente capti. Eodem tempore Leo Decimus Romanus Pontifex repentina morte ex neruorum reſolutione, ſeu (vt alii tradunt) ve-

Regum Turcicorum tũ vxores, tũ filiæ pugiones geſtant.

Leonis x Rom. Pont. mors.

x. neno interiit, magna Romanorum lętitia, quia Florentinum nomen Romanis inuiſum erat, quod gens illa nulli magnæ rei gerendæ idonea, vtpote opificio tantum, & mercaturę incumbēs, omnia inſuper ſacerdotia, ſibi cæteris pene nationib. præteritis vendicauerat, Pontifice ſuis ciuib. impudentiſſime ſuffragante: tum quia Pontifex ipſe, venatui, muſicæ, & gulæ deditus, Pontificatum flagitioſi hominis conſilio atq; arbitrio Iuliani fratris patruelis ex concubina orti, & Cardinalatus dignitate, contra leges Pontificias, inſigniti, adminiſtrauerat. Porro Iulianus dignus odio non immerito viſus eſt: quia prçterquam quod nulli prçclaræ arti intentus erat, congerendæ per omne nefas pecuniæ, reique ampliandę eo ardore incenſus erat, vt neq; religionis, neq; honeſti, neq; deniq; famæ cultum magnopere reſpiceret. Quanquam ferunt illum Florentino aſtu alieni abſtinentiam in paruis præſtruxiſſe, nec tenui mercede ab honeſto diſceſſiſſe: vt cupiditati ſuę non ſine operæ precio ſatisfaceret: & iudicia de ſe hominum haud negligere interdum videretur. Quocirca non modo ipſe, ſed etiam Pontifex quaſi à Iuliano deprauatus, male audiebat. Eſt enim auaritia, præſertim in ſacerdote, valde deteſtanda, atque ad omnium obloquia expoſita. Vnde quum Pontifex inuidiam euitare cupiens, accitum ad ſe Iulianum monuiſſet, ne cuiquam iuſtā de ſe conquerendi cauſam prçberet, improbus homo & ab ineunte ætate peſſime inſtitutus, innumeram pecuniam prçmia Pontificatus eſſe putans, in hunc modum Pontifici reſpondiſſe fertur: non eſſe ei infamiam magnopere timendam, qui ita alios ſupergreſſus eſſet, vt omnia mortalia infra ſe poſita cernat. Digna ſane notho, & Trapezitæ filio ſententia, qui non ingenii ſolum, ſed etiam nationis vitio, parum admodum curans, quid de ſe homines ſentiant, de religione lucrum ſectari in animum induxerat, ne diſcederet ab eorum inſtituto, qui nimia Pontificum indulgentia, omnia venalia Romæ ſemper habuere. Quo ſcilicet tempore à Boemis maxime vt eſt ea gens liberioris linguæ, & eccleſiaſtico luxui aduerſa, cauponari magis Pontifices, quam à ſacerdotali integritate Pontificatum gerere dicebantur: & Chriſti altaria numulariorum menſæ appellabantur. Proinde nihil magis Pontifici curandum eſt, in quem ſane omnium Chriſtianorum oculi coniecti ſunt quam vt infamiam fugiat: & ita vicarium Chriſti, ac Principem Eccleſiæ agat, vt vitæ ſanctitate omnibus documento ſit. Nam (vt alio loco diximus)

cauri

cæteri ordines ſacerdotum ad perfectionem morum aſſequendum inſtituti ſunt, Pontifices vero conſummati eſſe debent. Leo autem decimus, in venando libenter tempus terebat: primo, vt eo ſtudio nobilem ſe genere oſtenderet, quum eſſet argentarii, ſed alioqui eximii viri Laurentii Medicis filius: licet in hoc merito culpatus ſit, quia dum vnus nimium eminere in libera ciuitate concupiſcit, æquo iure viuere cum ſuis ciuibus in animum inducere non poterat. Quanquam Laurentius remp. ita prudenter, ac leniter moderabatur, vt tyrannidem, ea non mediocri humanitate condita, videretur pene redimere: nec magis ciuibus ſuis excellere, quam patrię principatu ſuo prodeſſe; deinde, vt huiuſmodi labore edendi appetentiam excitaret. Qui quidem licet plurimi eſſet cibi, caſtus tamen (quod raro vſu venit) eſt habitus. Nempe epulæ & lautior menſa, veneri immodicarum cupiditatum parenti, cognata ſunt. Quamquam illius libidinum continentiam quidam non virtuti, ſed morbo aſſignant. Satis enim conſtat, hũc Pontificem vlcus quoddam in obſcænis corporis partibus ortum multos annos male habuiſſe. Huic Pontifici Hadrianus quidam præſul Dertuſanus (ea eſt Tarraconenſis Hiſpaniæ ciuitas) & Romanæ Eccleſię Cardinalis abſens, ſuffectus eſt: tanta Italorum Cardinalium concertatione, vt vix manibus in comitio clauſi temperarent, cum ſibi quiſq; Pontificatum ambit.

Auaritia cum aliis omnib. tum vero cum primis ſacerdoti fœda eſt.

Itaque magna pars eorum maluit ſuffragio ſuo externo deeſſe, quam ſuæ gentis competitorem in faſtigio ſibi negato conſpicere: tanta plane vis inuidię eſt, qua naturę vitio animus humanus multo vehementius in ciuem quam in externum accenditur. Quanquam in hoc Pontifice deſignando quidam Cardinalium Carolo Auguſto gratificari voluerunt. Quippe ſatis creditur, Romanum Imperatorem intentiore cura operam dediſſe, vt Hadrianus Romanus Pont. crearetur, erat enim ei cariſſimus amicorum.

Porro, hic vir in Morinis humili genere, vtpote patre opifice, natus eſt. Qui cum & moribus optimis eſſet præditus, & ſacris literis ſatis docte eruditus, admotus eſt pueritiæ Caroli regendę ſimulque litteris erudiendæ, atque vt educator, ac præceptor in Hiſpaniam ductus. Carolo mox imperatore Romano deſignato, atq; in Germaniam profecto regendis Hiſpaniis prępoſitus, prouinciam ſibi cõmiſſam integerrime adminiſtrauit. ob-q, non ſec⁹ q̃ pater ab Auguſto diligebatur. Sed de his alias. Balys Iachius, cuius (vt ſupr. demonſtra-

monſtrauimus) Salamon in Syrmienſi expeditione, forti opera vſus fuerat, & ob id ei ampliorem in Mœſia attribuerat prouinciã, vbi accepit Turcas in Tranſiſtranis Hungarorum regionibus, haud leui clade affectos: ne Hungari eo ſucceſſu inſoleſcerent, contractis tribus millibus equitum ad deuaſtandam Syrmium trans Sauum amnem proficiſcitur. Sed quum ibi ducem itineris locorum peritum, ab Hungaris exceptum, amiſiſſet, metu inſidiarum Taurunum confeſtim rediit, aliquot ex ſuis partim captis, partim cęſis. Nam Syrmienſes timore hoſtium abutentes, nouiſſimum agmen adorti, terribilem tumultum intulerunt. Paucis poſt diebus Balys ratus, ſua è Syrmio fuga, ſecuritatem Tranſiſtranis Hungaris iniectam eſſe maioribus copiis comparatis, per Danubium gelu concretum, ſine vllis nauibus in regionem Dacię Tauruno obiectam tranſmiſit: atque inde ſuperato Thibiſco amne, & ipſo glacie aſtricto, fines Bacienſis regionis inuaſit: ibique aliquot vicis depopulatis raptim ſe Taurunum recepit. Magnam vim pecorum abactam, hominum ad mille, & trecentos captos eſſe, ferunt. haud tamen ſine detrimento Turca domum reuerſus: quippe præter mille ferme equos vi frigoris abſumptos, & aliquot ex ſuis deſiderauit, & ipſe à quibuſdam Hungaris viam inſidentibus pilula è paruo tormento excuſſa vulneratus eſt.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM, QVÆ IN OPVSCVLO HOC HISTORICO continentur, cum primis memorabilium copioſus.

Abbatia diui Aniani. 74
Abbatiæ Hungaricæ. 82
Abdias regionis Saithicæ imperator. 319
Abdias ſummus Mahumetanorum ſacerdos contra ius hoſpitii Thomam Solidanum Selyni Turcæ tradit necandum. 319
Abnegantes ſibi pecuniam creditam pœnas apud inferos luere teneri à Turcis creduntur. 150
Acarnania. 191
Accipiter cuculum irridet. 180
Accolæ Oceani quam diſciplinam in bellis naualibus adhibeant. 172
Accolæ Rha fluminis per Tatharos patriis ſedibus eiecti quo ſe contulerint. 175
Achimates Coſſicius Dalmata Imperatori Turcico chariſſimus. 163. 204. 207
Quid Oratori Veneto nomine Turcæ reſponderit. 164
Achimathes Hiedius. 134
Achimathes ſuam cum veſte militis gregarii fruſtra permutans capitur, moxq; ad Selynem perductus ſtrangulatur. 281
Acies Hungarica contra Albertum Bohemum inſtructa. 86
Aditus ad ſacerdotia nummis ſolis tempore Pontificis Alexandri VI. patuit. 228
Aditus ad ſacerdotia ſceleſtiſsimis etiam quibuſque nunc recluſus eſt. 5
Aditus in Dalmatiam qua occaſione Turcis apertus fuerit. 115
Aditus in ſinum Corinthiacum Venetis per Turcam præcluſus. 191
Admiratio Matthiæ Coruini apud nationes exteras quanta fuerit. 9
Adoleſcens quidam vulneratus, ſoporãs inter cadauera cæſorum inuentus. 173
Adoleſcentes Rhacuſani quidam Boſsinati Regulo ciuitatem Rhacuſam prodere conati ſupplicio afficiuntur. 112
Adrianus III. Romanorum Pontifex. 105
Aduentus Gallorum in regnum Neapolitanum Carolo VIII. duce Bazethem valde terret. 162
Æas fluuius. 190
Ædes diuæ virginis prope Albam regalem. 46
Ædes Stephani Batheris inſtigatione Blaſii Megeri combuſtæ. 52
Æetes Colchorum rex. 333
Ægyptus Cercaſſorum fuga Selyni fuit aperta. 312
Ægyptus imperii Cercaſſorũ ſedes. 313

Ænus amnis. 148
Ærarium Venetum bellis annorum multorum continuis exhauſtum. 198
Ætas noſtra Cæſare Valentinienſium duce nihil tulit immanius. 227
Ætas præſens teſtium falſorum feraciſſima eſt. 157
Affectus alii cupiditate regnandi vincuntur. 268
Agamemnon. 4
Ager Agrienſis admodum fertilis eſt. 51.294
Ager Albanus. 149
Arginus. 199
Aſtenſis. 184. Babylopolitanus. 315
Brixianus 242. Carbanienſis. 116
Carnicus. 177
Caſſouienſis per Albertum Bohemum vaſtatus. 51
Caualenſis inique ſummamq́ per iniuriam poſſeſſoribus veteribus ereptus. 113
Caualenſis territorii Epidaurii fuit. 112
Cetignolanus. 217. Charabanienſiũ in Hungarica ditione ſitus. 76
Colocienſis. 294. Cremonenſis. 241
Epidaurius. 112
Geticus à quib. hoc tempore incolatur. 3
Glareabduanus. 241
Hadrianopolitanus. 333
Iadeſtinus. 167
Iazigum Hungarorum. 351
Iſtricus. 236. Liguſticus. 187
Lyſſanus. 211. Methonenſis. 201
Nauplienſis per Turcã vaſtatus. 199
Noricus. 52. Pannonicus. 349
Philipienſis. 122
Roxanorum vicis admodum frequens. 138
Scardonitanus natura montibus aſperis munitus. 168. Scodrenſis 212
Sirmienſis. 149. 338. Siſenſis. 168
Sothinenſis. 338. Tibiſcinenſis, Miloni Belmuſio commendatus. 160
Triballorum. 259. Tridentinus. 234
Varadienſis. 294. vectigalis ab eo qui conduxit, aut ſucceſſore eius quandiu vectigal ſoluerit, per leges auferri nequit. 227
Venetus per Turcam vaſtatus. 174. 177.
Agilitas Cercaſſorum in obeundis pugnæ ſimulacris mira. 311
Agreſtes Hungariæ numero maximo conueniunt. 288
Agreſtes quidam agri Siſenſis per Turcam ſingularem in finem callide & capti & dimiſſi. 168
Agreſtes multi ad ſigna Stephani Batheris vndecunque confluunt. 27
Agricolæ Venetorum multi cum pecoribus per Turcas abacti, 167
Ahmetus Coſicius Bazethis gener Myſiæ in Aſiatica prouincia præfectus. 134
Alaudola iunior. 326
Alaudola Selyni ſubmittere ſe nolens, tandem per ſuos eidem traditus vita priuatur. 304. &c.
Alaudolani regulum ſuum deſerentes in Selynis manus eum venire cupiunt. 305

Alba Iul a. 149
Alba regia metu Maximiliani per Stephã. Bath. Paulũq; Caniſ. deſeritur 63.
Alba regia proditione capta. 65
Alba non ſedendo, ſed militem muris admouendo Paulo Caniſio recuperari poſſe viſa eſt. 78
Alba vetus Hungaricor. regum ſedes. 6
Albanenſes ob ciuitatem ſuam contra Maximilianum male defenſam ignominia per regem ipſorum notantur. 79
Albaneſii antiqui Macedones putantur eſſe. 175
Albaneſii ducem eximium nacti Turcarum hoſtes manifeſte fiunt. 211
Albaneſii numero magno Naupliam habitantes è præda viuunt Turcica. 188
Albania Illyricorum hodiernorum qualis ſit. 176
Albanum non minus quam Dyrrachiũ colonia latina putatur fuiſſe. 175
Albanum vrbs Macedoniæ. 175
Albenſes omnes opifices mercatoresque ſunt. 63
Albertus Andreæ Caſimiri Polonorum regis filius poſt mortem patris non tam Senatus procerumq; voluntate, quam ſuffragatione regnũ init. 124. *Ad fratrem Vladiſlauum tempore prælii vtrinq; iamiam ineundi accedit, & inducias ab eo petitas obtinet.* 70 *aduenire fratrem audito, ſibique cum Hungaris manum conſerendã eſſe percepto quid fecerit.* 69. *agro Agriano relicto, in finib. regni paterni conſedit.* 73. *Comitiis Peſtanis ſe regẽ Hung. declaratum fuiſſe contendit.* 87. *cum fratri Vladiſlauo abſenti, tũ legatis eius præſentib conuiciatur.* 51 *hoſti ſe dedit, vita pro ſe iiſq; quos ſecum habebat impetrata.* 80. *Hungariæ rex à procerib. Hungaricis ante Vladiſl. declaratus eſt.* 46. *Hungaros qui ad oppugnandum ipſum venerãt ad ſe defecturos, & fratrem Vladiſl. deſerturos putat.* 70. *in præſidium Peſtanum probris debacchatur.* 47. *in regem Hung. eligitur.* 15. *pacem ab Vladiſlauo fratre oblatam reſpuens Hungariam vexat.* 51. *regno Hung. Principum Hungaricorum paucorũ fraude ſe excidiſſe ſuſpicatur.* 72. 73. *tametſi copiis fraternis longe impar ſit, ad pugnam tamen contra illas ſe parat.* 86. *victoriis vna alteraq; obtentis elatus ſub prætextu Turcam inuadendi Getas exitu infælici ſſ mo petit.* 128 *Vladiſl. fratre morbo graui ad Albam regalem correpto exercitum pleniorem in Hungariam reducit.* 79 *Vladiſlao ſe omnia debere fatetur.* 125. *vt ſtrenuum in prælio ſe gerat, multis tamen millib. amiſſis fuga ſaluare ſe cogitur.* 89. *Tatharos bis ſuperauit.* 128
Albis amnis. 11
Albius mons. 116
Alemanni Alba egreſſi Sagoram aggrediuntur. 73
Albã regiam cito dedere per Vladiſl. iubentur. 77. *arma in Venetos conuertunt.* 285. *cum reb. ſuis ſalui è Buda dimittuntur.* 78.

Hunga-

Hungariæ contigui ſunt populi. 153.
iniurias ipſis à Matthia Coruino illatas vlciſci cogitant. 50
odio Hungarorum veteri ardent. 54.
per Hungaros vinci aſſueti. 54
poſt Bohemos regnum Hungariæ Matthia Coruino defuncto petentes à proceribus Hungaricis audiuntur. 20
qua occaſione in Hungariam ſint inducti. 72
qui in Hungaria erant, omnes aut ſponte aut armis coacti ex ea diſcedunt, audito populares eorum ex Alba regia diſceſſiſſe. 78
quidam etiam vrbes Hungaricas inhabitant. 10
Sagoræ præſidio impoſito, Albam reuertuntur. 74
Alemannus Hungaris cur minime timendus videatur. 91
nationi ſuæ imperat, Imperatoris alienigenæ impatiens. 13
Veſprimio potitus. 62
Alexander adoleſcens quidam è regno Neapolitano per Venetos euocatus. 210
Albaneſius. 210
Magnus apud Curtium Albaneſios antiquos Macedonas ait fuiſſe. 175
VI. Romanorum Pontifex. 98
VI. Carolum Gallorum regem VIII. in Alfonſum Neapolitanum concitat. 181. VI. Gemium Turcam è carcere eductum Carolo VIII. regi Francorum tradit. 132. &c.
VI. Pontifex R. Gemium Turcam veneno ſuſtulit, ad id auri cupiditate motus. 136. 319
VI. Rom. Pontifex obit. 220
VI. Romanorum Pontifex omnia pro pecunia vendit. 136
VI. R. Pont. potius carnifex quam Pontifex quare habendus videatur. 136. 137.
VI. quæ ſcelera in pontificatu patrarit. 186
VI. vinum veneno infectum Cardinalib. deſtinatum bibens inſcius ex eo moritur paulo poſt. 229
Alexander Schenderbegi nepos. 212
Alexander Schenderbegus. 210
Alexander Trapezuntius. 163. 167. 173
Alexandria. 187
Alfonſus Heſtenſis Ferrarienſium Dux cum Papa contra Gallum conſpirare non vult. 247
Alfonſus ſecundus Neapolitanus rex filium creat regem. 182
in quod inciderit infortunium. 178. 181
iræ impotentior. 180
Alicarnaſſus. 134. 278
Alpes Illyricæ. 117
Alpes Italos à Germanis dirimunt. 234
Alpheus flumen. 200
Altaria Chriſti menſæ nummulariorum Romæ vocata. 352
Amaſia. 272
Ambitio quantum mali procreare poſſit. 87
Ambroſius Salereſius. 293
Amici Mechmetis Angeli fruſtra eum monent, vt mortem quam ipſi Imperator

rator minatus fuerit, euitare velit. 151
Amicitia cum Turcis Friderico Neapolitano obiecta. 195
Amiſsia vrbs Bazethi per patrem Mechmethem aſsignata. 133
Amiſsio Tauruni magno dolori eſt huic ſcriptori. 337
Amor libertatis iura neceſsitudinis vel affinitatis ſuperat. 106
Amyſius in Gallograecia. 303
Ancus Romanorum rex. 233
Andreas Caſimirus magnus & iuſtiſsimus vir. 18
Polonorum rex ſenecta vltima confectus moritur. 124
Andreas Damphius neque precibus neque minis impelli poteſt, vt Budam hoſti tradat. 35
Andreas Grictius. 250
Andreas Lauredanus Venetus inſignis. 169.
Andreas Zancanus à Venetis ad Turcam Bazethem cum donis ablegatus. 164
Lingua ſola valde ſtrenuus caetera non multum valens imperator. 174
Orationi Turca animoſe reſpōdet. 165
Vir magis ſtolida facundia quam literata inſignis, in quem finem ad Turcam miſſus, quodnam ab eo reſponſum acceperit. 164
Angira. 274
Animi Hungarorum è pauore nimio ſe colligunt paulatim. 69
Animi Rhacuſanorum ſeruitute quodammodo fracti. 115
Animi ſeruiles in officio metu retinentur. 293
Animus an vultu ſemper aeſtimari poſſit. 48
Animus induſtrius vndenam Rhacuſanis adiectus ſit. 109
Animus muliebris affectionis eius, quae vel nullam vel minimam voluptatem affert, victor plerumque euadit. 122
Anna regis Galli Caroli VIII. coniunx. 180
Annales Docleatis. 104
Antiſtes Italus quidam ad Matthiam Coruinum per Pontificem miſſus. 8
Antiſtes Zagrabienſis. 82
Antiſtites non modo ſuam, ſed & eorum quibus praeſunt, ſalutem procurare tenentur. 41
Antonius cognomento Longus captus, & Budae ſupplicio vltimo affectus. 294
ignauiae notatus, & ab officio per Venetos deiectus. 189
Apparatus ingens tum terreſtris tum naualis Turcarum inſtruitur. 165. 196
Apulia. 190
Aqua perpetuo ſtagnans Illyricis Balathon eſt. 74
Arax Deuius. 301
Arcadia regio vbi ſita, quibuſque bonis fortunae inſtructa ſit. 199
Argaeus Cappadociae mons. 303
Ariminum 244
Ariſpopolis. 149
Arma Auſtriae per Vladislauum Hun-

garum inſerenda proceribus eius viſa. 77
Arma Gallorum Turcis non viſa contemnenda. 163
Arma regi Turcarum Salomoni nunquam deponenda eſſe cur videantur. 351
Arma ruſticana ob inopiam militarium pro militaribus adhibita. 96
Armenia maior. 140
Armenia minor. 303
Ars Veneta. 166
Arx Neapolitana qualiter capta. 217
Arx Veſprimienſis Alemanno tradita. 61 62
Arx Wilacenſis Vladislauo regi Hungaro dedita. 120
Aſcrinienſes nunc Catharcni dicuntur. 132 133
Aſia bello ardet inteſtino. 141
Aſia minor. 141
Aſiatici opera peditum in bello non vtuntur. 301
Aſinus Ægyptius per Selynem equo ad ſe vehendum electus. 321
Atria nobilis olim Thuſcorum colonia. 249
Attila rex Hungarorum ante Mathiam Coruinum clariſſimus. 13. 53. 291
Auaritia, in ſacerdote præſertim, vehementer deteſtanda eſt. 352
Auaritia Monachi cuiuſdam ſingularis cum ebrioſitate coniuncta quid deſignarit. 28
Auaritia quorum quantorumq; malorum cauſa ſit. 276
Audacia Polonorum quare fuerit diminuta. 52
Aurelia. 185
Auctor ab aliis accepta tranſcribit. 22
Auctores gentis Gothicæ quinam putentur. 11
Auctoritas Pauli Ciniſii ad hoſtem fugandum ſufficiens eſt. 95
Auctoritas Pontificis iuſta imperantis quanta ſit. 247
Auctoritas vnde paretur. 336
Auiditas prædæ belligerantibus exitioſa. 117
Aulon oppidum. 190
Aura Drilonis peſtifera. 212
Auſtria impendio Hungarorum maximo parta. 6
Auſtria nunc eſt, quæ prius Pannonia ſuperior fuit. 4
Auſtria quanam occaſione ab Hungaris abalienata fuerit. 85
Auſtriaci graui Hungarorum dominatione preſſi facile, vt ab Hungaro deficientes Maximiliano rurſum ſe ſubdant, adducuntur. 45
Auus Selynis Mechmethes cognomento Magnus fuit appellatus. 323

B.

Babylopolis. 315
Bacha oppidum Hung. 29. Bacia. 338
Balathon nobilis quidam in Hungaria lacus. 74
Balathon vbi primum ſtagnare cœperit ſententiæ diſcrepantes ſunt. 74
Balduinus Bolionius. 141
Balys Iachius cum tribus equitũ millib. ad Sirm. deuaſtandũ ſe cōfert. 333. 353

Balyſ Marconius. 137

Bello contra Polonos gerendo dux iterum præficitur. 152 154

ingenti cum exercitu in Poloniam contendit. 138

Banus Pannonibus idem eſt, qui Latinis præfectus. 76

Barbara Sigiſmundi Hungarorum Bohemorumq; regis vxor. 113

Bariciuum. 341

Barlethum oppidum Apuliæ maritimum. 215

per Sclauenos nõ paucos incolitur. 217

Barnabas Bellianus. 305

Bartholomæus Berislauus Prior Veranenſis. 27

cum Michaele Canaſio victus Budam abducitur. 32

Equites quingentos pro Vladislauo rege ſuo contra fratrẽ eius eduxit. 84

Bartholomæus Liuianus Venetorum dux de Gallo ante victoriam triumphat. 218. 242.

Bartholomæus quidam Draphius Stephano Batheri ſurrogatus. 98

Baſilius Monachus quidã Rhacuſ. 98. 115

Batto Tatharorum dux. 71

Bazethes è Tatharo captus vitam in ſeruitute turpiſſima finit. 144

à Venetis iniuriam accepiſſe, nec vllam eis intuliſſe videri volens, dona ipſorum acceptauit. 164

accepto regno paterno quid fecerit. 134

Achimathi regnum confirmare cupit. 269

Byzantio Hadrianop. redit. 259. 260

cognitis quæ in Moldauia contra Albertum Bohemum geſta fuerant, quid fecerit. 132. Conſtantinopoli celebriter ſepelitur. 273 Corcyra propter quam cauſam potiri diſcupiat 164 cũ copiis ſuis in Beſalia ſubſiſtit. 167. cũ exercitu Iconium profectus manum infelici euẽtu cũ Tatharo cõſerit. 144

cum mulis auro oneratis Dymam ſe confert. 272

cum Vladislauo Hungarorum rege fœdus renouat. 163

cur ab equitibus Rhodiis contendat, vt pro nece fratris quam cuſtodia pecuniam accipere malint. 135

de ignominia Grimani claſſis Venetæ præfecti lætatur. 190

Deo ſuo pro victoria nauali gratias agit. 200

Deum ſuum orat, ne ipſum eo demẽtiæ deuenire patiatur, vt ſibi quicquam aſſcribat. 200. è Græcia ſeſe cũ exercitu Scopos recipit. 177. fratre Gemio ſublato, nihil habẽs quod magnopere timeat, in Chriſtianos ſæuit. 132. 133. 137. 162. Hadrianopolim hybernatum ſe confert 177. 207. impietatem Selynis accuſans lachrymatur. 268. licet Venetis bellum nondũ indixerit, regiones tamen illorũ infeſtat. 167. 168. mandat ſuis contra Selynem pugnaturis, vt ſi vincant vitæ filii parcant. 268 naues partim nouas fieri, partim veteres refici curat. 190

quid de Galli victoria à Venetis reportata iudicarit. 242

paternæ religioni deditiſſimus Thalyſmanum quendam, quod eam Zelo quodam diuino contempſiſſet, vita priuari iubet. 215
per quæ loca Peloponneſum fuerit ingreſſus. 198
per ſe puluerem & vmbram ſe eſſe fatetur. 200
poſt Humorathem imperans pacis quam belli artibus clarior eſt. 143
prætori Methonenſi captiuo ſe valde comem cur exhibuiſſe videatur. 206
prætorianorum verbis, Selynem potius quam Achimathem Imperatorem habere volentium, perturbatus, conſilii ſalubris capere nil poteſt. 271
prudentiam paternam in damnando quodam Mauerdino non imitatur. 156.157
quanquam alias iuſtiſſimus rex, auri tamen cupiditate Mauerdinum comburi iubet. 155
Bazethes regum Turcicorum iuſtiſſimus. 262.273
Selyne filio ſuperior in pugna factus Conſtantinopolin ſe confert. 269
Selyni iratus, quomodo cum illo agendum ſit, cum purpuratis deliberat. 261
Senio confectus imperium deponere conſtituit. 254
Turcarum Imperator. 116
Stephano Carabogdani auxilia contra Albertum Bohemum mittit. 130
Turcicorum regum ſanctiſſimus habitus eſt. 263
Beatitudo vita functis hominibus per Machomethem quæ promittatur. 215
Beatrix Hungariæ regina coniugio Regis Vladislaui procerum Hungaricorum iudicio indigna eſt. 23.24
equites octingentos mittit contra Albertum leuirum ſperatum. 81.
magnam pecuniæ vim coactam habuit. 21
Matthiæ Coruino marito ſuſpecta eſt, quaſi nuptias cum Vladislauo Bohemo contrahendas meditetur. 33.
per proceres Hungaricos Vladislaui Caſimiri in maritum habendi ſpem fruſtra concipit. 21
poſt mortem mariti mox nuptias cũ Vladislauo Bohemo contrahere ſatis impudenter conatur. 19 34
Pragam mittit quendam, qui ipſi nuptias Vladislaui conciliet. 35
ſterilis fuit. 35.122
vim pecuniæ magnam pro Vladislauo in maritum habendo fruſtra promit. 21
licet illuſionis procerum Hungaricorum per amicos certior facta ſit, ab eis tamen ſibi non cauet. 45
quantopere cupidine Vladislaui in coniugem habendi fuerit inflammata. 122
quid fecerit animaduerſo Ianum Matthiæ illegitimum regnum ad ſe transferre niti. 23
Vladislaum regem ſecum iuſto congreſſum fuiſſe matrimonio dicens, quibus incommodis & ſemetipſam

& regnum Hungariæ totum affecerit. 122
Belga. 233
Belgradum cum Tauruno ciuitas eadem. 287.349
Beliones. 175
Bellum Alemannicum. 75
Bellum atrox inter Sigismundum Poloniæ regem, nec non Iuonem Aſiaticis Sarmatis imperantem exortum. 305
Bellum contra Maximilianum abſentem per Venetos geſtum, odium illis maximum cauſatur. 236
Bellum contra Venetos quare dilatum. 234
Bellum & iuſtum & neceſſarium per Albertum fratri Vladislauo illatum inferenti videtur. 88
Bellum inter Matthiam Coruinum & Fridericum Imperatorem exortum vtri damnum ma[illegible]us attulerit. 4
Bellum per Maximilianum cum rege Francorum geſtum. 55
Bellum quando honeſte neceſſarioque ſuſcipi poſſit. 237
Bellum Sophiacum docuit Selynem tormentis ſuis in hoſtem Cercaſſum commodius vti. 312
Belus in Illyricum profectus. 102
Benacus lacus. 245
Benedictus Piſaurenſis claſſis Venetæ imperator, in locum Treuiſani ſuffectus. 202
Beneficentia reges maxime laudabiles facit. 182
Beneficia accepta homines non tam in officio faciendo continent, quam iniuria ab eodem abalienant. 262
Beneficia quanta Rhacuſanis per Georgium Triballorum Dardanorumq; regem fuerint collata. 114
Beneficium Iohanni Dalmatæ ſculptori præcellenti per Matthiam Coruinum collatum per Priorem Varanenſem in Hungaria quo iure quaque iniuria tumultuantem ereptum eſt. 68
Beneſſa ſoceri tyrannidem abominatur. 106
Benignitas Matthiæ Coruini cum erga alios, tum eos præcipue qui ad ipſum nomine publico veniſſent. 6
Benignitas Selynis ei animos prætorianorum valde conciliauit. 270
Bentiuolæ in patriam reſtituti. 248
Bentiuolæ Pontificis odio maximo expoſiti. 248
Bereſina Scythis eſt amnis aliàs Panticapes appellatus. 306
Bernardinus Cardinalis. 252
Bernardinus Hiſpanus, ſanctæ crucis Cardinalis Iulio Pontifici reſiſtit. 247
Beſalia. 167
Beſeliæ ſine ſtipendio militant. 326
Biremis Turcaica in Venetam incidit triremem. 189
Bithynia. 134
Blactius in Pannoniam per Turcam remiſſus putatur. 347
Meſo Hungariis Tauruni egregie ſe gerit. 344 345
vino nimis largiter ſumpto temere contra Turcas locutus ſibiipſi cauſa

mortis quin ſit, parum abeſt. 348
Blaſius Megerus vir inter Hungaros non obſcurus. 52
Bodinus exercitu comparato animo hoſtili ad Rhacuſam accedit. 108
incommodo ſæpius permagno à Rhacuſanis è ciuitate ipſorum erumpentibus afficitur. 109
inutilis belli pertæſus Branislauum fratrem patruelem occidit, & ex agro Rhacuſano excedit. 100
Liberos cognatosq; fratris patruelis à Rhacuſanis per literas fruſtra repetit. 108
quidam genus à Polymiro ducens apud Boſsinates regnat. 108
Bohemi ab Illyricis originem ducunt. 51
Gens vrbium oppugnandarum peritiſsima. 77
Gothorum ſoboles ſunt. 11
In agro Colocienſi ſecure vagantes cæduntur. 95 96
in Hungaria latrocinia exercentes compeſcuntur. 96
in regni poſt obitum Matthiæ Coruini Hungarorum petitione primi ſunt auditi. 16
Italos odio plus quam Vatiniano proſequuntur. 21
Linguæ liberioris eccleſiaſtico luxui aduerſantur. 352
Martia gens. 336
Milites ſtatarii ſunt, nihilq; ſibi tam ignominioſum putant, quam aut locum in prælio faciēdo relinquere, aut vulnus à tergo accipere. 79
nationes omnes Transiſtranas virtute bellica præcedere iudicantur. 78
Bohemi Scutorum longorum geſtatores. 77
Bohemi ſtipendio fraudati hoſtibus Hungaricis prope infeſtiores per agros paſsim vagantur, & prædas agunt. 94
velut hæretici Vladislauo Hungariæ regi ſemper exoſi fuerunt. 127. *virtute bellica præ cæteris populis clari.* 86. *Vladislauo Hungaro propter ignauiam eius morem gerere nunquam voluerunt.* 127
Bohemia terra eſt viris ad militiam idoneis præ aliis inſtructiſsima. 19
Botana fluuius, alias Drilon vocari ſolitus. 212
Bona Demeiani Rhacuſanorum tyranni extincti in fiſcum rediguntur. 108
Bona Matthiæ Coruini ciuibus eius non minus profuere, quam vitia nocuere. 7
Bona Muſtaphæ Macedonis in fiſcum Selymis redacta. 276
Bononia aduerſus Hiſpanos per Vaſchones fortiter defenſa. 249
Bononia per Iulium ſecundum à Venetorum dominatu liberata. 232
Borana. 109
Boryſthenes. 306
Boſphorus Tactaros ſeu Tatharos accolas habet. 71
Boſsina pars Dalmatiæ quædam eſt. 167. 333
Boſsinates & Slouini num gens eadem ſint. 103

Boſsi-

Boſsinates Thracii Boſſorum ſoboles. 103
Botthius ſaluus in Pannoniam remiſſus aliquibus videtur. 347
Bracia. 112
Branislauus à fratre Bodino patruele cur in carcerem coniectus. 108
Britones Armoricæ gentes nunc appellantur. 186
Brixia. 242
Brixiani à Gallo deficere nituntur. 250
Brundiſium. 192
Buda per Ianũ Matthiæ Coruini filium illegitimum proceribus Hungaricis tradita. 35
Regni Hungarici caput. 66. 294
Buda, vel arx Budenſis breuiter delineata. 34. 35. 318
Bulgari Boſsinates olim è Thracia pepulerunt. 103
Gens Roxolanorum eſt Macedoniam incolens. 142. 175
Burnum agri Epidaurii oppidum. 102

C.

Cadauer Bazethis II. Hadrianopolim ſepeliendum defertur. 147
Cadauera mulierum inter virilia armis tecta reperiuntur. 302
Caliæ. 133
Cæſar illegitimus Alexandri VI. Pontificis filius cum aliarum rerum tum pecuniarum largiter diſſolutus. 229
cum fratris vxore conſuetudinẽ habuit: de quo per fratrem reprehenſus eundem quoq; callidiſsime vita emungit. 227
Gemium Turcam veneno ſuſtulit, idq; ſui patris inſtigatione. 227
homo ſceleribus omnibus coopertus, ad Italiam perturbandã natus. 227
per Cantabrum quendam interfectus eſt. 231
pœnitudine ſcelerum ſimulata monachum confeſſionem eius audientem necat, eiuſq; veſte induta è carcere fugit. 230
ſupplicio vltimo per Hiſpaniæ regem adiudicatus, interceſſione principum quorundam euadit. 231
Cahirius ad Turcam transfugit. 320
Heliopolitanæ regionis præfectus eſt. 312
Cairium à Cairenſib. appellatum. 313. 315
per Turcas expugnatum & occupatum. 318
A qua gente conditum, & qualis vrbs ſit. 315
Calabria. 190
Caliphes è quibus hominibus apud Ægyptios conſtitui ſolitus fuerit. 308
Summus Mahometanorum antiſtes. 308
Calliditas Salomonis Turcæ ſubdola per fœminam quandã animaduerſa & punita. 333
Callipolis. 142. 143
Camelus pabuli minimi ſitis mirum in modum patiens eſt. 313
Campi Armeniæ. 299
Fluuio Balathoni adiacentes frugibus ferendis fœcundi ſunt. 74
Selymbriani. 267
Campus Cereris Albæ Iuliæ ager, ſtra-

ſtrage Turcica nobilitatus. 149
Rachoſius. 10
Canſauus Cauirius in fuga morte, voluntariane an fortuita, neſcitur, interit. 312
Syriae nec non Ægypti rex. 307. 309
Cantabri. 231
Capita ſociorum quam ciuium Venetis viliora ſunt. 193
Capita Turcarum L. à corporibus ipſorum abſciſſa ad regem Hungariæ Vladislauum mittuntur. 76
Cara Michael, vir & animo & corporis viribus in paucis memorandus. 159
Caramanii. 141
Caramanus. 141
Carbalia cur Imperio Turcaico ſeſe adiungi paſſa ſit. 132
regio qualis ſit. 132. 133
Cardinales duo ad epulas Cæſaris nothi pontificii ſe collaturos contra venenum præmuniunt. 229
Cardinales Itali quantopere diſſenſerint inter ſe, cum Hadrianum Dertuſanum Pontifici Leoni decimo ſuffecerunt. 353
Caria. 134
Carni. 174
Carolus Auguſtus Maximiliani Auguſti ex filio nepos. 45. Belgarum dux. 20
Francorum rex VIII. 167
cum Alexandro VI. contra Alfonſum Neapolitanum conſpirat. 181
in regnum Neapolitanum militem inducit. 162
naues turritas circiter duodecim cũ triremibus quatuor Venetis contra Turcam ſubſidio mittit. 167
Carpatus mons. 137
Caſſanus Armeniorum rex. 304
Caſſanus Medorum rex. 249
Caſsianum. 242
Caſſouia militia expers obſidione Alberti perterrita dedere ſe parat Alberto. 51
Caſtella duo in anguſtiis Rhii per Turcam ædificata. 177
Caſtellum Rhatoneum. 111
Caſtellum Viſegradum. 35
Caſtigationes Hermolai Barbari Pliniana. 212
Caſtilia. 233
Caſton Foiſius è Francorum regis ſorore natus in prælio cadit. 251
Caſtulo vrbs quondam nobilis. 233
Caſus Alfonſi ſecundi Neapolitanorum regis, & Ludouici Sforciæ Mauri horribilis. 178
Puella quidam lamentabilis 122
Canala arx per Sepuſienſem oppugnata. 296
Caucaſus mons. 140
Cauchates dux Tatharorum. 71
Cauſa, qua Papa Alexander VI. Lodouico Aurelienſi permiſerit, vt vxore priore deſerta aliam duxerit. 186
Cauſa, qua Turcæ Chriſtianis captis fidem datam non ſeruent. 334
Cauſæ expeditionis inauſpicatiſſimæ, quam Balis Marconius in Poloniam fecit, complures putatæ ſunt. 155
Cauſa odii, quo Hungari & Bohemi Italos non minus ac Iudæos proſequuntur, quæ ſint. 21. 22

Ceno-

Cenotaphium Matthiæ Coruini magnifice extructum. 9
Cephalenia inſula. 191
Cercaſsi ad bellum gerendum inſtituti. 309
Cercaſsi Cercetarum ſoboles ſunt. 307
magna cum ſtrage in fugam coniecti per Turcas inſequentes cæduntur. 312
octingenti Alexandriæ per Selynem Turcam trucidati. 319
Cercaſsi Selyni gens immanis eſſe videntur. 311
ſub Bazethe Turcarum imperatore Turcas aliquoties profligarunt. 310.
vnde nam ſint orti. 309
Certamen inter nautas Venetos & Turcicos exortum. 169
purpuratorum Turcicorum ſuper bello Polonis iterum inferendo. 152
ſingulare inter Tatharum ducem & equitem quendam Rhaſſianum. 71
Ceſena. 244
Charitas liberorum erga parentes, & parentum erga liberos vſu familiari augetur. 268
Cherſoneſus Rhatana quanto à Rhacuſa diſtet interuallo. 111
Taurica. 71
Taurica per Mechmethem de Tatharis capta. 149
tota cum Lyſimachia in poteſtatem Orchani Turcæ facile peruenit. 142
Choruati cum Hungaris de virtute perpetuo contendunt. 118. qui Hungaris ſint. 10
Choruatia. 330
Choſar vxoris Bodini à Polymiro genus trahentis, vir fortiſſ. à Rhacuſanis interemptus. 109
Chriſtiani ditionis Turcaicæ ſpecie transfugarum ad Iohannem Sepuſienſem miſſi. 296
in inſula Saſone per Turcas mirabiliter circumuenti, & ad internecionem ferme occiſi. 92.193
irruptionem parant in Rhion. 189
Mahometanis quibuſdam amici Dei eſſe putantur. 347
Methonenſes Turcarum victima facti. 205
miſsilibus eminus pugnantes Turcis fœminæ ſunt. 191
præter nomen Chriſtianorum nihil habentes nomine Chriſtianorum digni non ſunt. 136
quare præter alios felices æſtimandi videantur. 205
quidquid toto anni ſpatio deliquerunt, reſurrectionis Chriſti tempore expiare ſoliti. 110
quomodo erga captiuos ſe gerere conſueuerint. 318
ſeruituti minus idonei per Turcas interfici, & in mare ſubmergi ſolent. 170
Turcas in naues ipſorum ingreſſos obtruncant ſtrenue. 173
veri neminem ad religionem ipſorum ſuſcipiendam vt non cogunt: ita ſibi ab eadem ſine ſalutis amiſsione diſcedere non licere putant. 158
Chriſtus Dei Sapientia non iuſsit, vt ſui, ritus alieni irriſione, ſed vita ſancti-

 tate

tate religionem tuerentur. 158
Eſpiritu Dei natus hominibus veritatem Mahomete ipſomet atteſtante annunciauit. 158
Mahometi per Mahometanum in dicenda veritate collatus. 156
Quo loco per Mahometanos habeatur. 156. 347.
Chriſtus via, veritas & vita eſt. 215
Ciabrus amnis. 120
Ciamachum oppidum. 304
Cibus Turcarum qualis. 150. 160
Cichanes liberorum Bazethis natu maximus. 254. 277
Cichanes permittere nolens vt per carnificem ſtranguletur, pugnando cadit. 277
Ciues Mediolanenſes cui rei ſtudeant. 179
Ciuitas Aurelienſis. 185
Ciuitates Apuliæ Venetis oppignoratæ. 165
Auſtriæ Maximiliano promittunt ſe ad imperium illius redituros eſſe. 54
Clades Roxanorum regioni per Turcas illata maxima. 139
Vna poſt aliam exercitui regis Francorum illata, iram ei mouet acerbiſſimam. 219
Clamor populi temerarius & tumultuarius regem conſtituere nequit. 50
militum Selyni operam ſuam contra Bazethem patrem promittentium. 267
Turcarum in Mauerdinum quare maximus ſublatus ſit. 158
Claſſes equitum Rhodiorum tres. 135
Claßici nauale prælium inituri antennas demittere ſolent. 189
Claßis Maßilienſis cui Veneta ſeſe coniungit. 170
Quædam Turcica nauium trecentarum. 198
Veneta Turcaica nauium numero non inferior. 166
Turcica in Cherſoneſum Thracium contracta. 165
Turcaica Senatu Ven. nõ conſulto pelagus Ionium attingere nõ debet. 164
Codex Turcicus Alcoranum vocatus. 215
Codicilli Corguthis ad Selynem. 279
Cæcitas auaritiæ quanta inſit. 74
Cælum Hadrianopolitanum Selyni ſalubre viſum, 321
Moldauiæ Polonis adeo graue fuit, vt cum ipſis ducem quoque ipſorum morbis afflictarit. 130
Quantas vires in ſibi ſubiecta habere vulgo putetur. 5
Cogitationes Selynis in bello contra patrem mouendo. 264
Cognitio rerum geſtarum quatenus maxime ſalubris ſit. 29
Rerum nuda ſæpe nos delectat. 1
Colchi Georgiſtrani vocati. 327
Collis Cæſarius. 180
Colles circa Balathonem vuis gignendis vberrimi. 74
Colloquium inter Vladislauũ & Maximilianum Vianæ habitum. 295
Coloniæ Illyrici Latinæ & multæ & non ignobiles ſunt. 213

Comes Palatinus in Hungaria qua poteſtate ſit. 99
Comitia Peſtana. 46
Comitia regi nouo creando proceribus Hungariæ Budæ indicta. 7
Commeatus Taurunenſibus intercluſus. 331
Conatus Iacobi Scythæ per Vladiſlaum repreſſus. 121
Concordia maxime fructuoſa cum aliis, tum vero principibus viris. 49
Principum Chriſtianorum Turcæ formidabilis. 335
Conditiones Alberto Bohemo per Hungaros deuicto ab iiſdem propoſitæ & initæ. 99
Pacis inter Turcam Venetosq; contractæ. 214
Pacis per Maximilianum inter ſe & Hungarum Vladiſlauum præſcriptæ. 80
Quibus Viſegradum procerib. Hungaricis iuſſu Iani Coruini traditum fuerit. 35
Venetis per Gallum, niſi bello peti velint, propoſitæ. 240
Congreſſus Vladiſlaui cum fratre Alberto. 48
Coniugium apud Chriſtianos non niſi morte alterius dirimi conſueuit. 186
Coniurati regis Vladiſlaui Hungari ipſi ſe dedere coguntur. 121
Conſaluus Adigarius dux ætate ſua clariſſ. 194. 216 Cephaleniam Turcis adimit. 215. Gallis deuictis Neapolim lætus ingreditur 217. militum Hiſp. dux. 215. quanquam victoriam ab hoſte reportat: tamen inuſitata erga illum vtitur humanitate. 219
Sponte ſe Barlethi obſideri permittit. 216
Strategemate ſingulari Gallos circumuenit. 216
Victoriis inflatus ad regni aſpirat faſtigium. 233
Conſilia ſæpe vel optime excogitata deſtituuntur euentu. 203
Conſilium bonum executioni non datum nihili æſtimandum. 170. 171
Venetorum per fortunam deſtitutum. 220
Conſpiratio filii Stephani Coſacii reguli Boſſinatis quantum mali cum Stephano ipſi, tum Rhacuſanis conſpirationis illius ſuaſorib. procrearit. 115
Conſtantia Rhacuſanorum Amuratho mirabilis viſa. 113
Conſuetudo Iazygum. 10
Contemptus religionis Mahumetanæ apud Turcas capitalis eſt. 155
Contemptus tum legũ tũ Vladislaui nõdũ in regno ſtabiliti quãta fuerit. 68.
Continentia libidinum Leonis X. non virtuti, ſed morbo eius aſſignata. 353
Controuerſiæ inter Hungaros & Choruatos de virtute perpetuæ ſunt. 118
Conuentus Hungarici regni in diœceſes quatuordecim diſtributi. 82
Conuentus Hungarici regni Fridericũ Imp. ſibi regem delegit. 4
Copenicum. 341
Copia pabuli equis alendis in Arcadia apti magna eſt. 199

Copiæ Francorum fines regni Neapolitani ingreſſæ. 217
Venetorum collectitia Turcis ad deprædandos eorum agros animum addunt. 174
Corcyra nigra Rhacuſanis beneficio Sigiſmundi Auguſti Hungarorum Bohemorumq́ regis conceſſa. 111.112
Corcyra Venetis paret. 162
Corguthes ex Ægypto redit in Lydiam. 257
Corguthes qua morte per Selynis milites peremptus fuerit. 279
Corona ferrea candens Georgio Scythæ imponitur. 293
Corone ad Turcam deficit. 207
quantum diſtet à Methone. 207
ſub imperio Venetorum eſt. 162
Corpora cœleſtia minora vnde lumen ſuum mutuentur. 152
Turcarum mortuorum inter cadauera pecorum paſſim inuenta. 155
Corpus Caſtonis Forſii quæſitum, inuentum & ſepultum. 252
Matthiæ Coruini fœtere incipiens Albam ſepeliendum defertur. 6
Coſsicius Venetis infenſus eſt. 163
Coſſulus Illyricus quidam. 168
Craia. 211
Cretenſes à Venetis facile deſcituri fuiſſent ſi ad quem deſciſcerent, habuiſſent. 244
Crimen falſi ſolum cur Pontificibus Romanis odioſum ſit. 29
Criminatio Iaxiæ Rhacuſanos accuſantis quo prætextu vera Sigiſmundo Auguſto viſa fuerit. 113
Crudelitas Bazethis. 155
Cuculus ab accipitre inſipienter irriſus. 180
Cultus diuinus in quo conſiſtat. 206
Cuniculus è cauea exemptus, cur regi Gallorum miſſus. 183
Cupiditas agri alieni cauſam Rhacuſanorum inſulariam euertit. 113.114
Belligerandi Turcis ineſt adeo magna, vt ocium quam morbum grauius ferant. 150
Gloriæ Vladislaum Hungarum nulla tenet. 161
Regnandi Venetorum quid deſignet. 184
Thomæ Hardonii inſatiabilis. 36
Cupido regnandi hominibus inſita. 125
Curriculum vitæ mortalis potius naturæ, quam iudicii eſſe videtur. 187
Cyllenium promontorium. 171.172
Cypariſſia. 200
Cyprii à Venetis deficere non dubitaſſent, ſi modo ad quem tranſirent, inueniſſent. 244
Cyrus amnis. 140.175

D.

Dæmon principalis ob ſuperbiam ad ima detruſus. 330
Dalmata quidam Cara Michael nomine. 159
Dalmatæ iugum Slouinorum excuſſerunt. 103
maritimi mercaturæ ſtudent. 176
plerięꝫ ad fugam vſque audientium loquaces. 28
quando lingua Latina ſint vſi. 12
quinam fortes viri ſint. 176

Sicen-

Sicenſes quam fortes ſe putent eſſe bellatores. 176
Dalmatia cum ciuitate Veneta, quo tẽpore ad Imperatorem Conſtantinopolitanum pertinuerit. 107
Dalmatia inferior, Choruatia dicta. 117.330.351
Prafecto deſtituta per Turcas vaſtatur. 351
Dalmatia quib. fluuiis à Dardania diſterminetur. 212
Damaſcus in poteſtatem Selynis venit. 312.320
Daniel Rheſtius. 322
Danubius amnium Europæ maximus. 10
nomine mutato Iſter vocatur. 120
Decorum ducis exercitus quodnam ſit. 219
Decus rei nauticæ bene geſtæ nauclero ſolet aſſignari. 153
Delta. 315
Demeianus Iudas vrbis Rhacuſanæ tyrannus. 105
quas ob cauſas ſemetipſum vita priuarit. 108
Demeianus Mentius. 322
Demetrius Ihaſsius Rhaſſianus. 70
Derencinus. 116
Dertuſa. 313
Deſperatio ingens Vladiſlauum incedit. 59
Deſpoti. 84
Detrectare certamen prudentis interdum Ducis eſt. 161
Deus à ſe condita diligit. 44
Deus an iuſſerit, vt è legibus Mahumethanis viuatur. 156
Deus etiam Turcis omnium author eſſe creditur. 310
Deus hominum non minus vitiis, quã virtutibus ad gloriam ſuam vtitur. 243
Deus nihil tam auerſatur, quam hominum in homines dominatum & ſuperbiam. 289.329
Deus omnia fere per cauſas ſecundas agit. 243
Deus pleraque notis quibuſdam arcanis præſignificat. 22
Deus Turcis confitentibus omnia gubernat. 200
Deus viros etiam optimos non niſi per ærumnas ad ſummos honorum gradus perducit. 22
Deus vitii nullius cauſa eſt. 243
Deus vult, vt Hiſpanus regnum obtineat Neapolitanum. 217
Diadema ad Vladislauum coronandum Buda Albam regiam defertur. 44
Diadema Hungaricum quanta pecunia ab Imperatore fuerit redemptum. 4
Diadema Hungariæ regibus creandis imponi ſolitum. 3
Diadema regium ab Hungaris inter ſacra ipſorum religione nõ poſtremum eſt. 3
Dindymus mons. 258
Dies octauus quiſque Veneri per antiquitatem aſsignatus. 214
Dignitas regia quib. rebus inter Hungaros retineatur. 37
Dioclea nobilis Dalmatiæ ciuitas. 101
Direptiones apud Turcas interregni

ſpatio

ſpatio fieri ſolitæ. 269
Diſcordia inter Hiſpanum & Gallum. 215
Inteſtina rebuspublicis perniciosiſſima. 2
Principum Chriſtianorum Turcis auget imperium. 150.287
Procerum Hungaricorum in rege creando quid cauſata. 2
Quorum quantorumque malorum cauſa ſit. 2
Diſſenſio Ferrarienſium. 249
Diſſenſio inter Ianum Matthiæ Coruini illegitimum, & Beatricem Matthiæ dicti viduã. 22. quid gignat. 2
Diua Maria Caſtellana. 103
Diua Petica. 347
Diuerſitas religionis animos diſſociat. 150.205.211.305
Diuitiæ inter Turcas neminem honeſtiorem reddunt. 150
Diuus Gregorius ſibi bellum gerere non licere ratus, Longobardos Italiam vaſtare permiſit. 232.337
Diuus Stephanus primus Hungarorum rex. 3.82
Doclea inſignis ciuium Romanorum vrbs. 213
Docleates à Rhacuſanis in vrbem recepti, proq; patriciis honorati. 110
Quo modo Rhacuſanis operam nauarint. 109
Slouinis vinum precio leui addicunt. 110
Doctrina Mahomethis. 156
Dolor verecundiam vincens quid poſſit. 161
Domicilia ſacerdotum cur antiquitus inſtituta. 27
Domicilla virgo. 104
Domitius Nero Rom. Imperator. 323
Domus hoſpitalis. 325
Dona Bazethi per Alexandrum Trapezuntium miſſa vna cum literis. 177
Per Venetos Bazethi miſſa. 164
Donaria eccleſiis per Matthiam Coruinum relicta. 8.9
Dorylum oppidum. 141
Drilo fluuius. 51.109
Drinon amnis. 210
Drinonem cum Drilone fluuium eundem non eſſe. 212
Dubrauia vicus. 109
Duces apud Venetos ab euentu vel laudari vel vituperari ſolent. 191
Duellum inter Hungarum & Turc. 287
Duo in rege creando Hungaris ſpectanda quæ ſint. 17
Dux exercitus Gallicani globo bombardico ictus cadit. 217
Quidam Turcicus mirabili ſtrategemate Chriſtianorum ſublatus. 119
Dyma oppidum. 272
Dyrrachium. 175
Dyſſarethæ. 175

E.

Eccleſia Græca viros Deo gratiſſimos non minus habuiſſe videtur quam Romana. 339
Echinades inſulæ. 189
Elatio animi quæ vitioſa ſit. 93
Emolumentum publicum Turcar. regibus propoſitum eſt. 265.
Enſis Turcaicus. 72

Epi

Epidaurus colonia Romana. 102. *euerſa.* 213
Epirotæ. 50
Epiſcopi diuites veneno ſublati. 228
Epiſcopus Noceranus exequiis Matthiæ Coruini intereſt. 8
Epiſtola Selynis ad Achimathem fratrem. 280
Epiſtola Selynis ad Bazethem. 260
Epiſtola Stephani Carabogdanis ad Bazethem. 129
Epitaphium Iani Poetæ. 62
Matthiæ Coruini. 64
Epulæ Veneri cognatæ 352
Eques Illyricus equitem Gallum ab equo deiectum occidit. 217
Eques Tatharorum nobilis per Rhaſsianum quendam iugulatur. 72
Equites Albaneſii. 174
Naupliam incolentes. 188
per Turcas inſidiɩſe circumuenti. 188 189. *cataphracti quo modo pugnare conſueuerint.* 71
quidam Dalmatici & Albaneſii inducias inter Turcam & Hungaros initas rumpunt. 209
Rhodii quib. de cauſis Gemium Turcam in Galliam auexerint. 135
Equites Rhodii quot in claſſes diſtributi. 135
Equites Turcaici Achangiæ dicti. 351
Eremita quidam Græcus, homo fraudulentus. 192
Errata ducum quibus imputanda. 190
Euerſio Conſtantinopolis quantum damni Chriſtianis afferat. 337
Euphrates. 149
Exemplum in authorem ſuum plerunq. recidit. 228
Exercitus Gallorum ſine duce, ſine imperio. 218. 219
Hungaricus exercitum Mechmetis ſæpe ſaluus profligauit. 149
Excidium Docleæ vnde ſit ortum. 213
Epidauri. 101
Exitus vitæ Selynis quis fuerit. 322
Expeditio Alberti Polonici regis in Getas. 127
Expugnatio Methonis. 207
Exules Hungari partes Maximiliani ſecuti in Hungariam rurſus admittuntur. 93

F.

Fabri ferrarii è Tauri Conſtantinopolin abducti. 303. 304
Fabula de accipitre & cuculo. 180
Facere ſtipendia pedibus Armeniis inuſitatum eſt. 301
Facinus Iaxiæ. 333
Facinus Muſtaphæ Macedonis in Selynem mox per eundem punitum. 275
Facta Matthiæ Coruini. 64
Principum cæteris documento eſſe debent. 93
Regum illuſtria occultari non poſſunt. 92
Factio Iano Matthiæ Coruini illegitimo adhærens qualis fuerit. 30
Factum Ladislai Hederii. 76
Falſa etiam ipſa momenti in bello gerendo non parui eſſe ſolent. 64
Fama de patria Turcarum duplex eſt. 140. *de victis Cercaſsis apud Turcas ſparſa non omnino vana.* 308

Forti-

Fortitudinis temeritate non conſeruatur. 161
Mendacio inſtructa ſpatio ne triduano quidem durat. 157
Principem quam maxime decet. 6
vero multo maiora narrare ſolet. 300
viros fortes immortalitate beat. 88
Familia Paxenſis. 73
Familia quædam à cruce denominata. 204
Fauces Rhii. 191
Sinus Ambracii. 208
Sinus Corinthiaci. 177
Felicitas primum Chriſtianos poſt hanc vitam manet. 159
Temeritati ſemper ſufficere non poteſt. 161
Ferdinandus Hiſpaniæ rex. 214
cum claſſe magna Neapolim venit. 233
Rex Neapolitanus Matthiæ Coruini ſocer. 8
Rex Neapolitanus vir adminiſtrandi regni longe peritiſſimus. 122
Feritas Hungarorum in deuictos. 88
Ferrandinus Alfonſi regis Neapolitani filius. 182
Ferrandinus Neapolin reuerſus, intra menſes paucos regnum fere totum recuperat. 185
Ferrandus filium ad patientiam fruſtra hortatur. 178. 180
Iohannis Arragonii filius, Hiſpaniarum rex. 194
Feſtinatio ſemper improuida eſt. 74
Fides apud Romanos antiquos ſemper quam ſanctiſſime culta fuit. 24
Chriſto debita ſine ſalutis amiſſione abiici nequit. 158
Getarum Imperatori Turcarum ſuſpecta eſt. 130
iuſtitiæ conſeruatrix egregia. 18
Taurunenſibus ſe Turcæ dedentibus religione Turcaica ſeruata eſt. 347
Vtilitatis victrix eſſe debet. 93
Filiæ imperatorum Turcicorum pugionem Zonæ alligatum geſtant. 351
Filius Alaudolæ ad regem Ægypti fugit. 307
Cichanis Selyni ſe adiungit. 258
Legitimus à Matthia Coruino moriente nullus eſt relictus. 7
Ludouici Mauri Sforciæ in regnum paternum reſtituendus. 237
Matthiæ Coruini illegitimus omnia regni loca munitiora præſidiis obtinet. 19
Mechmethis in prælio occiſus. 149
Milonis Belmuſii temere in hoſtem illatus cadit. 161
Patris Alfonſi Neapolitani exulis mortem qua de cauſa non miſeratus fuiſſe videatur. 182
Salomonis Turcæ natu maximus extinguitur. 351
Fines Pannoniæ per Salomonem Turcam inuaduntur. 334
regionis Bacienſis per Balydem Iachium vaſtati. 354
Finis bello Slouinico cum Rhacuſanis geſto qualiter impoſitus. 110
Fluuii Vergiliarum occaſu imbribus exundant. 175

Fœdus

Fœdus cum Turcis per Chriſtianos honeſte fieri non poteſt. 163
inter Gallum Venetosq́; contractum Turcam terret. 162
hoc ipſum qua intentione factum fuerit. 164
Fœminæ illuſtres conſtuprantur. 228
Sophenicæ quanto viros ſuos amore proſequantur in bello. 302
Fontes in Arcadia ſaluberrimi. 199
Formido res vel maxime euertere conſueuit. 160
Fortitudo Gallorum in Italia celebrata quomodo ludibrio eſſe cœperit. 185
Gubernatoris nauis Venetæ præclara. 172
qualis ſit virtus. 39
Fortuna caſibus humanis maxime gaudet. 50
Conſilio Valachorum & Turcarum contra Polonos non defuit. 131
Conſilium Venetorum de imperio augendo deſtituit. 220
Hungaris lætior affulgere incipit. 76
Iani Coruini temeritatem iuuat. 159
quæ Salomoni in Hungaria fauit, domi triſtitiæ cauſam præbet inſperatam. 350
Quo ſenſu vbique per auctorem accipiatur. 160.220
Fortunæ ciuium Albenſium diripiuntur. 63
Foſſæ cadaueribus ad Methonem complentur. 201
Franci ab origine vltima Sarmatæ ſunt. 265
Franciſcus Aragonius Gonzaga Princeps Mantuanus. 217.218.237
Se aduerſa valetudine excuſans, exercitum Gallicum deſerit. 218
Venetorum cum Gallo pugnaturorum propoſitum non probat. 184
Fraus ab homine Chriſtiano procul eſſe debet. 119
Hiſpanorum per Gallum accuſata. 217
Italis per Hungaros maxime obiici ſolet. 24
Turcica in Milonem Belmuſium regi Vladislauo inuidiam maximam peperit. 161
Fridericus Aurelienſis Gallorum rex, cur cum Hiſpano ſe non modo reconciliet, ſed & affinitatem contrahat. 219
Fridericus Cæſar Romanorum. 3
ægre fert ſibi Matthiam Coruinum prælatum eſſe. 4. auri cupidus eſt. 4
Hungaris diadema ipſorum regium reſtituere non vult. 4
Hungaris diadema reſtituere nolens à Matth. Coruino bello petitur. 53
Fridericus Neapolitanus rex ad Venetos infeſtandos Turcam incitat. 192
Cur Dei voluntate è regno ſuo videatur eiectus. 195
Gallo nec non Hiſpano ad Turcam oppugnandum ſuppetias ſua ſponte promittit. 195
Fuga cum metu in extrema adductis pernicioſa eſt. 176

Furiæ paternæ Selynem exagitant. 321
Furor Alberti Bohemi quantum mali Hungarico regno cauſatus ſit. 85

G.

Galatia. 274
Galli aduerſa ſuſtinere non valentes hoſti victoriam concedunt. 217
Centimani. 242
Duci ſuo obtemperare detrectantes ab eo deſeruntur. 218
Duo ſe vni Illyrico vinciendos permittunt. 217
E bello cui rex eorum non interſit, raro victores redeunt. 186
Ex Italia eiiciendi. 337
Galli Hiſpanorum ne conſpectum quidem ſuſtinere queunt. 219
Impetu non virtute valere deprehenſi. 185
Galli Italiam ingreſſi Nouariam contendunt. 284
Lenitate eadem qua ceperunt, regnum Neapolitanum amittunt. 217
Qua diſciplina in bello nauali ſoleant vti. 172
Quam mire per Conſaluum Adigarium diſſipati. 219
Galli quas ob cauſas per ſe ex Italia videantur abituri. 219
Qui Franci nominantur, fœminas ad regni ſucceſſionem non admittunt. 186
Quidam per Conſaluum Adigarium victi, & vita, & viatico donati. 219
quib. modis ſe gerere ſoleant rebus ad voluntatem fluentibus. 185 186
Gallus accuſata Hiſpanorum fraude, ſuorumq; ignauia exercitum recuperandi regni Neapolitani ergo cogit. 817
Gallus & Hiſpanus Fridericum Neapolitanum è regno eiicere inique conantur. 194
In paralyſin incidit. 185. *nō tam propria virtute quam exercitus Veneti ignauia prorſus incolumis ipſis elabitur.* 184 *ſine vllo maleficio proficiſci per Italiam volens per Venetos impeditur.* 185 *ſubito proficiſcens ex Italia Venetos laceſſentes, cur grauius vltus non fuerit.* 185
Gara. 67
Garganus à Saracenis occupatus. 105
Gaza. 312. 313
Gemius ab equitibus Rhodiis, fratri ſic venditus eſt, vt eum è poteſtate ſua non dimitterent. 135
Gemius Mechmetis filius per Cæſarem Valentinienſium ducem veneno ſublatus eſt. 132. 227
per literas purpurati cuiuſdam Conſtantinopolim ſubito venire iubetur. 133. 134 *prælio victus quam fortunam fuerit expertus.* 134
Genealogia Turcarum. 349. 350
Genebii. 185
Gens Caſimirorum. 38
Oſtricia. 45
quæ animo minore aduerſa ferat, præter Gallicam nulla eſt. 217
rerum geſtarum claritate Alemannis nulla nobilior. 56
ſæpiſſime aliqua tota ob ſcelus vnius vituperari ſolet. 62

Tatha-

Tatharorum feritatis naturalis obliuiſci neſcia. 71
vnaquaque lingua ſua Principi quã externo parere manult. 54
Genus militum partim equo, partim pedibus merentium apud Germanos eſt.57. mortis nullum vere Chriſtianum ad deſerendum Chriſtianiſmũ commouere valet. 158
Georgiſtrani. 327
Georgius Deſpotus. 84
Docius. 293
Quidam Bohemus Pragam per Beatricem Matthiæ Coruini viduam cur miſſus. 35
Scytha. 333
Scytha plebem Hungariæ in nobilitatem exitu ſuo miſerabili inflammat. 287.288.&c.
Scytha ruſticorum Hungaricorum rex fit. 292
Scytha ſupplicio mortis afficitur. 293
Triballorum Dardanorumque Rex erga Rhacuſanos gratum ſe præſtat. 114. opera Iani Huniadis patris in regnum reſtitutus eſt. 114. per Rhacuſanos fideliſſime conſeruatus. 113
Vlatchouius adoleſcens interemptus. 116
Gerebii. 84
Germani agrum Venetum infeſtant. 235
Gallorum mercenarii. 253
Germenes. 141
Getæ Alberto Bohemo non vi cogendi, ſed beneficiis conciliandi. 131
cur Hungaris Moroulaci ſint. 3
quanto libertatis ſtudio teneantur. 131
Vel Moldauii vel Walachi nunc appellantur. 10.127
Gloria principem cum primis ornat. 16
Gloria Regis in quo potiſſimum conſiſtat. 157. vera in quo ſpectetur. 118
viros fortes immortales efficit. 88
Goſdenus. 117
Gothofridus Bolionius. 141
Græci ex Aſia minore pulſi. 141
Naupactenſes Muſtaphæ Græci interceſſione per Turcam mitius habentur. 173
Naupactum errore quodam commoti Turcis dedunt. 173
Græci per Turcam qua occaſione victi. 50. quare iugum externũ ſubierint. 115. quam præſtãs olim gens extiterint. 4. quas ob cauſas interitui diuinitus deſtinati videantur. 141 Romani ritus hominib. valde ſunt aduerſi. 173
Græcus quidam Chriſtianos Turcis prodit. 192
Grates Deo ſuo per Turcam de victoria adepta aguntur. 200
Gredei. 110
Gregorius Churiacus Dalmata ab Hungaris deficit. 26
Gregorius III. Rom. Pontifex. 235
Gubernator Venetus inſignis. 172

H.

Habitus corporis Selynis. 269
Hadrianopolis. 143.177

Hadrianus Dertuſanus Imperatori R. chariſsimus, Leoni X. Pontifici ſuffectus. 352. 353

Halladolii. 141

Halys Turca fortiſsimus ab agricolis Tranſiſtr. mirabiliter fugatus. 97

Hebrus. 143. 144

Heliopolis Selyni per Cahirium permiſſa. 312

Heliſophia. 255

Helleſpontus. 142. 165

Hermolaus Barbarus Venetus. 212

Hermenes. 141

Hieronymus Contarenus Venetorum legatus. 192. 199

Hippolytus Eſtenſis. 8

Hiſpani ingenii acrioris ſunt. 179 *per Fridericum Aurelienſem fraudis accuſantur.* 217

Hiſpania Taraconenſis. 179. 233. 353

Homerus. 4

Homines ab humanitate appellati. 125

Homines fortunæ humilioris in Hungaria qualem regem optent. 47

Hoſpitalitas Matthiæ Coruini quanta fuerit. 6. *Turcis quam ſancta.* 150

Hoſpitium Rhacuſanis cum Venetis intercedit & priuatum & publicum. 106

Hoſtis Bohemus cum Hungaro pugnam init. 89

Hoſualdus Zagrabienſis. 45

Humanitas Principes maxime decet. 239

Humanitas quantarum virium ſit. 125

Humilitas Turcæ militantibus ad magnum gradum conſequendum non obeſt, ſi virtute bellica valeant. 203

Humorathes primus. 143

Huncharius. 141

Hungari acres Hylladiſmiri Turcæ oppugnatores. 147. *Auſtria tota cedere iubentur.* 93. *Bohemis opulentiam ſuam oſtentare cupiunt.* 127 *Caſſouienſes in Polonos incautos ex vrbe irruentes ſtragem edunt non paruam.* 52. *exercitum Mechmetanum ſæpe ceciderunt.* 149. *Generis nobilitatem in eligendo rege magni faciunt.* 18. *Gens religioſiſsima belliq; gloria valde inſignis.* 19. 44. *Gens Scythica* 38. *gentium circa omnium victores* 93 *Hac tempeſtate fere ſoli cum Turcis certare periti.* 132. *homines callidi.* 9. *Italos odio maximo proſequuntur.* 21. *Martia gens.* 65. 76. *Maximis in regno ſuo ſeditionibus turbati extra regnum poſita tueri nõ queunt.* 53. *milites in pugna ſtatarii ſunt.* 79. *nationi & corporum robore & animorum vi nulli cedunt.* 50 *pecuniæ auidi ſunt.* 23. 58. *pene victores ab Hylladiſmiro profligati.* 148 *peruicacibus obluctari quam maxime ſolent.* 72. *quales populi ſint, & vndenam oriundi.* 86. *quibus rebus ad bellum neceſſariis inſtructi ſint.* 49. 50

Quo ingenio ſint vincentes, aut victi, & cum ſibi tempori cedendum eſſe vident, 80 88

Hungari ſeu Hunigri vndenam ſic dicti. 10. *Spiritus elatioris ſunt.* 118. 159 *tanquam terræ alienæ inuaſores cum aba-*

ab aliis, tum à Bohemis præcipue odio habentur. 11. tantopere diſſident vt regnum ſuum defendere non poſſint. 56. Turcis terrori maximo ſunt. 132.196.339.

Hungaria breuiter deſcripta. 10. cubicularis lecti fideique inops. 93. poſt bellum Alemannicum latrociniis mutuis vexatur. 67. qualis regio ſit. 86 per Matthiam Coruinum ædificiis ſplendidis ornata. 6. Turcis vicina. 153

Hungarus Matthia Coruino mortuo, nulli magnopere timendus eſt viſus. 56

Polonum quendam ex equo deiectum vincit, & ſecum abducit. 52

Hunni ab Hyperboreis montibus digreſſi in Hungaria ſedes ſuas poſuiſſe putantur. 10

Hydrus oppidum. 134

Hylladiſmirus decies manum cũ Chriſtianis conſeruit. 147

Mechmetis I. ſucceſſor Græcos, Macedones, Thraces, Mæſos, populationibus vehementibus vexat. 147

Thraciam totam præter Conſtantinopolim imperio ſuo adiicit. 147

I.

Iacobus Eunuchus purpuratorum Turcicorum non poſtremus. 198

Scytha ab Hungaris deficiens verba ad Maximilianum facit. 58

Scytha è regis Hungarici præfectis præcipuis vnus. 27

Scytha fugæ ſe mandat. 31

Scytha odio priuato exul factus. 58

Triuultius. 242.248

Turcaicæ claſſis præfectus odio Chriſtianorum flagrat. 203

Iadeſtini cur in calamitates maximas inciderint. 105.168

per litteras Dalmatarum mouentur, vt à Turca ſibi caueant. 168

per Turcam callidiſſime circumuenti. 168

Iahia: Turcarum Satrapes. 117

Iahiciani. 326

Iahuri Turcis qui ſint. 207

Iaiza. 149

Iamberdinus Damaſci præfectus à Turca deficit. 325

è Gaza erumpens cum Turcis confligit. 313. & Thomam Solidanum Cercaſſorum imperatorem perſequitur. 319

Iamberdinus interficitur. 326. non interfectus in prælio, ſed ex eo ſaluus ad Iſmahelem Armenium profugiſſe putatur. 326. ob quas cauſas ad Selynem transfugiat. 314. &c.

relicta Gaza in ſolitudinem fugit. 313

Ianus Bohemus, Varadinenſium præſul, & acta quædam illius. 20

Ianus Botthius. 344.

Ianus Chubitius. 86

Ianus Coruinus Dalmatiæ præfectus exercitu contracto Turcæ pacem violanti ſe opponit. 159

Coruinus è concubina Matthiæ filius, regnum Hungaricum ſibi deferri petit. 16. animo magno iniuriarum oblitus equites quingentos ga-

leatos trecentosq; leuis armaturæ cõtra Albertum Bohemum educit. 83
regnum Hung. contra procerum voluntatem occupare fruſtra nititur. 24 64. Poeta Sclauenus. 62
Ianus Varadinenſium Pontifex. 27
per Hungariæ proceres ad Vladislaum Bohemum legatus. 37
orationem ad Albertum Bohemum habet. 48 præſulatu ſe abdicat. 39. Vladislaum & Albertum fratres diſcordes concordes facere conatur. 49
Iapidia. 174
Iaxia. 333
Iaxias. 113
Iaxii. 84
Iazyges. 10 330
Idioma Macedonum. 175
Ignauia exercitus Veneti in Gallo clabente quanta fuerit. 184
Gallorũ. 217. Polonor. 152. Venet. 177
Vladislaui Bohemis contẽptui habita. 127
Illyrici corpora ferro tegere in prælio non ſolent. 71
in poteſtatem Turcarum magna ex parte qua occaſione redacti ſint. 51. 115
non minus vino quam tormentis arcana elicere ſolent. 145
Imperator authoritate non pollens imperando parum proficit. 338
nauium Turcicarum ad Aulonem & Æantem contendit. 209
Turcarum à Turcis in eodem throno collocatus. 154
Turcicus liberos omnes amore pari quatenus proſequitur. 267
Turcarum mancipiorum cupidus. 205
Imperatores Turcaici in prælium non exeunt. 350
Turcaici vna cum liberis ipſorum pro diis terrenis honorantur. 262
Imperia Italiæ tria opulenta. 119
Regum Chriſtianorum multa armis Turcarum deleta. 131
Imperium Achimatis Coſſicii. 167. Cercaſſis eripitur. 309. Conſtantinopolitanum per Deum euerſioni deſtinatum. 141. Mediolanenſe imperio in Italia nulli opibus cedit. 179. quibus reb. defendatur. 286. Turcarum armis conditum armis conſeruandum Selyni videtur. 265. Turcicum vndenam ſpatio temporis breuiſſ. plurimum ſit adauctũ. 150. Venetus quando paruum adhuc fuerit. 106
Incolæ regni Neapolitani fidem momento paruo mutare ſolent. 216
Induciæ inter Hungaros & Turcas per Dalmatas & Albaneſios quoſdam violatæ. 209
inter Maximilianum & Venetos factæ. 286
Ingenia humana fortunæ obſequentia ſunt. 278
humana literis vel maxime excoluntur. 179
Hungarorum ferocia. 22 88. 331
Ingenium Albaneſiorum Turcis formidoloſum eſt. 211
Alberti regis Polonorũ 46 124. 125
Liguſticum. 246 nationis Scythicæ 4

Va-

Vaſchonum. 251

Initium lunæ rebus gerendis Turcis auſpicatiſſimum. 199

Innocentius VIII. Gemium Turcam à Rhodiis Equitib. cur mercetur. 136

Inſigne transfugii apud Illyricos quodnam ſit. 145

Inſula Cephalenia. 191

Inſulæ Rhacuſanis attributa. 113

Integritas Romæ nulla. 288

Inuidia cuique quanta, in ſuos præſertim populares, innata ſit. 353

iudicii humani corruptrix maxima. 7. Vladislauo Hungaro clade Milonis Belmuſii conflatur. 161

Ioannes Abſtemius Tholnenſis. 293

Andus. 180. Baptiſta equitum Rhodiorũ patronus ſe 134. Bētinola. 232 Dalmata ſculptor illuſtris 68. Deſpotus. 84 Fregepanes. 116. Galeacius 178 Laſchares. 219 232. Palæologus fœdus cum Orchano infortunatiſſime iungit. 142. obit. 143. odio Bulgarorum obcæcatus ſibiipſi ruinam accerſit. 143. Sepuſienſis Georgium Scytham fundit 292. quũ Canalam expugnando gloriam ſibi comparare nititur, ignominiam contrahit non paruam 296 Tribulienſium Pontifex. 102. Vethcſius Veſprimienſium præſul. 61.

Ionas Dalmata Bazethem ſuaſu Selynis veneno tollit. 272. iuſſu Selynis prætorianorum telis confeſſus. 320 magnæ apud Bazethem auctoritatis eſt. 261

Irapeſtis improuida ſemper eſt. 97

Iſabella filia Alfonſi II. 179

Iſmael Perſicus à Selyne bello vexatur. 298. 302

Iſter. 148

Iſtria. 174

Itali Bohemis & Hungaris exoſi. 22

Itali cum primis opes admirantur. 220

dum ſeruitutem excutere nituntur, in eandem ſe implicant. 115

huius ætatis fidem momento paruo mutant. 216

propter calliditatem auaritiamque Bohemis & Hungaris exoſi ſunt. 22

Italia ab Illyrico quantum diſtet. 178

armis prope nuda Turcæ Marconio videtur. 153

bello per Longobardos illato ardet. 337

Iugum Scythicum Auſtriacis intolerabile viſum. 56

Iulianus B nus. 114

Iulianus è Leonis X. fratris patruelis concubina ortus. 351

infamiam auaritiæ quare nihil metuendam putet. 351. 352

Iulius II. Pontifex admonet Venetos, ad Pontificatum pertinentia reſtituãt, ſurdis interim narrans fabulam. 231

diuina cum humanis miſcet. 246. in expeditionem proficiſcitur ipſemet. 248. ingenii peruicacis homo. 232

Italiã à ſeruitute Gallorum liberam facere conatur. 246. obit. 281. regem Gallorũ contra Venetos incitat. 237 vir ſpiritus ingentis. 265

Iuncus portus Cypariſſius. 170

Iur-

Iurgium inter uxorem Salomonis & ſocrum eius non leue. 351
Iuo. 305
Ius gentium ab Hungaris proceribus in deligendo rege violatum. 2. in virib. apud priorem Varanenſem poſitum fuit. 67
Ius optimatum Hungaricorum in eligendo rege. 65
Iuſtinianus Magnus. 214

L.

Lacroma inſula. 109
Ladislauus Canaſius. 59
Hederius. 76. Poſthumus. 2
Landsknechti Germanorum. 57
Largitio omnium corruptionum fons. 87
Largitiones principum efficaciſſima ſubditorum illecebra. 37
Latcouius Coſſiciorum poſtremus. 163
Latrocinia Bohemorum in Hungaria compeſcuntur. 96
Latus Ponti Europæum. 149
Laudes Chriſtianorum. 138
Laurentius Laurcdanus. 240.
Vuilacenus. 27.67.120
Quot equites in bellum contra Albertum Bohemum duxtarit. 83
Medicis vir eximius. 352
Laus Matthiæ Coruini. 161
Lauuſa arx. 104
Lazarus Deſpotes Dardanorum rex bellator eximius occumbit. 146
Duces ſuos ad cœnam vocat. 144
Legati Hungarici apud Leonem X. nihil efficiunt. 334
Legati Matthiæ Coruini ad Gallorum regem pro Gemio Turca obtinendo miſſi. 136
Legatio apoſtolica res lucroſa. 288
Legatus Turcicus ab Hungaro diutius quam vellet detinetur. 198
Leges Chriſti vſque ad Mahomethem durare debuiſſe, Turcis videntur. 347
Leges Hungaricæ alienigenam in regem non admittunt. 13. permittunt, vt ius quod à volentibus obtinere nequeas, vi extorqueas. 238. Sacerdotibus militare non permittunt. 337
Lenitas Turcæ erga Syrmienſes colonos, quid ſpectarit. 333
Leo X. Romanorum Pontifex. 334. argentarii filius. 352. è neruorum reſolutione, vel veneno perit. 351. ob quas cauſas venatuſe exercere conſueuerit. 352. Oratorem Hungaricum inanem dimittit. 337
Leo VIII. R. Pont. 235
Leſina inſula. 111.112.244
Leuitas Maximiliani. 121
Lex noua veterem tollit. 156
Liberalitas regis Matthiæ Coruini per ſculptorem quendam in ſuſpicionem vocata. 68
Virtus eſt, monachos imprimis decens. 28
Liberi Branislaui Rhacuſam profugiunt. 108. Chriſtianorum cur Dei permiſſu per Turcam rapiantur. 44. Muſtaphæ Macedonis necantur. 276. ſex fratrum Selynis trucidantur. 276. Sexus vtriuſque multi Bazethi ſunt. 254

Libi-

Libidines obſcænæ & inceſta Selyni exoſa. 324
Liburni per Turcam vaſtari iubentur. 173
Turcarum metu & frumenta, & alia alio comportant. 175
Lingua Albaneſiorum. 174. Bohemis, Polonis Dalmatis eadem eſſe creditur. 11
Epidauria. 112
Slauenorum modernorum cuius rei indicium ſit. 12
Liquentia fluuius. 174
Literæ Alexandri Trapezuntii ad Bazethem. 177. Bartholomæi Liuiani Veneti ad Venetos. 242
Literæ Corguthis ad fratrem Selynem. 279. Gemio clam deſtinatæ intercipiuntur. 134. Ingenia humana excolunt inprimis. 179. Iſabellæ ad patrẽ. 179. Muſtaphæ Macedonis ad Achimathem. 275. Nicolai V. R. P. ad Venetos. 115
Littora Dalmatiæ ſinuoſa. 171
Littus Ætolicum. 177
Cypariſium. 200
Dalmaticum. 10
Liguſticum. 234
Meſſenium. 201
Peloponneſiacum. 177. 200
Theſprotium. 199
Liuianus Venetorum Dux per Gallum captus. 242
Locri. 198
Longobardi Italiam bello vexant. 337
Ludouicus Aurelienſis. 167. 237
Carolo VIII. Gallo ſine hærede maſculo defuncto ſurrogatur. 186. Italia Circumpadana Mediolanenſique imperio potitus. 214. Regnum Neapolitanum cum Ferdinando Hiſpano diuidit. 214
Viduam Galli Caroli VIII. cum regno accipit. 186
Exercitum in Italiam mittit. 284
Quare Gemium Turcam ad Matthiam Coruinum mittere nolit. 136
Venetis bellum denunciat. 240
Hungarorum rex Caroli filius, cum Venetis bellum geſſit, amicitiam cum Rhacuſanis coluit. 111
Omnia ad præſcriptum Sigiſmundi Poloni agit. 307
Venetos ex vrbibus quibuſdam Dalmatiæ maritimæ expellit. 111
Lotharii filius. 235
Ludouicus Sforcia Maurus belli contra Venetos ſuſcipiendi fax. 163
Ad Maximilianum cum theſauris profugit. 187. cur mobili in Gallum fide fuerit. 184. Filii fratris ſui tutor educationem eius negligit. 178
Filio fratris per venenum propinatum ſublato imperium Mediolanenſe inuadit. 183. Fœdus cum Bazethe contra Venetos percuſſit. 188
In quem caſum inciderit. 178
Quo animo eſſe ceperit, audito Ludouicum Aurelienſem Gallorum regem eſſe creatum. 186. 187
Luithprandus Longobardorum rex. 235
Lupus lupis præeſt. 24
Lycon amnis. 310

Lyris amnis. 217.218
Lyſimathia in poteſtatem Orchani ſine ſudore ſanguineq; venit. 142
Lyſſus. 175.210

M.

Macedones quare Latinis adnumerentur. 123
quare iugo alieno ſubiecti. 115
qua lingua loquantur. 175
qua occaſione per Turcas ſubacti. 50
vt & Illyrici, non minus vino quã tormentis arcana è ſuſpectis eliciunt. 145
Mæotis. 309
Mages dux. 111
Mahometani literis Arabicis vtuntur omnes. 214
Mahometes à Turcis quanti æſtimetur. 156
Mahometes qualis fuerit. 215
quo fuco populum in opinionem ſuam traxerit. 256
ſectæ Turcaicæ auctor. 319
Turcis Dei nuncius eſt. 158
Maieſtas nobilitatis Romanorum. 3
Pontificia quibus rebus Iulio II. ſtatura ſit viſa. 246
Mala auaritia. 276
Malaſcouii. 110
Malea. 168
Mancipia Turcica plurima pereunt. 175
Manſuetudo Hungarorum in Albertum Bohemum bello deuictum. 90
Manus Milonis purpurati Dardanici argento incluſa & Pruſæ monumẽto
Bazethis II. appenſa. 141
Maphæi. 28
Maracius. 219
Marchio Mantuanus Gallos conſilia recta ſequi nolentes deſerit. 218
Mare Adriaticum. 19.212
Ægeum. 148
Caſpium. 175
Creticum. 201
Euxinum. 149
gentibus omnibus gentium iure commune cenſetur. 164
Ionium. 191 *ſuperum.* 185
Mare Thuſcum. 233
Margaritha Maximiliani filia, Principes Chriſtianos contra Venetos accendit. 237
Mariſius. 330
Marius Reſtius. 114
Martinus Polonus. 4
Mater Iani filii Matthiæ Coruini illegitimi. 23
Mathematici per Fridericum Neapolitanum, conſulti. 195
Mathematicus quidam Matthiæ Coruino perſuadet, illum per decennium languori ſuo ſuperuicturum. 5
Matthias Cerebius. 67
Matthias Coruinus ad animos ſuorum explorandos ſagax. 34
ante omnia in id incumbit, vt diadema Hungaricum à Friderico Imperatore rurſus accipiat. 3. *diem obit.* 4. *Imp. Frider. ob denegatum diadema bellum denunciat.* 4. *in regno Hung. ſtabilitus pecuni in Imp Friderico pro diademate numerata repoſcit.* 4

pf

poſt Attilam regum Hungarorum clariſsimus. 53. quoſdam purpuratorum ſuorum prius quam moreretur eo adegit, vt filium eius nothum ipſi vita functo regem ſubſtituerent. 30 quam inſignis rex fuerit, licet nanos etiam ſuos habuerit. 5. 6. quare ſibi nomen Coruini videatur impoſuiſſe. 3. quare Gemium Turcam ab equitibus Rhodiis emere voluerit. 135. 136. regni ſucceſſorem nullum relinquit. 5. regnum Hungariæ vi adeptus. 15. ſepulchro regio conditus non eſt. 8. ſignis fidens cœleſtibus fatum auget. 5. Taurunum Turcis aufert. 340. votis Hungarorum ab inferis reſtitui optatus. 161. vtut in multis fuerit laudabilis, in plerisque tamen vituperio dignus eſt viſus. 32

Mauerdinus ad Turcarum vociferationes ignibus exuritur. 155. 159

Maximilianus ægre fert, quod Budam ante Albam regalem expugnare nõ ſit aggreſſus. 65. audita Hungarorum legatione quomodo ſe geſſerit. 70. clementiæ fama Hungaros ſibi conciliare vult. 58. contra Venetos primas ſibi partes depoſcens cum Pontifici, tum Gallo mobilis animi eſſe videtur. 234

fugaciſsimus 80. Friderici Auguſti filius Hungaris bellum illaturus, militem conſcribit. 53. Hungariæ regnum petit. 16

Maximilianus in Flamengorum deliciis enutritus. 65

Maximilianus in regem Hungaricum ſe eligi vult, Vladislauo vel mortuo vel liberos poſt ſe non relinquente. 94. ingentia manib. infirmis ſemper amplecti cuidam viſus eſt. 234 iter ſe Romam habere ſimulat. 234 Lincii delectum militum agit. 54. non tam auidus, quam indigus eſt pecuniæ. 285 oratoribus Venetis ad ſe aditum non permittit. 245 Oſtriciam repetit. 66. regem Hung. ſe eſſe verum profitetur. 64

Mechmethes Angelus. 151. Aſiam minorem vniuerſam cum ora maris Euxini fere tota ſuis armis edomuit. 149. bis tantum per ſe cum hoſtibus pugnauit. 149. è rebus præclare geſtis Magnus cognominatus eſt. 133. 349

Mechmethes I. contra Chriſtianos nihil laude dignum geſsit. 147. I. patri Bazethi II. ſufficitur. 147 Salomonis proauus. 33. 40. Selynis auus. 304. vbi & quem vitæ exitum habuerit. 149

Melas amnis. 143. 144. 303

Melchior Triuiſanus. 189

Melite. 111

Memoria iuſtitiæ paternæ regum liberis ad ſucceſſionẽ plurim. prodeſt. 23

Mendacium Monachi cuiuſdam vaferrimum. 29

Mendicitas non modo per ſe turpis eſt, ſed & interdum neceſsitate cogente doloſa. 220

Mens hominum ſucceſsib. excæcata euẽtus futuros ſæpe non prouidet. 154

rebus ad voluntatem fluentibus facile de ſtatu dimouetur. 41
Mentheſes. 141
Mercator agricolæ dignitate præſtare non videtur principibus. 286
Mercatores an patricii nominandi ſint. 194
Omnia vtilitate metiuntur. 106
Rhacuſani. 123
Merces operam Turcæ nauantib. magna propoſita. 203
Meſtris. 242.243
Methon per Turcam capta. 206
Venetis ſubdita. 162
Methonenſes tanquam pecudes per Turcas caeduntur. 205
Michael Herſagius regni Hungarici Nederſpanus. 43
Paxius. 297
Petreius. 292
Selagius. 3.12.13
Miles Chriſtianus Turcis indignus viſus, qui cum fœminis ipſorum conferatur. 204. inter lenones ferox, inter hoſtes ignauus. 204
Milites Heluetii ad Conſaluum Adigarium Barlethum miſſi. 216
Itali Rhacuſanos imbelles poteſtati alienæ fere ſubieciſſent. 114
Prætoriani Turcis Ianizari ſunt. 269
Quam ad imperium non modo conſeruandum, ſed & ampliandum vtiles ſint. 309. Regum imperata exequi tenentur. 313
Militia cum ſacerdotibus priuatis tam Pontificibus multo magis eſt interdicta. 337
Milon Belmuſius agros Turcarum late populatur. 161
Equites mille contra Albertum Bohemum ſecum ducit. 84
Fraude Turcarum circumuentus magna clade afficitur. 160
Manibus filii occiſione Turcarum parentat. 161
Natione Mæſus ducum Hungaricorum minime poſtremus. 160
Milon quidam Turcarum Imperatorem aſtu interficiens, interficitur. 145
Mincius amnis. 245
Minos. 49
Mirandula. 248
Modeſtia ante omnia decet muliebrem ſexum. 34
Modus latrocinio Bohemorum in Hūgaria qualiter impoſitus ſit. 96
Mæſi & ſe & patriam metu quodam inconſulto perdunt. 347
Mæſi per Salomonem Conſtantinopolim tranſportati. 347
Mæſus quidam transfuga Turcis Hūgaros Taurunenſibus puluerem nitratum afferre nitentes prodit. 398
Moldauia. 127
Moleſtiæ aulicæ inquietæ ambitionis fomenta ſunt. 41
Mollius Hunchariuſ. 144
Monachus homicidiis notus. 28
Monachus quidam è monaſterio Peluſienſi pulſus quid & ebrietate & auaritia plenus deſignarit. 28
Monachus quidam ſingularis audaciæ quonam exitu vitam finierit. 75

Mona-

Monaſterium diui Aniani. 74
Monaſterium Feduarenſe. 27
Monocaſtrum. 128.133
Mons Adrius. 213
Montes Ceraunii. 175
Montes Dalmatas & Dardanos à Macedonibus dirimentes. 175
Moſchici.298. Riphai. 11
Monumentum marmoreum Branislauo extructum. 109
Monumentum Matthiæ Coruini. 8
Mora incœptis officit. 59
Mores & natura Cæſaris Valentinienſium ducis deſcripta. 227
Genti cuique non minus ſui ſunt quam lingua. 37
Hungarorum.37.Italorum quorſum deuenerint.183 Vaſchonū 252.Venetorum per authorem veritatis ſtudio detecti. 244
Morini. 65.233
Morotii. 84
Mors homini Chriſtiano vita longe felicior quænam ſit. 158
Mors Mauerdini. 159
Pauli Cinifii.120. Selynis. 322
Mortales pleriq; ſummam in imperio gloriam conſiſtere putant. 125
Mos Barbarorum.143. equitum cataphractorum.71. inaugurationis regum Hungaricorum. 46
Mos Rhacuſanorum in magiſtratu eligendo. 105
Sarmatarum in arcibus expugnandis. 35
Regum Turcicorum regnare incipientium. 327
Turcarum in Oratoribus recipiendis. 164
Moſchouii. 305
Moſchouius cum exercitu maximo Poloniam ingreditur. 306
Per Polonum caſus, & è finibus eiectus. 308
Motus terræ crebri. 13
Moyſes Mahometi comparatus. 156
Multitudo Chriſtianorum per vniuerſum regnum Turcarum maxima eſt. 162.190
Munificentia Matthiæ Coruini erga ſacrificos. 9
Munimenta Piſcarienſium expugnata. 242.243
Munychia. 167
Murana amnis. 120
Muſias Fulmineus. 144
Muſias Helleſponto traiecto bellum cum Græcis gerit. 144
Muſtangia. 278
Muſtapha Argiuus. 166.173
Muſtapha Iuriſius. 209.271.273
Macedo amicorum Bazethis præcipuus. 270.
Macedo ſtrangulatur. 276
Macedo vir auarus. 274
Muſtapha quidam Epirota Gemio mortem patris annunciare contendit. 134
Mutina. 254
Myſia. 143

N.

Naderſpanus. 338
Nadlacus vicus. 292
Naderalba. 149.287

Naron amnis. 148.299
Natio Gallorum valde ſuſpicax. 195
Nationes multæ inter ſe linguis differentes incolunt Hungariam. 10
Natura Cæſaris Valentinienſium ducis. 227
Nauaria. 231
Naues centum Venetis ſemper ſunt. 165
per Selynem fieri, & contra Rhodios mitti iuſſæ. 322
Venetorum groſſæ. 166.199
Nauis Cretenſis. 169
quædam turrita quatuor millium amphorarum capax. 156
Naupactus. 162
Nauplia. 162.188.199
Nauplienſes. 207
Neapolis. 182
Neapolitani. 183.217
Neceſſitudo vetus inter Polonos & Hungaros reges. 15
Nemo non regum Chriſtianorum per Venetos laceſſitus. 237
Nereus Achillæus. 104
Neſtos amnis. 144
Nicolaus Bucarius. 176
Ecdernarius. 73
V. Rom. Pont. Venetis mandat, ne vllum contra Rhacuſanos auxilium Stephano Coſacio præſtent. 115
Secius. 59
Solohomius. 294
Torneus. 293
Nihil apud Deum præter virtutem in bonis. 215
Nihil homines adeo diſiungit, quam religionis diuerſitas. 205
Nobiles apud Hungaros qui cenſeantur. 12. *qua poteſtate ſint.* 17
Nobilitas ad imperium regium quam populare inclinatior eſt. 244
apud Turcas nulla. 300
Chorvatica cur pene tota deleta. 116
Hungarica cum plebe diſcordat. 287
in ſuo qualibet pago habitat. 66
pleraque à Dalmatis originem traxit. 73
regem habere nititur indulgentem. 47
ſola militiæ nomine regi ſuo obligata eſt. 336
Nobilitas inſulæ Phariæ pene tota extincta eſt. 244
Nobilitas Romana. 3
Nobilitas Tranſiſtrana. 286
Nomades Illyrici. 148
Nomen Cæſareum ſine viribus inane eſt. 246
Nomen Chorvaticum cur pene deletum. 118
Florentinum Romanis inuiſum. 351
Milonis apud Turcas celebre. 145
regium ſine viribus inane eſt. 263
Nora. 56
Noria per Alemannum recepta. 57
Nouitas generis Matthiæ Coruino obiecta. 5

O.

Obedientiã Imperatori Turcarum non minorem, quam Deo præſtãdam eſſe Turcis perſuaſum eſt. 154
Obliuio iniuriarum monachos inprimis decet. 28

Obſe-

Obſidio Rhacuſana. 110
Oceanus Sarmaticus 19
Oculi Chriſtianorum omnium in Pontificem coniecti ſunt. 352
Odia Venetorum inteſtina Bazethi placent. 190
Odium Albaneſiorum in Turcas. 210
Odium Coſſicii in Venetos. 163
Odium inter animalia. 211
Officium ſummi ducis. 239
Olbia. 306
Olchinium. 174
Olympus. 142.149
Omnia circa Albam regiam campi ſunt. 63
Omnia Romæ venalia. 352
Omurathes 349
Opes illecebræ voluptatum. 41
— *ingentes Rhacuſanorum.* 110
magnæ virtutum maximarum inſtrumenta. 41
Mauerdini. 155
Sepuſienſis præfecti. 297
Opinio Turcarum de Deo. 274.330
virtutis Hungaricæ. 197
Opitergini montes. 174
Oppida agri Norici Alemanno tradita. 59.
Laurentii Wilaceni per Vladiſlaum occupata. 121
Opportunitas non negligenda. 291
Oppugnatio Taurum. 330.340
Ora Dalmatiæ maritima. 148
Scythiæ maritima. 149
Oratio Alberti Bohemi. 86
Alemannorum regnum Hungariæ petentium. 26
Balydis Marconii. 137.152
Oratio Bazethis Deo ſuo gratias de victoria nauali agentis. 200
Epiſcopi Nocerani. 8
Georgii Scythæ. 289
Iacobi Scythæ. 58
Iani Varadinenſium præſulis ad Albertum Bohemum. 48
ad Vladiſlauum Bohemum in Hungariæ regem electum. 36
Ionæ Dalmatæ. 261
Iſmahelis Perſæ. 299.300
legati Hungarici ad Leonem X. 334.335
legati per Selynem ad Iſmahelem Sophenem miſſi. 298
Oratio legati Pontificis Iulii II. 237
Mauerdini. 152
Maximiliani. 55
Prætoris Turcici. 156
Salamonis Imperatoris Turcici. 329
Selynis. 264.310
Stephani Batheris. 12.13 &c.
Stephani Sepuſienſis. 85
Thomæ præſulis. 91.93
Vladiſlaui. 59.61
Orator matris Alberti Poloni ad Vladiſl. regem Hungarorum. 125. *per Hungaros ad Leonem X. Pontif. R. miſſus.* 334.336 *quidam Turcarum ad Matthiam Coruinum.* 32
Oratores ab Vladiſlauo ad fratrem Albertum miſſi. 127
ad Vladiſlaum Hungariæ regem. 100
equitum Rhodiorum ad Bazethem. 135

in exc-

in exequiis Matthiæ Coruini eloquentia inter ſe certant. 9
Maximiliani. 90
Rhacuſani. 113
Turcici per Iaxiam trucidati. 334
Venetorum ad Imperatorem Conſtantinopolitanum. 107
Venetorum ad Maximilianum. 245.246
Orbitas Salomonis Turcæ. 351
Orchanus ad Caramani imperium aſpirat. 142
de priſcis Turcis Pruſam accepiſſe putatur. 142
Imperatori Græcorum non admodum ſuperuixit. 143
Poſt Othomannum imperio potitus. 142
Præter ſpem loca ad Chriſtianos vexandos idonea nanciſcitur. 143
Ordines ſacerdotum ad perfectionem morum aſſequendum inſtituti ſunt. 352
Origo regni Hũgarici perturbati quæ. 2
Ciuitatis Rhacuſanæ. 101
Turcarum. 140
Oſculum terræ per Bazethem fit, oculos in cœlos eleuantem. 200
Oſtia Iſtri. 149
Oſtium Alphæi. 200
Peluſiacum. 315
Othomanni nõ tam voluptatum quam gloriæ cupidi. 350
Othomanlia. 141
Othomanus vnus ex Hunchiarii præfectus. 141
Ozola. 198

P.

Palentani in vincula coniecti. 244
Paludes agri Albenſis. 29
Pamphylia Gemio aſſignata. 133
Pancretii. 84
Pangratius martyr. 104
Pannonia ſuperior. 4
Panticapes amnis. 306
Paphlagonia. 274
Papa locus. 171
Parentes quidam Macedonici filiam propriam proſtituunt. 123
Pars maxima Illyrici nunc etiam Rhaxa vocatur. 11
Pars regni Hungarici Vltradanubiana veteribus Dacia, nunc Tranſyluania eſt. 119
Pars Valachiæ ad ortum ſolis æſtiuum ſpectans Moldauia nominatur. 127
Patauini qua occaſione præſidium Alemannicum admiſerint. 245
Pater Bazethis religionem Mahometanam pro ſtulta habuit ſuperſtitione. 155
Patræ. 171.177
Paulus Ciniſius ad prouinciam ſuam remittitur. 78
Artis bellicæ peritus. 95
Ex hac vita diſcedit. 120
Homo & ſuopte ingenio ferus & ſacerdotum hoſtis acerrimus. 75
Magnanimus in bello gerendo vir. 30
Prouinciam ſibi abrogatam quamdiu vixit, retinuit. 120
Quam fortis contra Albertum Bohemum exierit. 83

Suos

Suos à Turcis tutari ſolitus. 95
Vaſontem caſtellum recipit. 78
vſum linguæ ſyderatione perculſus amiſit. 120
Paulus Coruates. 27. Paxenſis. 73. II. R. Pontifex. 16
Paupertas à Chriſto commendata. 83
apud Turcas dedecori cuiquam non eſt. 150. nullum præter fortitudinem virtutis genus ſibi vendicare poſſe videtur. 39. quantum boni præſtare poſſit. 41
Pax inter filium Matthiæ Coruini illegitimum, & proceres Hungariæ inita. 36
Pax inter Hiſpanum Gallumque. 219. 220
Pax inter Hungaros & Turcas per Turcas violata. 159
Pax inter Venetos & Turcas. 214
Paxon. 73
Pedites in bellis per Aſiaticos adhiberi non ſolent. 301
Pelagus Libycum. 201
Peneus amnis. 166
Perfidia quantorum malorum cauſa ſit. 93
Selyni per Cichanem obiecta. 277
Turcaica Turcis interdum fraudi eſt. 119
Turcarum fugienda. 342
Perquaſium. 341
Perſæ gens Arabica. 140. 298
Perturbatio fœderis nationes ſæpe potentiſſimas exhauſit, deleuit, euertit. 93
regni Hungarici cum hoſtibus eius non exceſſit. 94
Peſtum. 338
Petilianus Venetorum Princeps. 246
Petronella virgo. 104
Petrouaradinum. 341
Petrus Chegleuus. 326. 327. &c.
Petrus cognomento Inſanus. 24
Comes Houarius. 60
Dotius. 84
Nauana. 218
Paganus cognomento Longus. 66
Petreius. 292
Rauoſdius. 293
Scorgius. 322
Pence inſula. 138
Peuta Seuichouius. 51
Pharia inſula. 111. 112
Phaſis fluuius. 149. 309
Pheris. 211 212
Philippus Belgarum & Morinorum dux. 233
Philippus Maria. 179
Philopolis. 177
Phocis. 198
Pietas arma patriæ defendendæ cauſa ſumenda monet. 266
Pila tonſoria veneno imbuta, & in exitium Selynis clam parata. 276
Piſæ. 162
Piſcarienſes. 242
Pius III. Alexan. VI. ſucceſſor. 230
Plebs Hungarica in nobilitatem concitata. 233
Plinius. 212
Plumbum è Turcaicis regionibus exportari vetitum. 318
Polocii. 83

Poloni ab Illyricis oriundi. 51
ex Hungaria pellendi videntur. 69
Gothorum ſoboles ſunt. 11
in Hungaria regnarunt. 15
inconſulte bellum contra Getas ſuſcipientes clade magna affecti ab incœpto deſiſtere coguntur. 131
inter gentes Tranſiſtranas & Sarmatas armis plurimum poſſunt. 19
nullum regem extraneum vnquam habuerunt. 13
prædam à Moſchouio caſo reportant. 206
Turcis gens deſes ſunt. 137
Polymirus. 102.213
Pompa Matthiæ Coruino ſepeliendo adhibita. 7.8
Pompelon. 252
Pompelonenſes. 252
Pontifex Agrianus. 81
Colocienſis. 81
Romanus cum Venetis in gratiam rediens principes omnes contra Gallum incitat. 247
ius ſuum armis proſequi ſtatuit. 231
R. locum Chriſti in terris obtinet. 237
ſacerdotii vel minimi tam collationem quam confirmationem ſtudio pecuniæ ſibi vendicat. 282
ſibi per Venetos ablata per Gallum regem Francorum qua intentione rurſus eripi velit. 237
Strigonienſis. 46.81
Pontifex vnicuique ſuus XIV. diœceſium Hung. aſsignatus eſt. 82
Pontifices Hungarici, quam paruum digne titulo ſuo ſe gerant. 85
in Hungaria ſummum obtinent locum. 12.82
rebus diuinis vacare deberent. 220
Romani in pecuniis comparandis occupati. 29
Romani ante Iulium II. epiſtolis non armis pugnarunt. 232.337
Romani cur crimen falſi ſolum oderint. 29
Romani vnde creentur. 14
Porrectio manus Imp. Turcici beneuolentiæ præcipua ſignum eſt. 154
Portus Cypariſsius. 170
Granoſius. 102
Poſſega. 292
Poſſeſsio iniqua non eſt diuturna. 215
Poſterna regio. 104
Potentia per ſcelus acquiſita peſſime exerceri ſolet. 228
Poteſtas Pontificibus Hungaricis non ſatis prouide permiſſa. 82
Poteſtas ſpiritualis. 230
Potio medicata. 203
Potus Turcarum. 150
Prædia regni Hungarici trifariam diuiſa. 82
Præfecti nauium Venetarum. 193
Præfectus claſsis Venetæ in imam nauim ſe abdit. 172
equitum Rhodiorum. 135
Tranſyluanus. 83
Prælium in quo corpora non deturuncantur Turcis puerorum luſus eſt 191
inter Iſmahelem Perſicum, & Selymum Turcam. 301
Præmia victores Turcicos ab Imperatore ipſo-

re ipſorum magna manent. 203
Præpoſitura Hungarica. 82
Præſentia regis Turcici milites ſuos animoſos facit. 203
Prætor Methonenſis. 206
per Venetos Rhacuſanis qua cōditione mitti, & ab illis recipi conſuerit. 108
Turcicus inconſulto Bazethe Mauerdinum necare non audet. 155
Venetus Ferrariæ tuba ad ſignum quodpiam dandum vtitur. 249
Prætores Rhacuſani populis regendis haud idonei. 112
Prætoriani Bazethis Selyni addicti. 272
Prætoriani Turcici quales viri. 271. 272
Praga. 35. 127
Preces Turcæ pro diſcordia Chriſtianis iniicienda & continuanda. 207
Precium expeditionis Polonorum contra Getas inconſulte ſuſceptæ. 131
Primii. 83
Princeps Rhodiorum Gemium Turcam vendit. 132
ſenatus Hungarici palatinus appellatur. 40
Venetus non ſic vt Turcicus prælijs intereſt. 204
Principes Alemanni Maximiliano operam gratuitam pollicentur. 54
Antiuarenſes per plebem ipſorum interfecti. 244
Chriſtiani omnes Venetis irati. 236
Chriſtiani pecuniam ſuam in principum ſui ſimilium expeditionem non conferunt. 331
plerique Chriſtiani ſubditorum ſuorum prædones eſſe videntur. 133
quidam Chornati proditionis ſuſpecti. 116
quidam Chriſtiani Venetum coquunt bellum. 163
Principes regni Neapolitani quid regis præſentis impatientia facere ſoleant. 185. Salenſes. 59
Principes Turcaici alii præ aliis contra Polonos ſe mitti contendunt. 152
Prior quidam per Vladislauum incarceratus. 121
Prior Varanenſis. 31. 67
Prior Vianenſis. 120
Priuata perire non queunt publicis bene conſeruatis. 57
Priuilegia Albanenſibus eripiuntur. 79
Proditio in ducibus plectenda. 190
Proceres Hungarici arte Italica erga Beatricem Matthiæ Coruini viduam Italam cur vſi ſint. 21. 23
Budam frequentia maxima conueniunt. 90. de Auſtria retinenda deliberant. 6
fœdus cum Maximiliano initum ſeruare nolunt. 90. imperium eius exoſi mortuo Coruino externum ſibi præfici volunt. 15
in negotio Beatricio culpabiliores authori fuiſſe videntur quam Beatrix ipſa. 122. legem ferre ſtatuunt, qua præſules ab adminiſtratione reipub. qualicunque arceantur. 97. ſic ſe gerentes quaſi Beatrix Vladislauum maritū permiſſu ipſorū habitura ſit, quantorum & ſibi & regno malorum fuerint authores. 122

tam ſacri quam profani Budam conuocantur. 100
Profectio Vladislaui Poſonium inſtituta. 61
Promontorium Patrenſe. 166
Propinqui Selynis iuſſu eius perimuntur omnes. 276
Proprium ciuis Veneti. 204
Mediolanenſis. 179
Mercatorum. 106
Multitudinis. 289
Regum. 194.295.308
Ruſticorum in dimicando. 294
Seruorum. 286
Viri. 95.191
Virtutis. 60
Prouentus agrorum domino cum primis cedunt. 252
Prouerbium Dalmatarum de Turcis. 130
Prouincia Tranſyluana Stephano Batheri adempta. 98
Pruſa. 142
Pudor inprimis decet mulieres. 34
Puella quædam ſtrangulat ſeipſam. 122
Pueri auctoritate carent. 2
Pueri ingenui rapti. 228
Pugna Venetorum & Turcarũ naualis acerrima. 169.171
Puſtula quædam ſubliuida Selynem extinxit. 322
Pyrus Beneſſa. 106
Pyrrhus Caramannus. 313 314
Pyrrhus Muſtapha. 329

Q.

Quæ pompa Coruinus humatus ſit. 7.8
Quæ in hiſtoria hac contineantur. 1 2
Quæ Pontificem R. deceant. 237
Quæſtor Turcarum per militem quendam pene peremptus. 140
Quæſtores Vladislaui Hungari à colonis male tractantur. 120
Querela Iulii II. de Venetorum iniuriis. 232
Rhacuſanorum ſuper Boſſinatium regulo. 115
Venetorum de Hungaris. 197.232
Qui fidei Turcarum minime credunt, maxime tuti ſunt. 130
Qui hoſtem armis alienis vincere nititur, iiſdem plerunq; ſuperatur. 115
Qui Hungaris imperare velit, eos acie non ſemel vincat, opus habet. 65
Qui ſub regibus viuunt, plerunque proprii quam publici commodi ſtudioſiores ſunt. 57
Quicquid agitur diuino ſubiectum arbitrio agnoſcit Selynes. 310
Quid hac elucubratione quæſitum. 1
Quid pecuniam ſaluti præferentibus euenire conſueuerit. 74
Quid Pontifici R. præ cæteris inprimis curandum. 352
Quies Hungarica nuptiis Beatricis turbata. 121
Inferiorum, principum diſcordia turbatur. 27
Quies Venetorum belli Rhacuſani finem non fecit. 115
Quilibet è liberis regiis apud Turcas pro regni hærede habetur. 263
Quinam Iano Matthiæ Coruini filio non legitimo adhæſerint. 30

In col-

In collegium equitum Rhodiorum recipiantur. 134
poſt Coruini mortem regnum Hungariæ petierint. 17.&c.
Quod virtuti præponatur, nihil inueniri poteſt. 92
Quot Polonorum millia per Balydem Marconium miſerrime habita ſint. 139

R.

Reges Chriſtiani in ſtudia diuerſa diſtracti. 252
Gentibus liberis legitimi vel naſci vel eligi debent. 31
Hungarici in Alba regali decus ſuum auſpicari ſolent. 44
multo minus in erogandis quā comparandis pecuniis peccare debent. 43
natura ipſa populorum imperium auerſantur. 232
ob quid immortalitati conſecrati. 310
populis tuendis conſtituuntur. 2
quilibet Pontifices pro libitu ipſorum conſtituunt. 98
regnum ineuntes neminem fere triſtem à ſe dimittunt. 181
Regio Agrienſis. 51
Albaneſiorum. 174
Britonum. 186
Carnorum montana. 174
Regio Flaminiæ tota ſub Alexandro VI. ploratibus perſonuit. 228
Regio Iazdeſtinorum. 168
Boſnæ Iano Matth. Coruin. illegitimo offertur, vt ab inuadendo regno deſiſtat. 25.26
Saithica. 319
Siſienſis. 59
Syrmienſis. 333
Regiones Chriſtianorum plurimæ Turcis inuadendæ videntur. 153
Italiæ per Turcam vaſtantur. 173
Polonicæ frigori perpetuo obnoxiæ. 155
Regiones Rhoxolanorum. 11
Scythiæ Amadocenæ. 306
Regna armis non magis parantur, quā concordia conſeruantur. 2
Virtutibus ſtant. 18
Regnum apud Turcas ad quos ſpectet. 257
Francorum totum in Italorum ditionem concedit. 216
Hungariæ cum ab aliis, tum Turcis maxime vexatum. 2
latiſſime patet. 2.10. Matthiæ Coruino delatum. 3
per Albert. Bohemum magna clade affectum. 72. per quos quare cōtemptibile ſit factum. 331
per triennium diſſidet. 2. ſine virib. propriis oppugnari non facile poteſt. 84. totum è LXXII. conuentibus conſtat. 82
Regnum Neapolitanum ad gentem Oſtriciam deuoluitur. 45
Inter Gallum & Hiſpanum diuiſum. 215. Spacio dierum decem in poteſtatem regis Gallorum concedit. 182. pontifici tributarium eſt. 181
quo iure ad Hiſpanum Gallumque peruenerit. 219. totum ad Hiſpanum deuoluitur, ſi è Galla vxore filium ſuſcipiat. 220

Polonorum Andrea Caſimiro mortuo ad Vladislauum Hungariæ regem iure gentium pertinuit. 126
Reguli Dardani & Macedones Turcis reſiſtunt. 144
Reguli partim Græci, partim alii per quos ex Aſia minore pulſi. 141
Religio Chriſti quo tendat, quantumq; à Mahometana differat. 215
eadem homines conciliat. 211. nō habitu, ſed virtute menſuranda. 39. 75
Reliquiæ Nerei Achillei & aliæ. 104
Res Genuenſis in manu plebis eſt. 234
hoſtium aduerſæ ad ſuam per quemlibet fælicitatem trahuntur. 64
Hungarica qualis poſt Coruini mortem euaſerit. 328
mira quædam, Conſtantinopoli contingens. 214
Reſponſio Andreæ Zancani Veneti ad orationem Achimatis Coſſicii. 164.
prætoris Methonenſis ad interrogata. 206
regis Galli ad orationem legati Pontificii. 240
Reſponſum legati Galli ad orationem principis Venetiani. 241
legatorum Hungaricorum ad conditiones pacis per Maximilianum præſcriptas. 80
Reſpublicæ conſiliis malis non modo mutantur, ſed & euertuntur interdum. 1
Rex Francorum Neapoli potitur. 182
Francorum in Venetos male animatus. 232. vi terram Venetam pertrāſit. 183. Hungaricus ſine conſenſu procerum nihil facere poteſt. 80. non diadematus pro rege non habetur. 3
Rha amnis. 11. 175. 349
Rhacuſa. 321
Rhacuſa dona mittit Vladislauo. 100
funus Coruini ſingulari pompa proſecuta eſt. 9
vitio ſuo ipſius pene in ſeruitutem Turcicam redacta. 115
vrbs per quem condita. 213
Rhacuſani bello ſeptenni per Bodinum quendam cur vexati fuerint. 109
comiter ab Vladislauo Hung. accepti & cum donis remiſſi. 101
commodum magis priuatum quam publicum quærunt. 113
fidei cultores maximi. 113
fortuna ſua abuſi. 114
iugum Venetorum ſibi fere per imprudentiam impoſuerunt. 107
Ludouico Hungaro annuos aureos D. pendentes cætera liberi ſunt. 111
mercaturæ tantum dediti. 112
ob integritatem magni æſtimati. 111
per ſe ſeruiles ex imperio Venetorum ſordidiores euaſerunt. 108
quem morem in eligendo magiſtratu habuerint. 105. ſe fidei ſuæ commiſſos non prodituros aiunt. 108
veteres quantis quanto cum fructu ſuo reges finitimos officiis proſequuti ſint. 111
Rhadacaſus. 104
Rhaimundus Cardomenſis. 248
Hiſpanus dux. 253
Rhaſſiani Bulgaris affines. 349
Rhaſſianus quidam ſuperatis Tatharorum

rum præcipuis duobus tertium prouocans de vita periclitatur. 72
Rhatislauus. 102
Rhaxa. 11
Rhaxiani. 10
Rhion. 167.117.189.
Rhipalta. 241
Rhodericus Borgias. 227
Rhodii. 167
Rhodope. 148
Rhodus. 134
Rhoſgonii. 83
Rhoxani armorum imperiti. 139
Moſchouitis Rubri ſunt. 306
non aliter atq; pecudes in manus Turcarum incidant. 139
nunc valde imbelles ſunt. 11
Rhaſsiani vocantur. 70
Rhoxania incurſionibus opportuniſsima eſt. 139
Ritus, quo Hungari regibus ſuis ſceptra tradere conſueuerunt, explicatus. 45
Ritus Turcis Deum venerantibus vſitatus. 200
Roma gentium, Chriſtianarum præſertim, domicilium. 14
integritatis & doctrinæ vacua. 288
Romani Leonis X. morte læti. 351
Rumor de Gallorum in Italiam ingreſſu. 181

S.

Sabactium per Turcas captum. 340
Sabatia. 149
Sabinianus Iadeſtinus. 337
Sacerdotes Ceſii. 73 347
Sacerdotes Chriſtiani quo tempore cultui diuino ſummopere dediti fuerint. 102. *Dalmatiæ.* 83. *hac tempeſtate auri cupidiſsimi ſunt.* 22.81.136.220. *Hungarici cur regi ſuadeant, ne bellum extra regni fines gerat.* 77. *multi ſub paupertatis gloria plus acquirunt quã deſerũt.* 220. *ob quas cauſas diuites eſſe debere videantur.* 220. *officii ſui ſe parum memores oſtendunt.* 83. *pleriq; ad fallendum callidi.* 308. *prædiorum Hungaricor. partem præcipuam adminiſtrant.* 82. *quidam rebellionis ruſticorum Hungaricorũ auctores diffugiunt.* 294. *quidam Romani intolerabilem pecuniæ vim extorquent.* 22. *ſacra curare deberent.* 97
Sacerdotia prophanis in Hungaria in prædam expoſita. 75
Sacra Mahometana. 271
omnia ſub Alexan. VI. venalia fuerunt. 228
Sacrilegium ſacrilegio punitum. 81
Sagitta arcu excuſſa ſignum pugnæ ineundæ eſt Turcis. 268
Sagora. 73
Salomon Turcus de bello Hungaris inferendo conſultat. 328. *legatos ſuos ad Iaxiam mittit.* 333
Othomanorũ ignauiſsimus fore putatus. 327. *quib. de cauſis patre viuẽte ignaue ſe geſſerit.* 350. *regnum à iuſtitia auſpicatus eſt.* 325
Salonæ ab Veris euerſa 104.105.111.212
Salus antiſtitum cur in periculo magno verſetur. 41
Samandria. 287
Samorobrina. 237

Sancta

Sancta Maria oppidum. 208.209
Sanctus Nicolaus. 67
Sangarius amnis. 274
Sangiaci quatuor ignominia notati. 207
Saraceni Arabica gens. 101.104
montem Garganum occupant. 105
Sarmatæ Aſiatici. 305
Sarmatæ quibus armis ad pugnandum vtantur. 71
Sarmatia Aſiatica. 349
Saſon inſula. 192
Satrapes Boſsinenſis Choruatiam deprædatur. 159
Turcaicus in Pannonios ſe iturum ſimulat. 168
Sauona. 234
Sauromatæ Europæi. 71
Sauus fluuius. 51
per Turcam ponte iunctus. 341
Saxones. 51
Scelera multa Iulio Pontifici obiecta. 247
Schardona. 114
Schardus mons. 212
Scaruicius amnis. 27
Scaruiſia. 29
Scarchanus. 141
Scender Albaneſius. 180
Schiſmatici duo Taurunum produnt. 343
Scodra. 174.210.213.
Scopi. 177
Scuta Bohemorum. 77
Scylla Niſi filia. 49
Scythæ magis ferocis quam fortis animi ſunt. 97
quo ſint ingenio. 4
quos rebus magnis gerendis idoneos putent. 269
Sebaſtianus Iuſtinianus. 196
Seculum præſens magis quæſtui quam literis addictum. 1
Sedes apoſtolica ſolos falſarios ſupplicio afficit. 29
Sedes Tatharerum vbi ſit. 71
Seditiones domeſticæ regnis timendæ magis ſunt, quam arma externa. 2
Selynei cum Cercaſsis pugnam ineunt. 312
Selynes. 255
Selynes à patre fugatus. 269
Achimathi præferendus videtur. 270
Aditu patris prohibetur. 259 260
Amicis, nedum hoſtibus implacabilis eſt. 305. apud Armenios clementiæ famam venatur. 303. arma contra patrem ſumere cogitat. 262. auaris valde infeſtus eſt. 274. auum longe ſuperauit. 304. Ciliciam petit. 320
Conſtantinopoli in imperio confirmatur. 272.
contra Iſmaelem Perſam bellum ſuſcipit. 298
Danubii limites obtinere cupit. 263
in Pontum refugit. 269
ira impotens eſt. 307
naues frumento onuſtas Conſtantinopolin qua intentione miſerit. 269. 270. obit. 322
patri Bazethi ſcribit. 260
per Iſmahelem quin caperetur, parum abfuit. 301

propin-

propinquos omnes occidit. 277. quo pacto magis regni præfectum quam regem acturus videatur. 263. Rhodiis bellum inferre cogitans, iam pedem alterum in ſepulchro habet. 321 Simoni Macedoni mortuo dat lachrymas. 317. ſororem ſuam quare iuſſerit necari. 324. ſuperbiſſimus Sigiſmundi Poloni amicitiam ambit. 307
Semenderia. 160
Senatus Venetus quid ducibus mandare conſueuerit. 169
Seniores Veneti magiſtratus petentes ſuffragia iuniorum aucupantur. 193
Sepultura Matthiæ Coruini. 7.8
Sercæ. 207
Sergius Monachus. 256
Sermo Illyricus. 175
Serui Turcici Imperatorem & liberos eius pro diis terrenis habent. 262
Seruitus animos Rhacuſanorum fregit. 115
Dignitate domini minus eſt turpis. 244
Seruus Turcaicus de ſæuitia domini conqueri poteſt. 317
Seſtos. 142
Seuropylus. 105
Sforciadæ. 187
Sigiſmundus Auguſtus. 2
Sigiſmundus Auguſtus Hungarorum & Bohemorum rex. 112
Chanzares Quinqueccleſiarum præſul. 27.81
Polonus belli gerendi peritiſſimus. 305.332
Sinon Eunuchus. 267
Sinon Macedo. 315
Sinus Adriaticus. 101
Ambracius. 190.197
Carcinites. 149
Corinthiacus. 166.170.172.191
Methonis. 201
Nareſius. 111
Saronicus. 165
Situs Taurunni. 287
Slaneomenium. 341
Slouini Hungaris Gothi ſunt. 10
pro Hungarorum proditoribus habiti. 62. qualis gens. 213
vino grauati partim cæduntur, partim capti Rhacuſam abducuntur. 110
quo tempore Illyricum inuaſerint. 11.12
Smolencum. 306
Societas inter homines religionis diuerſæ eſſe non poteſt. 143
Socordia Gallis inſita. 216
Principum Chriſtianorum. 150
Solum quod Turcæ equorum ungulis attigerint, ne vernis quidem imbribus reuireſcit. 130
Sopheni animum hoſtilem erga Turcas gerunt. 351
Sophia portus. 169.201
Spachioglani Turcici. 269
Spes Venetorum in Hungaris repoſita. 197
Spiritus Venetorum. 239
Sponſa filio Coſacio per patrem erepta. 114
Statua Sigiſmundi Rom. Imp. in veſtibulo

bulo regiæ Budenſis. 43
Stephanus Auſtriæ præfectus. 27. Bathor audito Albam regiam amiſſam eſſe ingemit. adeoq́; lachrymas effundit. 64. Bathor aſtu ſingulari adminiſtratione Tranſyluaniæ priuatur. 98. &c. Bathor dolore præfecturæ ſibi ereptæ mortuus fuiſſe putatus. 100.
Bathor Hungariæ Naderſpanus Turcam fundit. 341
Bathor Hungariæ Tranſiſtranæ præfectus. 20
Bathor Ianum Coruini illegitimum domat. 77
Stephanus Bathor imperandi cupidus. 12
Bathor in Dacia citeriore exercitum comparat. 9
Bathor iræ incontinentior. 13
Bathor iunior. 292
Bathor magnæ auctoritatis eſt. 25
Bathor natura non admodũ mitis. 31
Bathor poſt Coruini mortem regnum Hungariæ appetit. 10. 11. &c.
Bathor vir fuit non tantum iuſto ſeuerior, ſed & truculẽter iracũdus. 98
Carabogdanes Moldauiorum imperator. 128. 129. 132
Coſacius Boſſinas. 114. 115
Stephanus Duronius. 26
Incitatoruus. 25
Stephanus Nemagna. 111 112
Nemannius. 349
Quincitartonus. 57
Sepuſienſis. 6. 83. 84
Strategema Rhacuſanorum. 114
Strophades inſulæ. 202
Subſidium Methonenſibus miſſum. 203
Subſolanus qua natura ſit. 171
Suburbium Methonis expugnatum. 201
Succeſſores diui Stephani. 3
Suffragia Hungarorum in rege creando libera. 85
Suizari. 216
Sumonienſes. 342
Sumonium. 342
Sunium promontorium. 167
Supellex Coruini vita functi miſere perit. 32
Superſtitio quantum poſſit apud vulgus. 3
Suſpicio offenſa vix tolli poteſt. 128
Sybota inſula. 199
Syria Cercaſſorum fuga Selymi conceſſa. 312
Syrmienſes Turcis terrorem terribilem inferunt. 353
Syrmium. 333 342

T.

Tactari iidem cum Tatharis. 71
Talyſmani Turcarum ſacerdotes. 214
Talyſmanus quidam Conſtantinopol. morte afficitur. 214
Tanais amnis. 13. 71. 175
Tathari à Turcis lingua, habitu, moribus, ſacris parum differunt. 71
circa Mæotidem conſederunt. 140
gens prædatoria. 71
Tathari in Aſiam minorem irrumpunt. 144
licet equites ſint, tamen gladio duntaxat arcuq́; pugnant. 71
Scythæ ſunt Cherſoneſi Tauricæ accolæ. 128

Tatha-

Tatharus Aſiam minorem relinquit. 144 *copiis quam maximis Poloniã inuadit.* 332
per Turcicum Salomonem contra Sigiſmundum Polonum incitatur. 332
vnus item & alter, adeoq; tertius à Rhaſſiano quodam adoleſcente conficitur. 70.71
Tauris priſcis Artaxata fuiſſe videtur. 302 303
Tauvunum. 149
breui deſcriptione delineatum. 340
oppugnatur & expugnatur. 339. 340.&c.
per Coruinum egregie munitum, 343
per quos quando conditum. 340
per Salomonem reſtauratum præſidiis munitur. 349
quanta cum Chriſtianorum iactura fuerit amiſſum. 337
quas ob cauſas in Turcarum poteſtatem peruenerit. 346.348
Temeritas ad famam fortitudinis conſeruandam minime facit. 161
Albaneſiorum. 210
Venetorum Galliæ regi minitantium. 232
Templum Aſcenſioni dicatum. 321
diui Stephani protomartyris. 104
Sophiæ Turcicum Conſtantinop. 214
Tempus omnib. maturitatẽ affert. 180
Terræmotus Turcam territat. 259 321
Teſtes falſi precio facilime parantur. 157
Thamerlanus Tatharorum dux. 144
Thaudes Coſſicius. 165 166
naues XXV. longas amittit. 167.168
Theſauri maxima militum illecebra. 263
Thomas Herdonius. 36.42
Thomas præſul Strigonienſis auro non verbis apud Hungaros agendũ monet. 196. *ſolus Venetos contra Turcam iuuandos eſſe cenſet.* 196
Thomas Solidanus ad mortem quaritur. 319
Cairio trans Nilum profugit. 318
cruci affixus populo per dies aliquot oſtentui eſt. 319
Thomas Taurienſium præfectus. 79
Thraces quæ gens. 142
qua re iugum ſubierint alienum. 115
quib. armis in bello gerendo ſe munire ſoleant. 71
Thracia Turcis data. 50
Thriaſterides inſulæ. 201
Thyamis amnis. 199
Tibiſcus. 330.&c.
Timor in animis expugnatorum quid poſſit. 204
regni cuſtos fidus haud eſt. 257
Tormentum in mœnibus Sagoræ pulueris & globi inane collocatum. 73
Trepidatio conſcientiæ index. 276
Trierarchi. 170
Triremes cæteris nauibus longis præſtantiores. 170
Turcarum tres iam iamque collabi videntur. 173
Triremis Veneta per tres horas vim Turcarum magnam ſuſtinet. 172
Triuilium. 241

Triuiſanus incœpto non perfecto Cephalenia diſcedere cogitur. 191
odio quod Grimano conflarat, extinctus eſt. 191
Turca Bazethes cathenatus ad inſtar canum oſſa rodere cogitur. 144
de Methone expugnata Deo gratias agit. 207
Deum trinum eſſe non credit. 207. 273
naues in ſinu Ambracio parat. 197
Naupacto potitus. 173. *Paulum Ciniſium formidauit.* 78
prædo ſanguinarius eſt. 176
Turca qua [illegible] *b cauſas agro Naupliensi vaſtato in Arcadiam iter conuertat.* 199
Turca ſimulat Naupliam oppugnatum ſe ire. 199
timidis in prælio mortem minatur. 203
Turca Venetis vrbes quaſdam eripere ſatagit. 162
Turcæ ad vaſtandos agros equorum pernicitate aptiſſimi. 197
apud inferos beatos ſe fore putant, ſi per Chriſtianos cadantur. 203
audaces Venetos ignauos probris proſcindunt. 189
barbara gens & fera. 268
cadauera ſuorum ſepelire ſolent. 302
cæde Chriſtianorum ſuis in prælio fuſis parentare putantur. 205
caput, magnaq́ ex parte corpus reliquum præter labrum ſuperius rodere ſolent. 275
cedentibus acriter inſtant. 176
Chriſtianos ſeruituti minus idoneos interficere, & in mare abiicere ſolet. 170. *communes ſunt Chriſtianis omnibus hoſtes.* 14. 50. *cruribus contractis ſedent.* 279. *cuius ſtipendio militare teneantur.* 214. *cum Coruino bellum continuum gerunt.* 135. *dolis Albaneſios excipere conantur.* 188. *è Polonia reuertentes morbis aliisq́ incommodis pereunt.* 154. *Europæi Aſiaticis virtute præſtant.* 261. 299. *fidei data ſeruantiſſimi ſunt.* 118. 150 *fines imperii ſemper proferre ſtudent.* 190. *fortunæ nihil cōmittunt.* 198. *gens immanis & nefaria.* 244. *gens armis dura crebrisq́ expeditionib. exercita.* 132. *gens tegenda ſuorum fortuna aduerſa ſilentii obſtinati.* 145. *Hungariæ regem vili pendunt.* 97. *in bello contra Perſen plures ſuorum quam alienorum periment.* 301. *in defendenda religione ſua gladiis vtūtur.* 156 *in nauim Venetam inſilientes partim obtruncantur, partim in mare exturbantur.* 172. *in Syriam irrumpunt.* 309. *inſano belligerandi ſtudio tenentur.* 150. *lapidib fodiendis deſtinati.* 76. *liberos ex ancillis loco eodem habent, quo è reginis ſuſceptos.* 255. *multa perpeſſi in Boſnam reuertuntur.* 177. *multi per Caram Michaelem pauciſſimis ſtipatum fugantur.* 160. *nihil in hoſte contemnunt.* 199. *nihil magis auerſantur, quam cum Chriſtianis in terra ſua ipſorum confligere.* 190. *nihil item magis quam Chriſtianorum concor-*

concordiam. 50 335. nihil minus quã ocium ferunt. 137. nullis militaribus inſtitutis ſtudent. 300. num Scythæ Aſiatici ſint. 140. omnes aut è captiuis, aut è mancipiis ſiunt. 300. per Cercaſſos profligati. 310. per fines Pãnonios in Boſnam redire coguntur. 175. per Iohann. Sepuſienſem caſi & fugati. 351. præ ſuperbia Venetis pacem offerre nolunt. 214. præ vtilitate publica ius omne contemnunt. 162 quale genus hominum qualem vitã ducant. 150 quando artis nauticæ nõ admodum periti fuerint. 166. quãta veneratione regem ſuum proſequãtur. 150 151. quanti Chriſtum faciãt. 156. quidam per Milonem Belmuſiũ ſuppliciis crudelibus affecti. 161. quibus morib. & virtutib. inſignes ſint. 151. quib. rebus maxime capiantur. 143 quoſnam populos ſibi virtute pares ducant eſſe. 190. quoties fœdere cũ Chriſtianis coeunt, ſuo ipſorum id metiuntur emolumento. 132. ſagittandi & equitandi vndenam peritiſſimi ſint. 150. ſibi Chriſtianos faciunt amicos, vt incautos opprimere poſſint. 130. 161. ſinguli vxores plures habent. 151. Thraces, Macedonas & Illyricos quare ſibi libenter in bellis adiungant. 345. victi fortunam aduerſam ſuæ in Deum impietati adſcribunt. 150. virtutem vel in hoſte admirati ſunt. 206. virtutis ſuæ prædicatione ad fortia patranda mire excitantur. 204. vndenam videantur oriundi. 71. Venetos contemptui habent. 163. Verboſnenſes in Dalmatiam inferiorem irrumpunt. 351

Turpitudo infamiæ Vladislauum Hungarum nulla mordet. 161. patrisfamilias familiæ toti iure obiicitur. 92

Turris lignea muros adæquans ad Cephaleniam expugnandam conſtructa. 194

Tyberis. 233

Tyra. 71. 137

Tyrannis Ægyptiaca. 289. Demeiani Iudæi cuiuſdam. 105. Matth. Coruini. 23 poſt mortem eius odio habita. 15

Tyrannus Rhacuſanus quo aſtu fuerit circumuentus. 107

V.

Valachi ab eccleſia Romana ritu tantum differunt. 128

Valachi ab Hungaris & lingua & inſtitutis diſcrepant. 127 cũ Turcis multis annis fortuna varia bellum geſſerunt. 127. hoſtem in campis patentibus operiri non ſolent. 130. magis in parte quam ditione Hungarorum ſunt. 10. 127. ſibi Turcas adiunctos habentes Polonos clade magna afficiunt. 130. 131. 138. Turcæ tributarii ſunt. 10

Valachia. 127

Valdauus fluuius vulgo Hunna. 25. 283. 330

Valens Imperator. 10

Valentinus Chereuus. 75

Vanitas hæreſis Mahometanæ. 215

Vaſchones quo ingenio ſint. 291. 251

Vaſon caſtellum. 78

Veri. 104. 105. 111. 349

Venenum Cardinalibus præparatum 229

Veneti acriter per Turcam reprehenſi intra pelliculã continere ſe iubentur. 164 aduerſum Germanos prædatores agrum ſuum defendunt. 235. ad Maximilianum deficiunt. 245. ægre ferunt, Gallum regno Neapolitano potitum eſſe. 183. agrum Ferrarienſem inuadunt. 249. Albaneſios ſibi conciliant. 210. armati cum Turca inermi congredi non audent. 174. artis bellicæ imperiti. 184 auxilii Hungarici vmbra ſe tegere cupiunt. 197. bello feſſi pacem à Turca petere ſtatuunt. 213 conditiones à Gallo propoſitas recuſant. 241. cum Car. 8. Gal. amicitiam contrahunt. 167. 216. cum cæteris inſulis tum Corcyræ maxime timent 164. de Hungaris imprudenter conqueſti. 197. Ferrariam fraude occupant. 249. fœdus cum Gallo, clã tamen, violant. 216. Gallorum regi tranſitum permittere nolentes malo max. afficiũtur. 183. imperiũ quib. communicent. 194 in deliberando ad tutiora ſemper inclinant. 185. 234. in expeditionib. quorum opera vtãtur. 165. Lesbum inuadunt. 195. maris Adriatici imperium ſibi non minus ſtulte quam inique arrogãt. 163. Maximiliano abſente oppida eius & arces occupant. 236. mercaturæ dediti. 169. militib etiam ſuis riſui ſunt. 206. non Ægei ſolum, ſed & Ionii maris poſſeſſione per Turcam pulſi. 199. nũquam fere virtute ſua, res in bello bene gerunt. 194. omnia vtilitate mẽſi, Gallum offenderunt. 185 opera nobilium in bellis magis neceſſitate quã voluntate vtuntur. 212. principes omnes Chriſtianos ſibi infenſos habẽt. 220. qua occaſione quaſdam in littore Dalmatico vrbes tenuerint. 111. regno Hungarico valde infenſi. 196. rei bellicæ prorſus ignari. 192. Rhacuſanis auctores ſunt, vt mercaturã exerceant. 108. Suizaros ſexcentos Conſaluo Adigario contra Gallum clã mittunt. 216. ſolo lucro metiuntur omnia. 191. Turcæ contemptui ſunt. 163. 214. Tauruni expugnandi ſuaſores fuiſſe putantur. 348. vrbes multas Pontifici R. vectigales in ditionẽ ſuam redigunt. 227

Venetiæ. 244. 285

Vergatus mons. 109

Vergiliæ occidentes pluuias gignunt. 175

Verona. 245 285

Veſprimium. 59. 65

Veſtitus Turcaici militis. 150

Vetuſtas generis neminem inter Turcas honeſtiorem facit. 150

Vexillum candidum colloquii ſignum eſt Turcis. 267

Vianna Auſtriæ caput. 53. Imperatori Friderico per M. Coruin. eripitur. 4

Viannenſes à Maximilian. collaudati. 57

Vidua Coruini de coniugio cum Vladislauo contrahendo, vt ſollicite, ſic indecore cogitat. 33

Vires Græcorum & Thracum populationibus minuuntur. 144. Hungarorum

rum amiſſione vrbium non frangũtur. 64. 66. quantæ ſint. 17
Virgines Alex. VI. tempore raptæ 228
Viri fortes gloria & fama redduntur immortales 88. quib. reb. maxime capiantur in vxoribus ducendis. 34. ſtrenui apud Turcam magno in precio ſunt. 207
Virtus extra eccleſiam Chriſtianam nulla 273. Hungarorum cum Matthia Coruino Hunniade interiiſſe negatur. 15. 61. 65. Sumonienſis cuiuſdam ſingularis. 344
Virtutes quænam maxime deceant ſacerdotes 220. Vladislaui Bohemi. 37.
Vis animorum Gallicorum. 185. 186. 216 inuidiæ quanta cuiq., in ſuos præſertim, innata ſit. 353
Viſegradum caſtellum. 35
Viſtula amnis. 11
Vita Bazethis. 273. Matthiæ Coruini 7. 8. Hadriani Dertuſani. 353. Mauerdini cuiuſdam. 155 156. Selynis. 322. 323. Sinonis Macedonis. 317. Turcarum quam ſobria & parca. 150
Vitalia. 112
Vitia Matthiæ Coruini virtutibus eius magna ex parte redempta. 7
Vladislauus Andreæ Caſimiri regis Polonici filiorum natu maximus ab Hungaris vacca vocatur. 125. 196. ab illis in regem electus in Hungariam contendit. 20. 42
Agriam peruenit. 69. Alberto fratri petita concedit. 127. apud Pontificem R. per Beatricem, de quo accuſatus fuerit. 122. auri quam gloriæ cupidior. 43 197. Budæ moritur. 295. deſes & ignauus eſt. 76. 162. cum à fratre Alberto, tum aliunde bella motum iri metuit. 48. cum Hungaris ipſis, tũ Bohemis contemptui eſt. 94 97. cum Turca fœdus init. 63. Deum teſtatur, ſe cum fratre confligere non cupere. 70 è Bohemia cum exercitu Budam redit 69. fratrem acriter reprehensũ ad pacem inſtigat. 48. 72. in bellum contra fratrem proficiſci prohibetur. 80. natura humanus fuit. 126. Poſonium profectus. 60. quo animo in Beatricem ſit. 42. regem viliſſimum cur egiſſe videatur. 295. regnum Hung. petit. 16 vt nullo agendi, ſic nullo eloquendi ſtudio tenetur. 121
Vlcus Leonis X. 353
Vncaſinus. 144
Vni. 111
Volfgangus quidã Varadinen. præſul 42
Vrbani regib. eodem loco ſunt, quo ruſtici. 286
Vrbes Aſiæ 142. Auſtriæ. 53. Dalmatiæ. 196. Flaminiæ. 253. Hungaris raræ ſunt. 64
Vrpanus. 51. 118. 148
Vulcanus. 4
Vulgus ingenio mobili, nec non ſeditioſum eſt. 303. omnia metitur euentu. 202
Vxor Salomonis. 351
Vxores imperatorum Turcicorum. 351

Z.

Zemun. 342

FINIS.

VITTORIO